




PHIL CAR

OLIV. CAR.

TOMVS PRIMVS CONTINENS SECVNDVM SCRIPTVM Angelici Doctoris D. Thomæ de Aquino ordinis Prædicatorum.

Super Pri. & Sec. Sententiarum ad Reuerendiss. Dominũ D. F. Hannibaldũ Hannibaldensem Romanũ eiusdẽ ordinis S.R.E. tt.ss. Duodec. Apost. presbyt Card. nuper iussu Sanctiss. in Christo Pris, & Dñi N.D. Pauli Quarti Pont. Max. reuisum, emendatum, atq; impressum.











CAROL. CARA. VINC. CARA. DIOM. CARA. IO. CAR. P. P.

ROMAE M. D. LVI.

Ad PAVLVM Quartum Pont. Max.
F. Modesti Bilioffi ord. Præd.
Epigramma.

Hæc ad Hanibbaldum directa volumina Thomæ
Squallebant soli cognita Paule tibi.
At nunc immensum poterunt volitare per orbem
Nomine & auspicijs reddita clara tuis.
Quæ quicunque leget, tanto pro munere grates
Gaudebit meritas soluere sæpe tibi.
Insuper & Thomam syncero corde rogabit
Adijciat Paulo tempora longa seni.
Vt qui de tenebris hæc iam monimenta retraxit
Cætera restituat quæ reparare cupit.




F. Nicolai Alexij Perusini ord. Præd. ad Lectorem Epigramma.

Inclyta Parthenopes regio, fœcundaq; tellus,
Assolet egregios ædere sæpe viros.
Hos inter Diuus Thomas tantum emicat vnus
Quantum Phœbæum transilit astra iubar.
Ergo vt iam Thomas Tharsensis acumina Pauli
Intima peruadens, clara & aperta dedit.
Sic Paulus Quartus diuina volumina Thomæ
Eiusdem ciuis quæ latuere vocat,
Sume igitur Lector Diui monimenta magistri
Quæ paruo sumptu cōmoda magna ferent.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO IN Christo Patri & Domino nostro D. Paulo Diuina prouidentia Papæ. IIII. Frater Thomas Nerius Florentinus ordinis prædicatorum minimus, perpetuam fœlicitatem.





Diuus ille Hieronymus, Pater Beatissime, cuius tanta extitit authoritas in Ecclesia Dei, cuiusq; opere ac studio eò illustrata est vt merito inter quatuor sacræ Theologiæ proceres computetur qui velut equi fortes et varij quadrigam Euangelij trahunt, cum de Pamphilo martyre in libro de viris illustribus meminit, inter multa quæ in hominis laudem dici poterant hoc vnum sufficere putans, Tanto, inquit, Pamphilus presbyter bibliotecæ diuinæ amore flagrauit vt maximā partem Origenis voluminum sua manu scripserit, quæ ego tanto amplector et seruo gaudio, vt Cræsi opes me habere credam. Sane non poterat Vir doctissimus non plurimi facere Doctorum libros, qui optime nouerat sapientiam esse præponendam regnis et sedibus, cui nec valent pretiosi lapides comparari, & omne aurū in comparatione ipsius arena est exigua, et tanquā lutum æstimabitur argentum in conspectu eius. Porro si Hieronymus ita studiosus fuit scriptorum Origenis quem Gelasius Papa schismaticum appellauit, & cuius opera sancta Romana Ecclesia renuit acceptare quin ea cum eorum authore respuit, exceptis admodum



paucis quæ Hieronymus ipse visus est approbare, quanto nos debemus amore illorum amplecti libros qui schismaticorum & hæreticorum perniciosa euertere dogmata studuere? Inter hos vero connumerandum esse D. Thomam aquinatem nullus potest esse doctus qui dubitet, quippe qui nihilosecius ac solaris quidã radius cœlo demissus mirandumin modum illustrauit Ecclesiam Christi, eoq́ cum gentilium tum hæreticorum errores ostendit, conuicit, atq́ e medio tulit, ꝙ non vel illorũ modo qui se præcesserant, vel sua forte tempestate erant, verũ et eorum qui sequi poterant venena, sua doctrina velut antidoto quopiã præsentaneo omnia euacuauerit sicuti res ipsa ondit. Huius sanctissimi paritérq́ Doctissimi Viri (Beatissimæ pater) si ego vellẽ condignas laudes depromere, tantæ rei mole ingenti oppressus penitus succumberem. Quare hoc subire munus sapienter renuens ad ea quæ de præsenti opere dicenda occurrunt me cõferam. Duo extant. D. Thomæ scripta super sententias. Alterũ familiare est et oĩbus notũ, Alterum quod ad Hãnibaldum Epm et S. R. E. presbyterũ Cardinalem præfatus Doctor direxit hoc est, qđ iam hominũ incuria perditum tua diligentia & in Doctorẽ sanctum singularis deuotio ac pius affectus in lucem retulit. Ego uero arbitror hoc scriptũ. D. Thomã post illud quod vulgare est ædidisse, propterea ꝙ quæ in eo valde diffuse tractauerat in hoc ꝙ breuissime perstrinxit. Crediderim igitur præfatũ Hãnibaldũ efflagitasse. D. Thomam vt sibi compendiosiore stilo rescriberet quæ ædiderat antea copiosiore super sententias. Si quidem permaximam inter eos fuisse amicitiam constat, quippe eiusdẽ erant nostri, i. dominicani ordinis

nis professores & eiusdem nostræ Romanæ prouinciæ fratres: nam ea tēpestate vna cū romana prouincia illa erat quæ post .D. Thomæ obitum plus minus annos triginta facta est prouincia regni. Ambo erant nobiles atq; illustribus gentilibus orti, alter Comitibus Aquini in nobilissima Neapolitana Vrbe, alter Hānibaldensibus in hac ipsa Ciuitate totius Orbis Dn̄a (Romā dico) cuius tu modo loco Christi gloriosus atq; optimus princeps, sicut illius prænominatæ, Neapolis videlicet, inclytus es alūnus. Ambo viri doctrina & vitæ sanctitate insignes & qui in hac prouincia nostra primi sacræ theologiæ professores (quos & magistros vocant) fuere. Hannibaldo .D. Thomas ēt opus suum qđ auream catenam dicunt super tria Euangelia Marci. s. Lucæ & Ioannis iam inter primi ordinis Antistites tituli sanctorū duodecim Apostolorum existenti dicauit. In hoc autē scripto quēadmodum & in alio cæterorū opiniones vt probabiliores sectari vt plurimum visus est, quas in sūma theologiæ iam seipso doctior factus reiicit propriam affirmando sn̄iam. Cum itaq; diu quasi sub terra latuisset pretiosus iste thesaurus vt non nisi à paucis, vel ipsius nomen sciretur, diuino arbitror dispositum fuisse miraculo vt quem prius Cardinalis à Diuo Tho. vehemēter amatus acceperat, tu eiusdem Sancti Doctoris studiosissimus repereris, nec antea librū hunc denuo imprimendū protuleris q̄ꝫ cum te Dei prouidentia ad summum proueheba t Pontificatum obeūdum. Vt autem prodiret in lucem ab omni labe purgatus, mihi qui tunc lectoris officio fungebar in Conuentu Mineruæ, videndū examinandū corrigendūq; illū dedisti. Nec spōte currenti opus fuit adhibere calcaria. Quan

doquidem opus tam sanctum tãq; egregius labor, qui proculdubio in Dei Opt. max. gloriam. D. Thomæ honorem cõemq; omnium vtilitatem et si quid deerat, in seruitium atq; obsequiũ tui cederet (cuius eó Virtutes ego colui & veneratus sum semper vt quasi Angelum Dei & non mortalem hominẽ me diligere ac venerari putarẽ) mihi iniunctus qũo fieri poterat vt non cum ingenti lætitia gaudioq; a me executioni mandaretur? Verum cũ innumeris pene deturpatus esset erroribus opus hoc in longum protractum fuit: Namq; tipographorum incuria omnigenis cum mendis infecerat. Nulla ibi fuerat scribendi habita ratio, nullus apparebat in plerisq; locis ordo verborum, quinimmo adeo erant inuersa oĩa ꝙ ipse grammaticalis sensus interdũ uix poterat attingi. Taceo ꝙ et sacræ Scripturæ sententiæ, dictaq; sanctorũ Doctorum male ibi crebro assignabantur, ꝙꝙ; ita deerant multa, vt non nisi cũ difficultate maxima posset inde literæ sensus extorqueri. Cæterum ego huic intentus labori, conatus sum cuncta in bonam redigere formam. Quod quidem haudquaꝗ ex meo capite temere feci, sed cum reliquis scriptis D. Thomæ ea qua potui diligentia omnia cõferendo. Interea te Dei prouidentia ad summũ extulit pontificatũ vt Petri Nauicula plurimis hincinde tempestatibus pulsa diligẽtissima cura tua atq; ardentissimo diuini honoris zelo in vndis sæculi et inter ventorum impetus procellasq; regeretur. Quem ego nuncium cum Lecio (quod est apud Salentinos Oppidum) redirem Romam in ipso itinere tam lætus audiui ꝙ præ gaudio non potui lachrimas continere: Nam tunc illud intellexi impletũ, quod pluries (nescio quo numine afflatus) prædixeram, ea præter ꝙ et

vehementissime

vehementissime illud optaueram. Iam splendori stemmatum illu strissimorum tuorum gentilium Caraffeorum nulla deerat dignitas excepta regia, quam tibi seruauit Deus, & nunc te ad regalis Sacerdotij summũ apicem exaltando, tuũq; trino diademate exornando caput, Regem & Sacerdotem (Christi nempe Vicarium) fecit. Ego itaq; quod concupiui iam video & teneo quod speraui. Habuit te hactenus Ecclesia inter purpuratos patres in diuinarũ rerum zelo nouum Hieronymum, habebit amodo summum pontificem in literarum cultu alium Damasum, in eloquentia & vitæ mundicia ter sanctum Leonem primũ, in liberalitate erga egenos & munificentia magnum Gregorium, & in mirabili regiminis authoritate Paulum tertium, cuius & nomen haud immerito elegisti: Namq; Pauli nomen Christianis omnibus venerabile propter illum Beatissimi verè fœlicis recordationis prædecessoris tui Petri coapostolum Paulum, Caraffeorum familiæ vndiq; honorabilissimum est. Sanè Paulus Secundus. P. M. Oliuerium patruum tuum, cuius memoriæ vbiq; locorum tum Romæ, tum Neapoli visuntur atq; laudantur, inter primi ordinis præsules asciuit, te vero ad eundem honorem extulit Paulus tertius, & tu deniq; Paulus Quartus Illustrissimum Carolum nepotem tuum ac subinde Diomedem Caraffeum Arianensium Antistitem roseo pileo decorasti, atq; Illustrissimum Ioannem Aurei montis Comitem S. R. E. generalem Ducem instituisti. Augeat nunc Deus Opt. Max. annos tuos, vt et tua longæuitas velut Hesiodia senectus prouerbio tribuat locũ. Ego autem Sanctitati tuæ rediuiuũ. D. Thomæ librum restituo emendatum addito principaliorum

propositionum quæ in eo sunt, indice, notatisque in marginibus locis alijs in quibus sanctus Doctor easdem pertractat materias. Tua igitur benignitas hos meos labores, libens suscipiat, & qui hunc librum legerint tuæ Beatitudini ingentes se debere gratias nouerint. Vale, & diu fœlix viue Præsulum decus.

PAVCA QVAE DE HANNIBALDO

ex diuersis locis collegi placuit hic notare, quo etiam eiusdem præstantissimi viri aliqualem habere notitiam possit Lector.



RATER Hannibaldus ex illustri Hannibaldensium, qui & Proconsules dicebantur, familia Romæ ortus ac Reuerendissimi Dñi. D. Riccardi Hannibaldensis S. R. E. Cardinalis nepos ab ipsa puerili ætate secutus Dñm ordinem fratrum prædicatorum ingressus est, quē D. Thomas de Aquino coætaneus, & sodalis eius valde dilexit vt virum tum vitæ sanctitate tum doctrina insignem. Hic in alma Parisius vrbe luculentissime legit, et post D. Tho. in Romana prouincia fuit secūdus in sacra theologia magister, ac subinde Lector curiæ, quē hodie Magistrum sacri Palatij appellant, in qua dignitate adeo oībus gratus extitit quod ita exigētibus eius meritis Vrbanus Quartus Pont. Max. summa omnium proborum lætitia, illum presbyterum Cardinalem tituli sanctorū Duodecim Apostolorū creauit. Ad eam itaque celsitudinē assumptus, idem prorsus perseuerauit qui antea fuerat. Siquidem in eo


relucebat

relucebat eadem profunda cordis humilitas, & pietas singularis eratq; in oratione assiduus, & deuotus, & in pauperes liberalis, sicq; Cardinalis dignitatem implebat, vt cœnobitæ propositū minus desereret. Huic. D. Tho. dicauit continuum in tres Euangelistas, & (vt refert frater Ptolemeus Lucensis ordinis prædicatorum qui eiusdem sancti Doctoris discipulus extitit, in suis Chronicis, in vita Vrbani quarti) quoddam suum scriptum super sententias cui est titulus, Dño Hannibaldo, quod diebus nostris Sanctissimi Patris: & Dñi nostri D. Pauli quarti Pont. Max. diligentia, ac rerum diuinarum zelus in lucem diu sepultum, ac pene amissum reduxit. Vixit autem Hannibaldus in ea dignitate annis decem, ac tandem graui morbo vexatus, quem & patientissime tolerauit, diem sibi nouissimum Diuina reuelatione imminere præuidit, migrauitq; ad Dñm plenus bonis operibus quasi Angelus Dei in Vrbeueteri, & sepultus in ecclesia Diui Dominici apud fratres suos, quos semper admirabili charitate dilexerat, in spe futuræ resurrectionis iuxta aram maximam requiescit. Obijt autē anno Domini M. C C L X X V I I. septem fere annis postea q̄ obierat. D. Thomas.

QVONIAM Sanctissimi Domini nostri D. Pauli quarti Pont. Max. cum esset adhuc in minoribus pium desiderium fuit cunctis prodesse, hoc. D. Tho. aureum opus quod diu quasi sub terra latuerat, in lucem eius prouidentia extulit, quod veluti totius sacræ theologiæ summarium quoddam est, ne tibi ulla desit legendi occasio, quin cõmodius, auidiusq; studeas hinc addiscere, & cum aliis eiusdem S.D. quę hic ab eo dicuntur conferre, placuit eidem Sanctiss. Domino nostro, vt in marginibus alia tibi assignarem loca in quibus eadem D. Tho. pertractat, & copiosum insuper principaliorum, magisq; notabilium propositionum indicem huic præmitterem operi, quod & feci, vt vides. Igitur si forte quispiam minus in D. Tho. expertus doctrina loca adducta non intelligeret siue in indice, siue in marginibus, nouerit pręsens opus ex distinctionibus, quæstionibus, atq; articulis constare, in quibus articulis est principalis responsio ad primo quęsitum, quę appellatur corpus articuli, suntq; consequenter responsiones ad argumenta. Cum ergo repereris 1. vel 2. vel 3. vel 4. intellige librum, per. d. distinctionem, per. q. quęstionem, per ar. articulum, per c. articuli corpus, ac deinceps siue ad pri. siue ad sec. &c. responsiones ad argumenta. Cum vero apponitur o. totum articulum intelligas oportet. Similiter & in annotationibus quę sunt in marginibus habes p. p. intellige primam partem summæ. pri. sec. primam secũdæ, sec. sec. secũdam secũdę. 3. p. tertiam partem. Item 1, vel 2. vel 3. vel 4. con. contra gentiles. c. caput r. rõne tali, vel tali. De ver. quæstiones de veritate, in qõnibus disputatis. De po. de potentia Dei. De ma. de malo. De vnio. de vnione Verbi. De spũ. de spiritualibus creaturis. De vir. de virtutibus. Op. vero Opuscula dicit, quorum tertium in plures tractatus distinctũ est, & plura capita. Boe. super Boetium de Trinitate, vel de hebdomadibus. Quol. Quodlibet eiusdem S.D. Matt. super Matthęum. Io. super Ioãnem, l. lectionem, c. colũnam, & similiter super epistolas D. Pauli. Igitur cum tantam tibi studiose lector tribuerimus addiscendi facilitatem, libenter ea vtere in tui ipsius commodum, & profectum in iis tam sanctis, tamq; salubribus D. Tho. scriptis, diligenter nihilominus aduertens cum tibi vel in marginibus, vel in indice annotamus eundem D. S. in summa mutasse sententias quas tum hic, tum in alio scripto sectatus est, & bene vale.

INDEX CONCLVSIONVM PRINCIPAlium, magísq; notabilium propositionum quæ in hoc scripto D.Tho. super primo, & secundo sententiarum habentur secundum alphabeticum ordinem.

A.



Vel ab, importat habitudinē principii, non tamen semper respectu totius coniuncti: sed aliquando respectu partis. Libro primo, distinctione. 15. articulo [illegible], ad tertium. folio. 37

A ante B.

Absolutum nullum prædicari potest de Deo ex tempore. 1. dist. 30. articu. 3. c. fol. 70

Absolutum aliquod est in Deo ab æterno, ratione cuius relationes quę ex tempore dicuntur de eo possunt ei attribui, creaturis in esse productis. vbi supra ad tertium.

A ante C.

Actio Dei vnica est vnitate rei, sed ratione multiplicatur. 1. d. 2. questione prima. ar. 2. ad ter. fo. 10

Actio omnis infidelis, inquantum huiusmodi simpliciter peccatū est: sed actionem infidelis per accidens contingit peccatum non esse. 2 d. 41. articu. 1. o. fo. 188

Actum vnum & eundem habere bonitatem ex vna circūstantia, & ex alia malitiā, nihil prohibet. 2. d. 38. arti. 4 ad tertium. fo. 185

Actus naturę siue essentiæ est duplex. Primus qui est esse, & secūdus qui est operatio. Hic ab essentia mediante potentia egreditur, ille vero immediate. 1. d. 7. q. 1. ar. 1. ad 3. fo. 20

Actus diuersi diuersis debentur potentiis. 1. d. 7. q. 1. ar. 2. ad pri. fo. 21 Videtur alibi S.D. dicere oppositum. Sed vide solutionem in concordantiis, dubio 50.

Actus aliquis habet ex duobus rationem culpę. s. ex hoc q est inordinatus, & ex hoc q est voluntarius. 2. d. 35. ar. 3. c. fo. 179

Actus exterior non habet rationē culpę nisi ab interiori, cum tamen aliquid deformitatis addat. ibidem.

Actus, secundum q sortitur genus ex materia, & si sit bonus, potest tamen male fieri, sed concernendo omnes circūstantias quibus actus bonus vestitur, nullo modo talis actus potest male fieri. 2. d. 40. ar. 1. o. et articu. 2. c. fo. 187

Actus aliquis est indifferens, aliquis vero per se bonus vel malus, Et si ratione sui generis actus consideretur. i. ex hoc q est actus, quilibet est indifferens. 2. d. 40. ar. 1. c. fo. 190

Quod actus aliquis non bene fiat, suffi

cit vna sola inordinata circũstantia. 2.d.40.ar.1.o fo.187
Cum actus exterior impletur, et interior voluntatis actus necessario iteratur.2.d.42.ar.1.c. fo.190

A ante D.

Adam in statu innocentiæ non poterat venialiter peccare.2.d.21.artic.4.ad tertium. fo.153
Adam peccando corrupit totam naturam humanam, quia tota erat in eo vt in actiuo principio. 2. d.22.q.1.ar.2.ad secun. fo.154
Adam in statu innocentię non videbat Deum per essentiam, quãq̃ duplicẽ habebat de Deo notitiam excellẽtiorem q̃ nos.2.d.23.ar.2.o. fo.155
Adam in statu innocẽtiæ cognouit omnia quæ cognosci possunt ab homine naturaliter, non autem ea ad quę naturalis ratio non sufficit, nisi quæ ei voluit Deus reuelare.2.distin.23.articu.3.c. fo.156
Adam in statu innocentiæ cognoscebat Angelos cognitione quia est, nõ autem cognitione quid est. 2. d.23.ar.3.ad pri. fo.156
Adam habuit omnes vires sensitiuas, quãq̃ ex sensibilibus non acquisiuit scientiam.2.d.23.ar.3.ad.2. fo.156
Adam habuit de seipso notitiam, & speculatiuam & practicam.2.d.23.ar.4.o. fo.156
Adam non sciebat futura contingentia.2.d.23.art.4.ad 3. fo.156
Adam fuit in gratia creatus.2.d.29.arti.1.o. fo.167
Adam dum e terrestri Paradiso exclusus est, in quo peccauerat punitus fuit.2.d.29.ar.4.ad.2. fo.169
In Adam fuit omnium hominum caro originaliter tantum.2.distin.30.articu.4.o. fo.171
Adę costa ex qua producta est mulier, non erat de perfectione eius vt singularis personæ, sed prout erat totius generis humani principium, vnde non in Adam sed in Eua resurget.2.d.18.ar.1.ad secun. fo.146
Adæ filii in statu innocentiæ statim geniti habuissent perfectionem naturalis iustitiæ. De gratuita vero non est certum.2.d.20.ar.4.c. fo.151
Adę peccatum nõ fuit cęteris grauius quantum ad speciem actus, sed fuit grauius considerata peccantis conditione.2.d.21.ar.4.o. fo.153
Adę peccatum Deus impedire noluit propter bona quæ inde occasionaliter prouentura pręuidebat.2.distin.23.articu.1.o. fo.155
In adulterio Deus cooperatur ei qđ in eo naturæ est, non autem ei quod est peruersæ voluntatis.2.d.18.q.2.ar.1.ad tertium. fo.147

A ante Æ.

Æqualitas & similitudo dicuntur de Deo non ratione quãtitatis vel qualitatis secundum genus, sed secundũ speciem.1.d.8.q.3.articu.3.c. & ad secundum fo.24
Æqualitas mutua est in diuinis personis, nõ tamẽ mutua adęquatio. 1.d.19.ar.2.o. fo.46
Æqualitas attenditur in Deo quantũ ad magnitudinem ratione perfectionis naturę, quantum ad æternitatem ratione durationis actus essendi & operationis diuinæ, quantum autẽ ad potentiam ratiõe effectuum. 1.d.19.q.3.ar.1.c. fo.47
Æqualitas diuinæ potentiæ attẽditur in comparatione ad actum essentialem, siue interiorem siue exteriorẽ, & non notionalem.1.distin.20.articu.2.c. fo.51

In

In æqualitate & similitudine intelligű tur duo.s.çqualitatis suppositum, & çqualitatis causa.1.distin.31. artic. 4.c. fo.73
Ex neutra vero parte potest esse in diuinis æqualitas realis, relatio. ibidē.
Æqualitatem in diuinis negans est hæreticus.ibi ad secun.
Æternitas est ipsum diuinum esse, & p consequens diuina substantia, quæ non est aliud q̃ suũ esse.1.d.19.q.2. ar.1.c. fo.47
Quod æternitas interdum pluraliter significetur,hoc est ratione inferioris mensurç.s.temporis,cui per se diuisio conuenit.1.d.19.q.2.arti.2.ad secundum fo.47
Hoc quod dico, Æternus, si substantiue sumatur in singulari prędicatur de tribus personis,quia sic non sunt tres æterni,sed vnus æternus, Si aũt adiectiue,prædicatur pluraliter, vt dicantur sibi coęternç personç.1.d. 9.q.1.articu.1.c.& ad.1. fo.26
Æuiterna,mutabilia sunt respectu possibilitatis mutandi,non tamen actu mutantur inquantum mensurantur æuo.1.d.8.q.2.ar.2.ad.1. fo.23
Æuum non habet prius & posterius. 2.d.2.q.1.ar.2.o. fo.112

A ante F.

Affirmationes appellauit Dionysius in diuinis incompactas, quia est in eis incompactio modi,non autē rei. 1.d.4.ar.4.ad pri. fo.17

A ante G.

Agere vltra suam speciē nihil potest, sed bene infra.1.d.41.ar.1.c.fo.92
Agere ex nulla prçexistente potentia, infinitæ virtutis est.2.d.1.q.1.arti.3 ad primum fo.108

A ante L.

Alium esse Patrem a Filio & econuerso,verum est, sed Patrem esse alium Deum a Filio est falsum, Et similiter hoc q̃ Pater est aliud suppositum a Filio verum est,sed hoc est falsum q̃ Pater sit aliud in essentia a Filio.1. d.14.q.1.ar.2.c. fo.26
Alterans primum, nomen firmamenti accepit propter impassibilitatem, & naturæ firmitatem.2.distin. 14.q. 1.ar.2.c. fo.138

A ante M.

Amor & charitas tripliciter potest accipi, Essentialiter, notionaliter, & personaliter. Primo modo cõis est tribus personis,secundo modo Patri & Filio,tertio autem soli Spiritui sancto conuenit.1.d.10.articu.1. ad tertium. fo.28
Amor sui inordinatus nõ est aliud speciale peccatum præcedens alia, sed alia in se includit,& in aliis includitur.2.distin.22.q.1. articu. 1.ad secundum. fo.153
Amoris mensura sequitur bonitatem eius quod primo & per se amatur, non autē eius quod amatur in alio 1.d.32.q.1.ar.2.ad ter. fo.74
Quãq̃ Pater amat Filium,& nos eodem amore,non tamen æqualiter.1. d.32.q.1.ar.2.ad pri. fo.74

A ante N.

Angeli singulariter.
Angeli motus in loco potest esse continuus,& potest esse non continuus. 1. d.37.q.2.articu.1. ad quartum & ad quintum fo.86
Angeli motus(loquendo de motu proprie)est in tēpore, siue sit motus cũ

transit de loco ad locum, siue cum de affectu in affectum, vel de vnius rei intellectu in intellectum alterius. ibidem arti.2 o.

Angeli esse secundum se consideratum mēsuratur ęuo, sed operationes atq; affectiones eius tempore. 2. distin. 2. articu.2.o. fo.112

Angeli essentia finita est, & ad speciale perfectionem determinata. 2.d.4.ar. 1.ad primum fo.116

Angeli primi peccatum fuit aliqualiter aliis peccandi occasio. 2 distinct. 6.ar.2.o. fo.121

In Angeli voluntate potest esse obliquitas & peccatum. 2.distinctio. 5.q. 1.arti.1.o. fo.118

Angeli beati liberum arbitrium est cōfirmatum in bono. 2.distinctio 7.articu.1.c. fo.122

Cognitioni Angeli nō admiscetur nox culpæ aut ignorantiæ. 2.d. 12.artic. 5. ad tertium. fo.134

In Angelo sunt actus & potentia, non autem materia & forma. 2.d. 3. q. 1. arti.1.ad ter. fo.114

Angelus est in loco per contactum virtutis, non per cōmensurationem, vel circūscriptionem. 1. distinctio. 37.q. 1.articu.1.o. fo.84

Angelus non potest esse simul in pluribus locis, ibi ar.2.o. fo.85

Angelus mouetur in loco sicuti est in loco. ibidem.q.2.ar.1 o. fo.85

Angelus non est compositus ex materia & forma, sed tantum ex esse & qd' est. 2.d.3.q.1.ar.1.c. fo.114

Angelus res materiales cognoscit per species ei inditas. 2.distin.4. art. 1.c. & ad quartum. fo.116

Angelus per essentiam suam seipsum cognoscit 2.d.4 ar.1.ad sec. fo.116

Angelus beatus in Verbo potest simul plura cognoscere, nō autem cognitione naturali, 2. distin.4. articu.1. ad tertium. fo.116

Angelus distantia cognoscere potest, non autem futura. 2.d.4.artic.2. ad quartum. fo.117

Angelus intra essentiam animæ non operatur, sed in humanum corpus operationem habere potest. 2.d.8. ar.4.c. fo.126

Angelus nō prius se cognouit in Verbo q̃ in propria natura. 2.distin. 12. ar.3.ad quintum. fo.134

Angeli pluraliter.

Angeli & cęlestia corpora subsunt nostræ voluntati, nō vt circa eos & circa ea aliquid possimus facere, sed vt circa eos & circa ea aliquid possimus cognoscere. 1.distinctio. 1.articu.4.ad secun. fo.9

Angeli q̃q̃ cognoscunt diuinam bonitatem relucere in creaturis, non tamen ex creatura in creatorē veniūt. 1.d.3.q.2.ar.1 ad sec. fo.12

Angeli superiores si ad nos mitterentur, hoc esset imperfectionis in illis, quod non est in diuina persona. 1.d. 15.arti.1.ad ter. fo.36

Angeli inter se specie differunt. 2. d.3. q.1.ar 2.o. fo.114

Angeli tam boni q̃ mali fuerunt creati in gratia. 2. distinct.3. q.2. articu. 2.o. fo.116

Angeli Deum super omnia diligebant etiam dilectione amicitiæ per pura naturalia. 2.distinctio. 4 .articu. 3 o. fo.117

Angeli fuerunt creati beati quo ad illā beatitudinem quæ est secundum modum suæ naturæ, non autem simpliciter. 1.d.4.ar.4.o. fo.118

Angeli, ad hoc q̃ conuerterentur per liberi arbitrii perfectum motum, indigebāt gratia. 2. distinctio. 5.q.2. articu.1.o. fo.119

Angeli per gratiam in qua fuerūt creati, & per motum liberi arbitrii beatitudinē

titu finem quā habent meruerunt. 2.d.5.q.1.ar.2.o. fo.120.

Angeli omnes sunt incorporei. 2.di. 8.ar.1.o. fo.124

Angeli (vt cōmuniter tenetur & sancti dicunt) assumunt quandoq; corpora 2.d.8.ar.2.o. fo.125

Angeli quicquid operantur in assumptis corporibus, pertinere potest ad corpus absolute, totū vere est in illis operationibus, sed si ad corpus pertinet secundum q̄ est viuum, non est vere ibi. 2.d.8.ar.3.o. fo.125

Angeli in assumptis corporibus aliqd faciunt quod est loquutioni simile. 2.d.8.ar.3.ad ter. fo.126

Angeli in assumptis corporibus non sentiunt. 2.d.8.ar.3.ad 5. fo.126

Angeli mali nequeunt cogitationes immittere, sed tantum cogitandi occasionem præbere. 2.distin.8.arti.4 ad tertium. fo.126

Angeli supremę Hierarchiæ quodam speciali modo dicuntur Deo assistere, ideoq; illis solis proprie loquendo cōuenit, quāquā aliquo alio modo etiam aliis potest conuenire. 2.d 10.ar.1.o. fo.129

Angeli superiores (prout D. Dionysii sententia est quā ab Apostolis se accepisse asserit) nunquā in ministeriū mittuntur, quāq; D. Gregorius aliter videtur opinari, non asserendo tamen. ibidem ar.2.o.

Angeli infimę Hierarchiæ deputantur custodiæ hominum. 2.distinctio. 11. articu. 1.o. fo.13.

Angeli custodes hominum nunquam deserunt eos quo ad effectum custodiæ, nisi forte quantū ad aliquid deserant aliquem ex iusto iudicio Dei. ibi ad tert.

Angeli post confirmationem in essentiali beatitudine nō proficiunt. Possunt tamen proficere in cognitione aliorum quę ad beatitudinis essentiam minus pertinent. 2.d.distinct. 11. arti.2.c. fo.131

Angelorum creationem, Moises prætermisit, quia rudi populo minus poterant tradi inuisibilia. 2.d.2.q.1 ar.1.ad primum. fo.112

Angelorum omnium, supremus peccauit. 2.d.6.ar.1.o. fo.120

Angelorum ordines diuersimode tradiderunt Dionysius & Gregorius. 2.d.9.ar.1.ad quintum. fo.127

Angelorum nomina imponuntur ad ostendendum difformes proprietates eorum. 2.d.9.ar.2.o. fo.127

Angelorum ministeria non retardant eorum contemplationem. 2.d.10.ar 2.ad quintum fo.129

Angelorum loquutio est aliquo modo similis nostræ: & aliquo modo dissimilis. 2.d.10.ar.4.o. fo.130

Angelorum cognitio qua res in verbo cognoscunt, est multiplex ex parte cognitorum, & vna ex parte medii. 2.d.12.ar.3. ad secun. fo.134

Ad Angelorū ordines assumentur omnes saluandi. 2.d.9.ar.4.o. fo.128

Angelos ante corporalem creaturam fuisse creatos, Basilius & Gregorius Emissenus tenuerūt. Sed Augustinus & omnes moderni Latinorum tenēt oppositum. 2.d.2.q.1.ar.1.o.fo.112

Angelos singularia cognoscere necesse est ponere, secundum doctrinam fidei. 2.d.4 ar.2.o. fo.117

Angelos beatos omnia in Verbo cognoscere non est verum. 2.d.stin.11. ar.2.c. fo.131

Angelos secunda die peccasse quidam dicunt, ideoq; in quibusdam ecclesiis consueuit missa cęlebrari in feria secūda ad honorē persistentiū Angelorum. 2.d.14.q.2.ar.2.ad.5. fo.139

Inter bonos Angelos potest eē pugna materialiter, non autem formaliter

2.d.10.ar.3.o. fo.130
Anima rationalis secundum naturam est vestigium Dei,& secundum partē intellectiuam imago. 1.d.3.q.2.ar.3 ad primum. fo.13
Anima cognoscendo se per suam essentiam, cognoscit se per habitum. 1.d.3.q.4.ar.4.ad pri. fo.15
Anima non est ex materia & forma cōposita quidam dicunt. 1.distin.8.q.4.ar.2.c. fo.25
Anima cōponitur ex esse & quod est. ibidem.
Anima est tota in toto,& tota in qualibet parte. 1.d.8.q.4.ar.3.c. fo.25
Oppositum tamen videtur dicere. S. Doctor. Sed vide solutionē in concordantiis,dubio. 170. Et in litera diligenter inspecta.
Anima non vnitur corpori secundum aliquod esse accidentale. 1.d.8.q.4 ar.2.ad ter. fo.25
Anima participat maxime diuinas nobilitates. 1.distinct.8.q.4.artic.2.ad quintum fo.25
Anima non est in corpore,siue in corporis partibus sicut in loco, sed sicut forma in materia. 1.d.8.q.4.ar.3 ad quartum. fo.26
Anima hominis per eum modū debet perfici in diuina cognitione, p quē in creaturis diuina bonitas diffunditur. 1.d.34.q.2.ar.1.c. fo.78
Anima rationalis naturę ordine est inter cæteras creaturas intellectuales inferior. 2.d.1.q.2.ar.3.c. fo.110
Anima rationalis in se considerata nō solum est corporis forma,sed est substantia subsistens. 2.distinctio. 1. q.2. arti.4.c. fo.111
Anima inquātum est forma neq; est species,neq; in specie. Vt autem est quædam substantia per se sine corpore existens,sic potest poni in specie, & ab Angelo dicetur specie differre in quantum infimum gradum tenet in intellectuali natura. 2.d.3.q.1. arti. 2.ad quart. fo.114
Anima cognoscit omnia, qa est in potentia omnia. 2.d.17.ar.1.c. fo.144
Anima non est de substantia Dei. 2.di. 17.ar.1.o. fo.144
Anima non est facta ex aliqua materia corporali, vel spirituali. ibid. articu.2.o.
Anima quāq̄ materiam non habet, non tamen est omnino simplex. 2. d. 17.ar.1.ad primum. fo.144
Anima non est sine corpore facta, sed in corpore. 2.d.17.ar.3.c. fo.145
Anima sensitiua non est substantia per se subsistens. 2.d. 18.q.2.articu.2.ad secundum fo.147
Anima viuificat corpus formaliter, Deus autem effectiue. 2.d.26.arti.2. ad tertium fo.162
Anima primi hominis corpus infecit, & infectum corpus traducitur cum libidinis infectione seminatum, ex qua infectione contingit etiam animam infici. 2.d.30.articu.1. ad pri. & ad secundum fo.169
Anima maculatur originali culpa ex vnione ad corpus. 2. distin.32. articu.2.o. fo.174
Quod anima sit motrix & habeat esse per se non repugnat eius simplicitati, conueniunt.n.ei hæc inquantum est talis forma simillima Deo. 1.di. 8.q.4.ar.2 ad quin. fo.25
Duplex de anima opinio ponitur. 2. d.32.ar.4.o. fo.175
Animę nostræ Deus est coniunctus per seipsum per essentiam, per potentiā, & per præsentiam, non tamen vt intellectus obiectum. 1.d.3.q. 11. articu.2.ad.2. fo.11
Animæ vnius sunt ista tria, Memoria, Intelligentia, & Voluntas. Secundū procedit a primo, & tertium ab vtroq;

vtroq̃,ficut tres perſonæ in diuinis in vna eſſentia ſunt,& vna ab altera procedit,& ab vtraq̃ tertia.1.d.3.q. 4.ar.1.c. fo.13

Animę eſſe dependet a corpore quantum ad ſui principium,ſed non quã tum ad finem, et ſimiliter eius indiuiduum.1.diſtin.8.q.4.articu.2.ad ſextum fo.25

Animę brutorum,ſicut & corpora per ſeminis deciſionem traducuntur.2. d.18.q.2.ar.2.c. fo.147

Ea quæ ſunt in homine ſufficiẽter poſ ſunt ducere ad cognoſcendam eſſentiam animæ humanæ,non autẽ eſſentiam Angeli.2.diſtin.23.articu.4.ad primum. fo.156

Animam rationalem oportuit vniri corpori,quo per corpora inſtrumẽta intelligibiles ſpecies rerum deferentur ad ipſam.2.diſtinct.1.q.2,ar ticu.3.c. fo.110

Animam eſſe poſt mortem ſine corpore,eſt ei per accidens.2.diſtin.17.arti.3.ad primum fo.145

Animam rationalem traduci cum ſemine impoſſibile eſt.2.diſtin.18.q.2. arti.1.c. fo.147

Animam ſenſitiuam hominis per creationem eſſe nihil prohibet.ibidẽ ad primum.

Antichriſtus faciet ſigna,quæ tripliciter dicuntur mendacia.2.d.7.ar.4. ad primum. fo.124

A ante P.

Apparitio Patri conuenire poteſt, ſed non viſibilis miſſio.1,diſtin.16.ar.1 ad tertium fo.37

In naturali appetitu bo ni,omnes conueniunt,ſed in appetitu deliberatiuo non omnes.2.di. 39.articu.3.ad ſecundum fo.186

Ex appropriatione eorum quæ ſunt eſſentialia in diuinis alicui diuinæ perſonæ,duplex conſurgit vtilitas, Altera eſt qualiſcũq; veritatis apprę henſio,altera vitatio erroris.1. diſt. 31.ar.1.c. fo.71

A ante Q.

Aqua terram circuit in girum , ſed nõ ſecundum omnem ſuperficiem eius. 2.d.14.q.2.ar.1.ad.3. fo.138

Aqua maris eſt in ſuperficie ſalſa,& dulcis in profundo.ibi ad quintum

Aquæ quæ ſunt ſuper cœlos(vt ꝓpter authoritatem ſacræ ſcripturæ oportet fateri)non ſunt eiuſdem naturæ cũ aquis iſtis, ſed aliquod circulare corpus de naturæ quintæ eſſentiæ.2. d.14.q.1.ar.1.c. fo.138

A ante R.

Arbor quædam corporalis erat in paradiſo,quæ lignum vitæ dicebatur, Et ſimiliter erat ibi lignum ſcientiæ boni & mali.2.diſtin.17.artic.4. ad ſecundum. fo. 145

A ante T.

Attributa diuina quæ realiter ſunt idem,ratione differunt. 1.di.2.q. 1. ar.2.c.& ad ſecun. fo.10

Attributa eſſentialia in diuinis prędicari poſſunt etiam de perſona adiectiue,ſed non econuerſo.1.d.5.ar.1. ad tertium. fo.18

Attributorum perfectiones in creatura differunt realiter,& in creatore ſunt realiter idem.1.d.2.q.1. artic. 2.& ad ſecundum. fo.10

B ante A.

Baptiſmo poteſt perſona ab originalis culpæ infectione mundari,vt

nō imputetur ei naturæ corruptio. 2.d.32.ar.1. fo.171

B ante E.

Beati non possunt velle aliquod malum, sicut nos non possumus non velle beatitudinem, vel bonum in generali. 2.d.7.ar.1.c. fo.122
Beati Deum per essentiam vident, non autem alii. 2.d 23.ar.2. fo.155
Beatitudo creata facit beatos formaliter, non effectiue. 1.distin. 1. articu. 3. ad secundum fo.8
Beatitudo importat quandam operationis perfectionem. 2.distin. 4. articu.4.c. fo.118
Humana natura ordinē habet ad beatitud nem, sed non necessarium. 1. d.40.ar.3. ad tertium. fo.92

B ante O.

Loquendo de bonis finitis, verum est φ plura paucioribus meliora sunt, nō autem de bono infinito. 1.d.2. q.1. ar.1. ad primum. fo.9
Bonitas duplex, naturæ & moris. 2.di. 37.ar.1.ad secun. fo.182
Bonitatem accidētalem cuiuslibet rei Deus potest meliorem facere, etiam re manente, & bonitate essentiali bonitatem maiorem, non tamen in eadem re, sed in alia alterius speciei. 1. d.44.ar.2.c. fo.98
Bonitatem diuinam creatura participat secundum mensuram capacitatis suę. ibi ad ter.
Bonum est obiectum voluntatis. 1 d.1. articu.2.c. fo.7
Bonum duplex, finis, & quod est ad finem. ibidem.
Bonum quod opponitur malo totum per malum tollitur, In quo verò malum fundatur vt in subiecto nec tollitur nec diminuitur, diminuitur tamen habilitas vel ordo ad bonum per ipsum malum. 2. distin. 34. articu.4.c. fo.178

B ante R.

Bruta non appręhendunt rationē alicuius diuini præcepti, sed interdum virtute diuina est materia eorum mouetur ad explendum id qd Deus disponit. 1. distinct. 3. q.2. artic.1. ad secundum. fo.12

C ante A.

CAsu quędam dicuntur accidere in mundo per comparationē ad causas proximas, sed non per comparationem ad causam primam. 1. di. 39.q.2.ar.2.ad secun. fo.90
Cæcitas mētis, & cordis duritia positiue non sunt a Deo. 1. distin 40. articu.4.c. fo.92
Causa posita, necesse est poni effectum secundum illum modum quo causa ad effectum ordinatur. 1. dist. 47. ar.4. ad primum. fo.104
Causalitas magis attribuitur voluntati q̃ scientiæ. 1. distin. 45. articu. 2. ad tertium. fo.100

C ante H.

Charitas per respectum ad obiectum suum modum non habet, habet tamen vt creatura quędam. 1.d. 3.q.2 arti. 3. ad ter. fo.13
Charitas duplex est in homine. s. creata voluntatem informans, & increata. i. Spiritussanctus mentem inhabitans. 1. distin. 17. q.1. ar.1.c. fo.39
Et hoc contra sententiam magistri.
Charitas amore beneuolentiæ nō potest diligi, sed concupiscentiæ tantū, qui

qui tamē in amore beneuolentiæ includitur, quo alios ex charitate diligimus. 1.d.17.q.1.ar.2.o. fo.40

Charitas dicitur augeri vel minui secundum ꝙ magis vel minus subiecto īnest, & hoc est ipsam secundum suā essentiam augeri. 1.distin.17.q.1.arti.4.o. fo.41

Charitas augeri in infinitum pōt, tum quia per eam mouetur anima ad similitudinem bonitatis diuinæ, à qua distat in infinitum, tum quia quanto plus anima recipit de diuina bonitate tanto fit ad recipiēdum capacior. 1.d.17.q.2.ar.4.o. fo.43. Sed in secunda secundæ.q.24.arti.7.c. addit tertiam rōnem, quia videlicet causa agens charitatem est infinitæ virtutis.s. Deus. Videtur tamen alibi dicere oppositum. Sed vide solutionem in concordantiis. dubio. 313

Charitas minui potest quantum ad radicationem & feruorē, sed non quantum ad essentiam. 1.dist.17.q.2.arti.5.o. fo.43

Sed in secunda secundæ.q.24.ar.10.c. vtitur potius his terminis. s. directe & indirecte.

Charitate fruimur, & nō fide. 1.d.1.ar.1.ad quartum. fo.7

Charitatem se habere nullus scire potest certitudinaliter, sed vel ex aliquibus coniecturis æstimare, vel credere ex reuelatione diuina. 1.di.17.q.1.articu.3.o. fo.40

Charitatem hñs potest ea vti vel non vti, & intensius & remissius, secus autem est de formis naturalibus, quarum actiones ex necessitate proueniunt. 1.d.17.q.2.ar.3.c. fo.42

Non oportet ꝙ Deus augeat in anima charitatem nouo influxu, sed eodem influxu plenius participato. 1.d.17.q.2.ar.2.ad secundum. fo.42

Charitatis & gratiæ intensio & remissio attenditur in adultis secundum intētionē liberi arbitrii in Deum, Paruulis autē datur æqualis gratia ꝓpter eiusdem sacramenti susceptionem. 1.d.17.q.1.ar.4.o. fo.41

Charitatis actus perfectior dispositio est ad augmentum charitatis q̃ sit actus naturalis ad charitatē, quia hic se habet tātum vt dispositio, ille autem vt dispositio & meritum. 1.d.17 q.2.ar.3.ad secun. fo.42

Cum actus charitatis intensio adæquatur intētioni habitus, tunc meretur homo augmentum charitatis, cum vero non, nequaq̃. 1.d.17.q.2. arti.3.c. fo.42

Mereri charitatis augmentum, est mereri augmentum vitæ æternæ. 1.d.17.q.2.ar.3.ad ter. fo.42

Christo non competebat habere Angelum custodem. 2.distin.11.art.1.ad secundum fo.151

Christus nullo modo pœnam habuit quæ esset pœna hominis inquantum est homo, habuit tamen aliquā quantum ad naturam cōmunem 2.d.36 ar.4.ad 2. fo.181

C ante O.

Cœleste corpus, & q̃tum ad naturā & quantum ad locum firmum est. 2.d.14.q.1.ar.2. ad quar. fo.138

Cœlesti corpori intelligendō est attributā esse in secunda creatiōis die virtutē mouēdi corpora inferiora. ibi. c.& ad primum fo.137

Sicuti inter philosophos, ita & inter sanctos fuit de cœlestis corporis natura diuersa opinio. ibi ad quin.

Cœlū pōt esse cū aiæ sensitiuæ vel īmediate vel mediate per virtutē quā cōsequitur a motore. 2.d.18.q.2.ar.2. ad tertium fo.147

Cœlum aqueū vel cristallinum quod est totum diaphanum nullam habēs

lucidam partem actu, est super sphe-ram stellarum fixarum. 2. d. 14. q. 1. articu. 1. c. fo. 137

Cœlum empyreum, etsi non est mutabile mutatione variabilitatis de vna forma contraria in aliam, tamē mutatione receptionis mutabile est. 1. d. 8 q. 2. ar. 1. ad sec. fo. 23

Cœlum empyreum est corpus qd per quandam congruētiam omnibus spiritibus bonis Deum videntibus deputatur pro loco. 2. distin. 2. q. 2. articu. 1. c. fo. 113

Cœlum empyreum ex præsentia spirituum redditur honorabile. ibi ad primum.

Cœlum empyreum ordinatur ad immutabilem hominis fœlicitatem, ideoq; secundum omnes motus species immobile est. ibi ad sec.

Cœlum empyreum est lucidum. ibi ad tertium.

Cœlum empyreum non efficit aliquā in aliis corporibus dispositionem. 2 d. 2. q. 2. ar. 2. o. fo. 113

Sed tamen mutauit sententiam. S. D. in hoc. p. p. q. 66. ar. 3. ad secund. & quol. 6. ar. 19. o.

Cognitio Dei per creaturas est tātum hominum viatorum, cōmunisq; bonis ac malis. 1. d. 3. q. 2. artic. 1. c. & ad primum. fo. 12

Cognitio diuina, & sapientia dicitur & scientia. 1. d. 35. ar. 1. ad. 3 fo. 79

Cognitio propria non potest haberi de aliquo nisi cognoscatur ut est distinctū ab omnibus aliis, quæ quidem distinctio consistit in affirmatione & negatione. 1. distin. 36. q. 1. articu. 2. c. fo. 81

Cognitio mali non deest Deo, q̄q̄ dicitur aliquando nescire malos inquātum eos non approbat. 1. dist. 36. q. 1. articu. 2. c fo. 81

Quidā res non fuerunt ab æterno, fuerunt tamen ab æterno cognitæ, etiā vt in propria existentes natura. 1. di. 3. q. 2. ar. 1. ad tertium. fo. 12

Cognoscere modicum quid de diuinis rebus, magis est amabile q̄ quicquid de aliis cognosci potest. q. 3. Prolo. articu. 1. c. fo. 3

Dum in cognoscēdis diuinis, homo nō tentat excedere modum suum, tunc seruatur spiritualis sobrietas. q. 3. Prolo. arti. 1. ad quartum. fo. 5

Cognoscitur tantum de vnaquaq; re, ad quantum se extendit medium per qd cognoscitur. 1. d. distinct. 3. q. 2. articu. 2. c. fo. 12

Cognoscitur vnumquodq; secundum quod est in actu, & non secundum q est in potentia. 1. distin. 17. q. 1. articu. 3. c. fo. 40

Nihil cognoscitur nisi per virtutem suam, quæ est a Deo exemplata. 1. d. 3. q. 1. ar. 2. fo. 11

Coitus delectatio fuisset in statu innocentiæ maior q̄ nunc secundū quātitatem, & secundum proportionem minor. 2. d. 20. ar. 1. ad. 3. fo. 150

Columba visibilis repręsentabat Spiritumsanctum inhabitare per gratiā illum ad quem dirigebatur. 1. di. 16 arti. 1. c. & ad pri. fo. 37

Colūba in qua Spiritussanctus in Christo apparuit, non fuit vera columba, nec verus ignis in quo apparuit sup Apostolos, Non tamē fuit ibi aliqua fictio. 1. d. 16. ar. 3. ad. 2. fo. 38

Sed mutauit sententiam. S. D. in hoc, sequēs Augustinū. 3. p. q. 39. ar. 7. o.

Comestio aliquo mō vera fuit in Christo post resurrectionem. 2. distinct. 8. ar. 3. ad pri. fo 126

Commune non appropriatur vel specificatur nisi per additionem. 1. d. 2. q. 1. ar. 1. c. fo. 9

Comunicare licet etiam excōmunicatis in his quę pertinent ad salutem.

q. 2. Prolo. ar. 3. ad. 2. fo. 4

Comunicat se Deus tum secundum imperfectã similitudinem, vt creaturę, tum secundum perfectam, vt Pater Filio. Respectu huius ponitur in Deo potētia generatiua, respectu autem illius omnipotentia respectu creaturarum. 1. distinct. 7. q. 1. articu. 1. c. fo. 26

Compositio actus & potentiæ etiã in anima reperitur. 1. d. 8. q. 4. ar. 2. c. & ad primum fo. 25

Vbicunq; est compositio, ibi est inuenire potentiam & actum. 1. distin. 8. q. 3. ar. 1. c. fo. 23

Esse immunem a compositionem est solius Dei proprium. 1. distinct. 8. q. 4. arti. 1. c. fo. 24

Compositum ex anima & corpore organico compléro potētia vitam habente, est animal. 1. d. 8. q. 4. articu. 3 ad primum. fo. 26

Omnis creatura perfecta est composita saltem ex substantia & accidente, & *ex esse & quod est*, imperfecta vero omnis, cum alio componibilis vel in compositionem cum alio veniens. 1. d 8. q. 4. ar. 1 c. fo. 24

In conceptionibus intellectualibus fit reductio ad principia quæ naturaliter intelliguntur. 1. d. 6. articu. 2. ad vltimum fo. 19

Cõcubitus in statu naturæ fuisset absq; defectiua, vel vituperabili corruptione. 2. d. 20. ar. 1. ad. 2. fo. 150

Concupiscentia erat in statu innocentiæ, sed ordinata. 2. distin. 30. arti. 2. ad primum. fo. 170

Concupiscentia potest remanere sine culpa, nõ autem actus peccati actualis. 2. d. 32. ar. 1. ad pri. fo. 172

Concupiscentiæ motus peccatum est prout est in potestate voluntatis existens. 2. d. 38. ar. 2. ad. 2. fo. 181

Concupiscere est quodãmodo in potestate personę concupiscentis, sed habitualis concupiscētia nequaq. 2. d. 32. ar. 1. ad secun. fo. 173

Conscientia est applicatio synderesis ad aliquod particulare factum, in qua contingit errorem esse. 2. d. 39. ar. 4. ad tertium fo 186

Conseruatio diuinorum operum non est alia operatio ab eorum creatione, sed eiusdem continuatio. 2. dist. 15. ar. 4. ad. 2. fo. 141

Contradictorie non opponuntur hæ propositiones. Pater est generans. Essentia non est generans, quia generare & non generare nõ referuntur ad idem secundum idem. 1. d. 5. arti. 1. ad quartum. fo. 18

Vnum contrariorum esse alterius causam per accidens, nihil prohibet. 2. d. 36. ar. 1. ad ter. fo. 180

Cor in animali positũ est in medio ob maiorẽ sui conseruationem. 2. d. 14. q. 1. ar. 1. ad. 2. fo. 137

In corporibus piscium & auium superabundat simpliciter terra, sed in cõparatione ad animalia terrestria superabundat aqua. 2. d. 15. articu. 2. ad quartum. fo. 140

Corpus solare quantum ad substantiã suam fuit inter prima creata, sed in primo die intelligitur ei fuisse collata lux, in quarto vero specialis virtus in qua ab aliis cœlestibus corporibus distinguitur 2. ad. 13. articu. 3. ad primum. fo. 138

C ante R.

Creandi potētia creaturæ rationali repugnat. 2. d. 1. q. 1. ar. 3. ad. 3. fo. 109

Creatio nihil est aliud secundum rem q̃ relatio quędam qua creatura refertur ad Deum vt ad causam. 2. d. 1. q. 1. ar. 1. ad pri. fo. 107

Creatio rerum nõ dicitur proprie mu-

raculosa quāq̄ a solo Deo est.2. di. 18.q.1 ar.2 ad secun. fo.146
Creatio non est creata. ibi articu.2. ad tertium.
Per creationem solus Deus agit, omnes autem aliæ causæ per viam motus vel mutationis. ibi art.3.c.
Creator vnus dicuntur Pater & Filius, sed respectu Spiritussancti duo dicūtur spiratores, vt quidā volunt; vel vt arbitrantur alii propter vnitatē virtutis spiratiuę dicuntur vnus spirator, & pp suppositorum pluralitatem duo spirantes.1.d.11.ar4.o.fo.30
Sed primam sententiam videtur. S.D. reiicere, & approbare secundam.p.p. q. 36.ar.4.ad septimum
Creatori coniungitur creatura vel sicut causæ efficienti effectus, vel sicut operationis obiecto, aut quantū ad esse in persona vna, & hic tertius modus est Christo proprius. 1. dist. 14. arti.4.c. fo.35
Creatura est īperfecta similitudo creatoris, ideoq; appellatur vestigium.1. d.3.q.2.ar.3.c. fo.12
Creatura oīs quia habet passibilitatē admixtam, ideo aliquomodo est mutabilis.1.d.8.q.2.ar.2.c. fo.23
Creatura ois mutabilis est, tū respectu potētię receptiuę naturalis, tū respectu obediētialis, & hoc per respectū ad Deum. 1.d.8.q.2.ar.2.c. fo.23
Creatura a Deo procedit solū vt amatum vel volitū, sed Spiritussanctus vt amandi & volendi ratio.1.d.10.arti.1.ad secundum fo.28
Creatura ē in creatore creatrix ēentia ſm Anselmū.1.d.36.ar.4.ad pri.f.89
Creatur a simul creatur & creata est.2. d.1.q.1.ar.1.ad quar. fo.108
Creatura rōnalis non pōt carere potētia peccandi per naturā, sed per gratia m confirmante tal s potētia tpta li er ligari pōt.2.d.23.ar.1.c.fo.155
Nulla creatura dicitur similis Deo, q̄a vtriq; eadem conueniat forma eodē modo, sed quia in vtroq; diuersimode inuenitur, vt domus quæ est in materia similatur arti quæ est in mente artificis.2.d.16.ar.1.c. fo.142
Creaturę perfectio secundum Pithagoram consistit in principio, medio, & fine.1.d.3.q.2.ar.3.c. fo.12
Creaturæ oēs ad hoc factæ sunt sicut propter vltimum finem, vt diuinam bonitatem suo modo participent.2. d.1.q.2.ar.1.c. fo.109
Creaturæ oēs propter Dei bonitatem factæ sunt, solæ autem intellectuales & rationales propter beatitudinem. 2.d.1.q.2.ar.1.ad secun. fo.100
Creaturarum consideratio, & theologis & philosophis cōmunis est, sed differt quantum ad certitudinem cognitionis, quantū ad probatiōis firmitatem, & quantū ad rationē considerationis. Prolo. secūdi fo.107
Creaturarum omnium secundarius finis est homo, q̄ḡ differenter ordinātur ad eum superiores & inferiores. 2.d.1.q.2.ar.2.o. fo 110
Creaturas nulla necessitate condidit Deus, Filiū aūt necessitate genuit nō quę fit ex alio, sed ea quę est respectu omnium quæ in eius natura sunt 1. d.6.ar.1.o. fo.19
Creaturas intellectuales Deus ex ordine suæ sapientiæ inęquales cōstituit, vt implerentur diuersi bonitatis gradus. 2.d.1.q.2.ar.3. ad sec. fo.110
Ex creaturis nō est, sed ex abusu nro q̄ sint in odium & cętera quæ dicūtur sapientię.1 4.1.d.1.ar.4.ad pri. fo.9
Quicquid in creaturis perfectionis est, in creatore est tanq̄ in cā & excellētiori modo.1.d.2.q.1.ar.2.c. fo.10
Credibilia de quibus est theologia nō sunt secundum naturę lumen apparentia, sed secundum lumen fidei.q 1.Prolo.

1. Prolo ar.1.ad pri. fo.2

Credulitas principiorum est principiū proximum illarum scientiarum quę supponūt sua principia ab aliis sciētiis. ibi ad secun.

Cante V.

Culpa quandoq; est pœna per accidēs vel ratione antecedentis, vel ratione consequentis, vel rōne concomitantiæ 1.d.46.ar.1 ad secun. fo.102 et 2.d.36.ar.2.o. fo.181

Culpa, proprie loquendo, per prius est in actu voluntatis q̄ aliarum virium 2.d.39.ar.2.o. fo.185

Culpæ status infra naturam rationalē est. 1.d.41.ar.1.c. fo.92

Culpę ratio formaliter ex hoc completur q̄ actus est voluntarius, deformitas autem actus exterioris est materiale in peccato. 2.dist.35.articu.3 ad tertium. fo.180

Dante A.

Dare dignius est q̄ accipere, vbi esse dantis & esse accipientis differunt. 1.d.9.q.2.ar.1.ad.4.f.27

Dante Æ.

Dæmones ad excitandum per tentationem homines vsq; ad diem iudicii acceperunt pro loco suæ pœnæ caliginosum hunc aerem, non tamē omnes, post vero detrudentur irreuocabili'r in infernū. 2.d.6.ar.4.c. fo.122

Dęmones igne inferni puniuntur, etiā cum in inferno nō sunt. ibi ad sec.

Dęmones sunt obstinati in malo. 2.d.7 ar.2.c. fo.123

Dęmones credunt ex quadam coactione. ibi ad tertium

Dęmones non cognoscunt futura nisi in suis causis. 2.d.7.ar.3.ad.4.fo.123

Dęmones consulere de futuris, est quędam Idololatriæ species. ibidem.

Dæmones certis horis vocati veniunt, cum sciunt cœlestia corpora iuuare ad hoc quod intendunt. 2.d.7.ar.4 ad tertium fo.124

Dęmones viris succubos & fœminis incubos se præbent, & ita per hominis semen ad hominis generationē operantur. 2.d.8.ar.3.ad secun. fo.126

Dæmones non possunt scire cogitationes cordium, nec etiam Angeli. 2.d. 8.ar.4.ad quin. fo.126

An Dęmones in tentando superati a tentationibus cessent, triplex opinio ponitur. 2.d.6.arti.4.ad sec. fo.122

Dęmonibus per sanctos Angelos aliquid reuelatur, non per modum illuminatiōis, sed per modum loquutionis. 2.d.7.ar.3. ad secun. fo.123

In Dęmonibus manet acumen scietię. ibi.o.

In Dęmonibus respectu voluntatis ipsorū nihil est pulchrum aut ordinatū, sed ex natura & ex Dei ordinatione inest eis pulchritudo & ordo. 2.d.6. ar.3.c. fo.121

Dante E.

De pręposítio, interdum sumitur pure materialiter, vt cū dicitur cultellus de ferro, interdum originaliter, vt lumen de Sole, iterdum pure ordinal'r vt de mane fit meridies, interdū vero mixtim materialiter simul & originaliter, vt filius de substantia patris, & hoc in humanis. Verū in diuinis ponendo proportionaliter loco ly materialiter substantialiter. 1.d.5.ar.3. c.fo.18.et.4.d.11.ar.1.ad.4.fo.300

Defectus quibus bona debita homini in statu innocentię sunt ablata, pœnales sunt, & sequūtur originale peccatum. 2.d.30.ar.3.o. fo.170

Delectatio morosa est peccatum mortale.2.d.24.q.2.ar.3.ad.1. fo.160

Delectatur quælibet potentia naturali delectatione, non animali,in consequutione sui obiecti.1.distin.1.articu.1.ad quintum fo.7

Deliberationis defectus,aufert ratione peccati mortalis.2.d.24.q.2.arti.3. ad tertium fo.160

Deitas vna est Patris & Filii, qui sunt duo subsistētes ex alia ratione distincti.1.d.29.ar.4.ad.2 fo.69

Dei substantia est ipsa sua operatio.1. dist.35.ar 2.c. fo.79

Dei potentia est idem scdm rē cum substantia & operatione Dei,& differens ratione.1 d.42.ar.1.c. fo.94

Dei potentia est simpliciter infinita intensiue & extensiue.1.distinct.43.arti.3.o. fo.97

Dei voluntas principaliter in suam fertur bonitatem, & ratione ipsius in alia.1.distinct.45.articu.1. ad secundum. fo.99

Dei voluntas non est mutabilis,sed est rerum mutatiua.ibi ad ter.

Dei voluntas non est causa contingēs 1.d.45.ar.2.ad quar. fo.100

Dei voluntas secundum respectum quē habet ad ipsum Deum volentē, nullam habet causam, quæ realiter ab ipso differat,sed secundum eum quē habet ad effectus volitos, potest eius causa vel ratio assignari.1.distin.45 ar.3.o. fo 100

Dei voluntas non imponit necessitatē rebus.1.d.47.ar.4.o. fo.104

Dei est rem producere secundum totū illud quod est entitatis in ea,& quantum ad formam & quantum ad materiam,& hoc est creare, Ad causas autem secundas naturales pertinet tantum res efficere secūdum formas 2.d.1.q.1ar.1.c. fo.107

Præter Dei voluntatem tam antecedētem q̄ consequentem potest aliquid fieri,loquendo de volūtate beneplaciti,non autem contra consequentē quę semper ipletur,sed contra antecedentē quæ non impletur quandoq; 1.dist.47.ar.3.c. fo.103

Ad Dei cognitionem per creaturas exiguntur duo, Alterum est, ꝙ cognoscens valeat aliquomodo Deum capere,& ob defectum huius nequeunt bruta Deum cognoscere,alterum ꝙ per creaturas in eius cognitionē deueniat,& propter huius defectū beati qui vident Dei essentiam non cognoscunt Deum ex creaturis,q̄q̄ eū in creaturis cognoscūt,sicut & Deus seipsum in creatūris repręsentatum videt.1.d 3.q.2.ar.1.c.fo.11.et 12

Deo idem est,esse,viuere,intelligere, & beatum esse.1.d.35.ar.2.c. fo.79

Deo competit vbiq; esse.1.dist.37.q.2. ar.1.o. fo.84

Et competit soli Deo proprie loquendo.ibi ar.2.o.

Deo cura est de brutis, sed alio modo q̄ de hominibus.1.distin.39. q.2.ar. 2.ad tertium fo.90

Deo maxime competit habere potentiam actiuam, passiuam vero nequāquam.1.d.42.ar.1.o. fo.94

In Deo sunt & natiuitas & natura, q̄q̄ non est ibi motus.1.distin.6.ar.3.ad primum fo.20

In Deo Patre est eadem dignitas ex eo ꝙ potest generare quę est in Filio ex hoc ꝙ generatur.1.distin.7.q.2.ar. 2.ad tertium fo.21

In Deo nulla potest esse mutatio. 1.d. 8.q.2.ar.1.c. fo.22

In Deo reperiuntur tantummodo ex prędicamentis, secundum propriam sui generis rationem substantia, put a per se stando dicitur, & relatio.1. d.8.q.3.ar.3.c. fo.24

In Deo esse tres personas tantum,& secundum

cũdum fidem tenemus, & rationi cõsonum est, quia diuinæ personæ non nisi per originis relationes distinguũtur, et quia duplex est originis modus qui non distinguit personam a qua est origo siue processio, sed solũ modo procedentes, ideo duæ procedentes sunt, & vna a qua vtraq; est processio. 1.d.50.ar.5.c. fo.29
In Deo non potest esse totum integrale & pars. 1.d.19 q.4.ar.1.c. fo.48
In Deo est voluntas. 1, distinct.45. articu.1.c. fo.99
In Deo ponimus voluntatem, sed non appetitum proprie loquendo. ibi ad primum
In Deo voluntas idem est quod natura. 1.d.45.ar.1.ad.1 fo. 100
In Deo duplex assignatur voluntas. s. signi & beneplaciti. 1.distinct.45.arti.4.o. fo. 100
In Deo ponitur duplex voluntas. s. antecedens & consequens. 1.distinct. 48 articu.1.o. fo.101
In Deo necessariũ est ponere personarum distinctionem, propter fidei veritatem, non propter rationum efficaciam. 1.d.2.q.2.ar.1.c. fo.10
In Deo præexistunt omnium generum nobilitates & perfectiones. 2.d.16.arti.1.ad secun. fo.142
In Deo est liberum arbitrium. 2.d.25. ar.1.o. fo.161
Cum in Deo nulla sit imperfectio per solam relationem potest esse distinctio in diuinis. 1.distinct. 26.q.2. articu.2.c. fo.63
Quanq; in Deo idem est diligere & esse secundum rem, nihilominus diligere per modum operationis significatur, non autem esse. 1.d.32.q.1.ar. 1 ad primum fo.73
Quod in Deo est per modum simplicitatis & vnitatis, ab intellectu nostro per modum duplicitatis & multiplicitatis concipitur. 1.d. 1.q.2.articu. 2.c. fo.10
Deum vnum esse per essentiam necesse est dicere. 1.d.2.q.1.ar. 1.c. fo.9
Deum esse, secundum se est per se notum, sed non per comparationẽ ad nos. 1.d.3.q.1.ar.2.c. fo. 14
Deum esse secũdum suam naturam est demonstrationis conclusio quo ad nos, licet scdm suam similitudinem & participationem etiam quo ad nos sit per se notum. ibi ad primũ.
Deum esse perfecte simplicẽ absq; vlla compositione necesse est. 1. distin .8 q.3.ar.1.c. fo.23
Deum esse intimum cuilibet rei oportet. 1.d.37.q.1.ar.1.c. fo.83
Deum aliquid non posse dupliciter dicitur, vel quia ad passionem pertinet, vel quia implicat contradictionem, aut absolute, aut per respectum ad aliud. 1.d.42.ar.2.c. fo.94
Deum omnipotẽtem esse ex hoc oportet intelligere q põt possibilia omnia. 1.d.42.ar.3.o. fo.95
In Deum referre omnia actualiter nõ tenemur, sed habitualiter. 1.d. 1.ar. 4.ad ter. fo.9
Deus qq passionem non habet ꝓprie loquendo, habet tamen loco earum attributa, quæ secundum modum intelligendi substantiam consequuntur (vt dicit Damascenus) & alia de quibus est Theologia. q.1. Prolo.ar. 2.ad secun. fo.3
Deus principaliter & interius docet, homo autem exterius, & adminiculans. q.2 Prolo.ar.4.c. fo.4
Deus est forma per se existens & nullo modo dependens a materia cum sit purus actus nulli inhærens. 1.d.2.q.1. ar.1. ad secun. fo.9
Deus dicitur realiter relatus sicut dicitur realiter bonus. 1.dist. 2.q.2.arti. 2.o. fo.10. et dist.33.ar.2.ad.2.fo.75

Deus est cognoscibilis ab itellectu creato cognitione & apprehensionis, nō comprehensionis. 1. dist. 3. q. 1. articu. 1. c. fo. 11
Deus, quia non est omnino expers entitatis, q̄ q̄ est sup omnia etiā, ideo non est omnino expers cognoscibilitatis, sed non eo modo cognoscitur quo alia cognoscuntur entia. ibi ad pri.
Deus per creaturam, quia est illius causa, cognosci habet. 1. distin. 3. q. 2. articu. 1. c. fo. 11
Deus non habet respectum causæ ad creaturas ratione propriorum: sed ratione appropriatorum. 1. d. 3. q. 2 articu. 2. c. fo. 12
Deus significat diuinam naturā in supposito, ideoq̧ habet in suo intellectu aliquid circa quod potest poni distinctio, quam facit relatio in diuinis, quod non habet hoc nomen, essentia. 1. d. 5. ar. 1. ad quin. fo. 18
Deus habet totum suum esse simul, qd de creatura inquantum mutabilis est, dici non potest. 1. distin. 8. q. 1. articu. 1. c. fo. 22
Deus potest multa facere quæ non facit. 1. d. 8. q. 2 ar. 2. o. fo. 22
Deus non se habet nunc q̄ prius, nisi secundum dici. 1. distin. 8. q. 2. art. 1. ad primum fo. 22
Deus solus est ens, cui nulla fit nec fieri potest additio. 1. distin. 8. q. 3 arti. 1. ad primum. fo. 22
Deus habet modum & rationem substātiæ, quantum ad hoc ꝙ substātia est ens per se subsistens, nec ab esse aliorum dependens, non autem quantū ad hoc ꝙ substat aliis quæ sibi insūt. 1. d. 8. q. 3. ar. 2. c. fo. 24
Deus non est causa materialis nostra, sed se habet ad nos in ratione efficiētis, finis, & formæ exemplaris, non inhærentis. 1. d. 18. ar. 5. c. fo. 45
Deus est purus actus, mouens & non motus, ideoq̧ nulla pōt esse in Deo materiæ ratio, nec ipse est materiale principiū. 1. d. 19. q. 4. ar. 3. c. fo. 49
Deus quia seipsum perfecte intelligit perfecte se suo exprimit verbo, nos vero ideo Deum imperfecte significamus, quia eum īperfecte intelligimus 1. d. 22. at. 2. o fo. 54
Deus in diuinis non potest prædicari pluraliter: sed bene ens & res. 1. dist. 25. ar. 4. ad secun. fo. 61
Deus non dr̄ quinus, q̄ q̄ sunt quinq̧ nctiones, quia per eas non constituū tur nisi tres subsistentes. 1. d. 27. q. 1 ar. 1. ad tertium fo. 64
Deus ex tempore dicitur homo relatione relationis īplicitæ. 1. di. 30. ar. 3. ad primum. fo. 70
Deus quia est īmaterialis & intellectualis naturæ, continet in seipso immaterialiter & intelligibiter creaturam 1. d. 35. ar. 4. c. fo. 80
Deus perfecte seipsum intelligit. 1. di. 35. ar. 3. c. fo. 80
Deus eo modo cognoscit res quo eas causat. 1. d. 36. q. 1. ar. 1. c. fo. 81
Deus est continēs in esse quālibet rem, & immediate, qppe qui est tum corporalium tum spiritualium creator 1. d. 37. q. 1. ar. 1. c. fo. 83
Deus in infinitum distat a creatura per naturæ differentiam, sed per operationem coniungitur vnicuiq̧. ibi ad primum.
Deus in nulla re est sicut contentum in continente, sed vt continens in omnibus per essentiā, præsentiam, & potentiam, sed in aliquibus specialiter est per gratiam habitualem, in Christo autem singulariter per gratiam vnionis. 1. d. 37. q. 1. ar. 2. o. fo. 83
Deus est omnipotens. 1. distin. 42 arti. 2. o. fo. 94
Deus agit per essentiam suam, & tamē non ex necessitate naturæ. 1. distinct.

43.ar.1.ad pri. fo.96

Deus non potest facere quod aliquid actu sit simpliciter infinitum, vel intensiue, vel extensiue, siue secundũ quantitatem continuam, siue secundũ discretam. 1.d.43.ar.4.c. fo.97

Deus potest successiue facere quicquid est in potentia materiæ. ibi ad primum.

Deus absolute põt facere aliquid melius toto vniuerso, sed per respectũ ad modum participandi diuinã bonitatem, qui est vniuerso a Deo præfixus, non potest esse melius ordinatum. 1.d.44.ar.1.o. fo.98

Deus potest quicquid potuit loquẽdo per respectum ad potentem, sed per respectum ad possibile nequaquã. 1.d. 44.ar.4.o. fo.99

Deus vult omnes homines saluos fieri vt D.Paulus dicit, quorum verborum quatuor sensus habetur, sed vltimus qui est Origenis reiiciendus est. 1.dist.46 arti.2.c. fo.101

Deus absolute non vult fieri mala, sed ea permittit & ordinat. 1.distin. 46. articu.4.o. fo.102

Deus vult de necessitate bonitatem suam, & quicquid in ipso est, non sic autem creaturas. 1.distinctio. 47.articu.1.c. fo.103

Deus simpliciter vult quod vult voluntate antecedente tanq̃ ex seipso, & cõsequente tanq̃ ex volito, & hoc totum impletur. 1.distinctio. 47.artic. 2.c. fo.103

Deus ab omnibus intelligitur id qd est primũ in genere causarum agentiũ. 2.d.1.q.1.ar.1.c. fo.107

Deus agit ex suæ bonitatis amore, vt eam multiplicet sicut est possibile. 2 d.1.q.2.ar.2.ad pri. fo.109

Deus nõ est omnia, sed quid altius omnibus, nec est corpus, nec corporis forma. 2.d.17.ar.1.c. fo.144

Deus non dicitur indurare inducendo malitiam, sed non inducendo gratiam. 2.d.37.ar.3.ad sec. fo.183

Deus mouet infima per superiora. 2.d. 44.q.2.ar.1 c. fo.194

Quod Deus fiat ex non operante operans, nullam in eo mutationem ponit. 1. distinct.8.q.2.articu.1.ad primum. fo.22

Cum Deus dicitur nos diligere, in sua dilectiõe intelligere possumus amorem æternum, & temporalem effectũ, & ratione vtriusque diligit nos Spiritusancto, aliter tamen & aliter. 1.d. 32.q.1.ar.2.c. fo.74

Quia hoc nomen, Deus, imponitur a forma non multiplicata, sed existente eadẽ in pluribus suppositis, ideo manens vna prędicari potest & subiici suppositis suis, homo vero & huiusmodi alia nequaq̃. 1.d.4. arti.4. quęstiuncula. 3.ad pri. fo.17

Hoc nomen, Deus, supponit quandoque pro essentia, quãdoque vero pro persona, atque interdum pro vna, & interdum pro pluribus. 1.distinctio.4.articu.2.c. fo.16

Habet etiam hoc nomen, Deus, naturam termini singularis, quia imponitur a non multiplicabili forma. ibi. ad tertium.

Ex tribus sensibus quos habere potest hęc propositio, Solus Deus est Deus, duo acceptantur, & vnus reiicitur. 1. d.21.q.1.ar.1.o. fo.52

Idem dicendum & de hac, Solus Pater est Deus. ibi ar.2.o.

Hic terminus, Deus, non tantum prædicat naturam deitatis vt formam, sed vt aliquid subsistens. 1.dist.22.q. 2.arti.2.c. fo.53

Quanq̃ ratio nostra ab æterno non fuit, nunc tamen existens, cognoscit Deum fuisse ab æterno. 1.dist.30. arti.4.ad secun. fo.71

Simpliciter concedendum est ꝙ Deus potest non facere quod facit, si nihil addatur, Addita vero sciētia vel voluntate, erit vera loquutio in sensu diuiso, & in sensu composito falsa. 1 d.43.ar.1.o. fo.96

Nihil fieri potest ꝙ Deus nō operetur vel permittat. 1.d.47.ar.3.c. fo.103

Non est ex impotentia voluntatis Dei ꝙ præter eam aliquid fiat, sed est ex ordine sapientiæ eius. ibi ad pri.

Dicere aliquod ens inquantum ens nō esse a Deo, aduersatur fidei, & rationi. 2.d.37.ar.1.c. fo.182

D ante I.

Diuina persona est vbiq;, nō tamen omni modo vbi est, atq; ideo dicitur mitti. 1.dist.15.ar.1.ad sec. fo.36

Diuinæ personæ operātur aliquid immediate circa nos, non autem superiores Angeli. ibi ad ter.

Diuinę voluntati recte attribuitur causalitas rerum. 1.d.45.ar.2.c. fo.100

Diuinæ voluntati ita subiacet creaturarum ordo sicut vnaquæq; creatura. 1.d.45.ar.3.c. fo.100

Diuinæ voluntatis signa non adhibentur ad significandum Deum sic velle, sed quia solēt esse in nobis signa volendi. 1.distinctio.45.articu.4.ad secundum fo.100

In diuinis non est distinctio generantis & geniti per aliquid essentiale, sed solum relationibus. 1.distin. 4. arti.1. ad secundum fo.15

In diuinis est prædicatio affirmatiua & negatiua. 1.d.4.ar.4.c. fo.17

In diuinis personis est distinctio quę ex origine causatur, quæ & simplicitatem compatitur, non autem quæ ex alicuius causatur additione, quæ simplicitatem impedit. 1.distinct.8. q.3. ar.1.ad secun. fo.23

In diuinis non dicuntur esse tria absolute, sed vel tria pro tres, vel tria supposita. 1.d.23.ar.3.ad pri. fo.56

In diuinis nō est totum vniuersale, nec pars subiectiua. 1.distinctio.19 q.4. arti.2.c. fo.48

Quāuis in diuinis sit vnitas rei essentialis, est tamen pluralitas in personali & notionali, & in rationibus quibus diuersimode etiam vna essentia pōt in diuersa intellectus acceptione significari. 1.d.22.ar.3.ad pri. fo.54

Ex diuini ordinis suppositiōe quo vnicuiq; finem certum Deus præfixit, nō possunt res fieri meliori modo ꝗ factæ sint. 1.d.44.ar.3.o. fo.98

Diabolum a Paradiso terrestri arceri non erat necessarium. 2.d.21.arti.3. ad pri. fo.152

Diabolus in primo instanti creationis suę fuit bonus. 2.distin.3.q.2.articu. 1.o. fo.115

Diabolus peccauit appetendo æqualitatem Dei. 2.d.5 q.1.ar.2.o.fo.119

Diabolus non potest hominem cogere ad peccandum. 2.distin.21. arti.1. ad tertium. fo.152

Diabolus virtute naturę multa potest, quæ tamen non permittitur facere. 2.d.21.ar.3.c. fo.152

Diabolus necesse habuit tentare visibiliter hominem. ibi ad sec.

Dies creationis Augustinus refert ad angelicam cognitionem, sed alii sancti eos distinguunt secundum diuersum statum vniuersi. 2. distinctio.15 arti.4.c. fo.141

Dies septima præ cæteris benedicitur, quia ei rerum perfectio secundum finem & secundum operationem attribuitur. ibi ad quin.

Diffinitio secūdum hoc adęquatur intellectui, secundum quod aliquid habet de entitate. 1.distin.19.q.5.ar.1. ad tertium. fo.50

Distantia intelligibilis creati a Deo, est maior secundum naturæ proprietatem q̃ sit distantia intelligibilis a sensibili, non autem secundum cognoscibilitatis rationem.1.dist.3.q.1.arti.1.ad secun. fo.11

Distinctio completa rerum in hoc attenditur q naturalibus rebus conferuntur virtutes actiuæ & passiuæ.2.d.12.ar.3.ad sec. fo.134

Distinctionem dierum quã in exordio creationis ponit Moises, Augustinus interpretatur mysticè, alii vero sancti ad literam.ibi.c.

Diuersitas differentiarum vniuocationem impedit cõmunis generis, eo q generis rationem differentiæ nõ ingrediuntur.1.d.29.ar.3.c. fo.69

D ante O.

Doctorem appellat Paulus a doctrina quæ est per publicam exhortationẽ. q.1.Prolo.ar.4.ad ter. fo.4

Hoc nomen, Dominus, dicitur esse nomen potestatis, non sicut proximi significati, sed sicut causæ proxime significati. 1.d.30.ar.2.ad sec. fo.70

Dona omnia quæ ex diuina liberalitate dantur nobis, dicũtur dari per Spiritumsanctum q̃q̃ non datur Spiritussanctus ita in omnibus, sed tantũmodo in quibusdam.1.distin.18.ar.3.0. fo.44

Per dona gratiæ gratum facientis tantum, dicuntur in nos procedere vel ad nos mitti, aut nobis dari Filius, & Spiritussanctus.1.d.14.ar.4.0.fo.35

Donum increatum & creatum dantur simul tempore.1.d.14.ar.3.quæstiuncula.2. fo.35

Donum, si dicit authoritatem in dante, respectu dati, est personale, si vero tãtum libertatem similiter respectu dati, est essentiale. 1.distinctio.18.arti.1.c. fo.44

Præter respectum quem hoc nomẽ, donum, cõnotat ad illum cui est donabile, potest importare respectum ad illum a quo est, sicut a principio, & ex hac parte est notionale.ibi ad primum.

E ante B.

Ebenus & Salamandra ad tempus in ignem non consumuntur.2 dist.15.ar.2.ad sec. fo.140

E ante C.

Ecclesia iam plantata & confirmata in fide, nõ ita est necessaria visibilis missio, vt in ecclesiæ principio erat.1.d.16.ar.2.ad secun. fo.38

Ecclesia contra Arrium circa Deum affirmat primo essentiæ vnitatem, secundo essentiæ simplicitatem, tertio personarum in essentia similitudinem, quarto æqualitatem in potẽtia &c. Similiter & contra Sabelliũ, primo pluralitatem personarum, secundo veram distinctionem, tertio esse ordine originis, quarto tres personas societate amoris vnitas.1.dist.34.q.2.ar.1.c. fo.59

E ante F.

Effectus oportet in suis causis aliqualiter præexistere, & nobilius q̃ in seipsis.1.d.35.ar.5.ad sec. fo.80

Effectus qui habẽt causam proximam aliquam creaturam, possibiles iudicantur, vel impossibiles, secũdum respectum ad causam inferiorem, Qui vero solum Deum causam habent, secundum respectum ad causam superiorem.1.d.42.ar.4.0. fo.95

E ante L.

Elatio non est si se extendat homo ad ea quę efficiuntur ei diuino auxilio possibilia.q.3.Prolo.articu.1. ad secundum. fo.5

E ante N.

Ens creatum,aut est substantia, aut accidens.1.d.8.q.4.ar.2.ad pri. fo.14

Ens nominat esse absolute,verum autē nominat esse in respectu ad intellectum,ideoq; ens siue vero potest intelligi,sed non econuerso.1.d.9.q.5.ar.1.ad secun. fo.49

Hoc nomen,Ens,substātiue sumptum, non prædicatur in diuinis nisi singulariter,adiectiue autem potest pluraliter prædicari.1.distinctio.25.articu.4.c. fo.61

Ens oē est a Deo.2.d.37.ar.1.c. fo.182

Enunciabilium diuersitas variat modū scientiæ nostræ,non autem diuinæ. 1.d.44.ar.3.c. fo.99

E ante S.

Esse est ipsa Dei natura,quod nulli alii conuenit.1.d.8.q.1.ar.1.c. fo.12

Esse aliquid in aliquo dupliciter dicitur, Vno modo secundum essentiā, aliomodo secundum suam similitudinem, Et vtroq; modo dicitur creatura esse in Deo.1.distinctio.36.q.1.arti.c. fo.81

Esse res verius habent in Deo q̄ in seipsis,sed tū nomen rei impositum secū dum rationem propriç speciei, magis proprie prędicatur de re in propria natura existente q̄ secundū q; est in Deo.1.d.36.q.1.ar.1.ad sec. fo.81

Esse hominis est ipsius animæ principaliter vt subsistentis,& in eius consortium pducitur corpus, vt illud idē esse fiat cōpositi, quod est ipsius animæ subsistentis. 2, distin,1.q.2. articu.4.c. fo,101

Essentia creata in pluribus suppositis manet vna secundum naturæ rationem,& non secūdum esse.1.d.2.q.2 ar.1.ad pri. fo.10

Essentia diuina est perfecte in vna persona per vnum essendi modum per quem non est in alia.ibi ad ter.

Essentia in diuinis q̄uis prędicetur de patre,tamen nō pōt supponere pro patre.1.d.5.ar.1.ad pri. fo.17

Essentia Dei dicitur natura ratiōe eius, ad quod significandum translatū est nomen.& ratione impositionis nominis.1.d.6.ar.3.c. fo.19

Essentiā diuina q̄uis nō nascatur,nihilominus cōmunicatur per natiuitatem.ibi ad quar. fo 20

Essentia quæ est in Patre & Filio ratione alicuius notionis quę est Patri Filioq; cōmunis,quæq; est idē re quod essentia,appellaturq; cōmunis spiratio,est principium spirationis Spiritussancti.1.d.11.ar.3.o. fo.30

Essentia & persona realiter differūt in omnibus rebus in quibus aliqd præter essentialia principia inuenitur, quod est in omni creatura.1. di. 34. q.1.ar.1.c. fo.77

Essentię nomine significātur sola essentialia rei principia, sed in nomine psonę includuntur omnia quęcunq; ei possunt conuenire,siue essentialia sint,siue accidentalia.1. dist.34. q.1. articu.1.c. fo.77

Essentiam diuinā idem esse qd persona secundum rem oportet dicere, atq; inter ea distinctionē non esse, nisi secundum intelligentiæ rationē.1.dis. 34.q.1.ar.1.o. fo.77

Essentiā diuinā intantū imitatur vnūqdq;,inquantum de esse participat. 1.d.35.ar.5.ad sec. fo.80

Quāq̄ essentia cōmunicabilis est, nō tamen persona.1,distin,2.q.2. arti.1. ad secundum. fo.10

Hęc

Hæc propositio est falsa, Essentia generat essentiam, quia essentia nunq̃ trahitur ad supponendum pro persona. 1.d.4.ar.2.ad pri. fo.16

Quæ per essentiam differunt, differunt & per virtutem, & per operationem. 1.d.11.ar.1.ad sec. fo.30

Hoc verbũ, est, etsi cópositioné dicit, non tamen semper, hoc est, vocũ tantum, Idẽptitatem vero dicit rerum, vt cum dicitur, color est color. 1.d.4.ar.4.c. fo.17

E ante V.

Eua peccauit grauius simpliciter q̃ Adam, q̃q̃ Adę peccatum secũdum quid grauius fuit. 2.distin.22.q.1. arti.2.c. fo.154

E ante X.

Excęcare holem vel obdurare Deus dr̃ inquantũ nullam ei relinquit ad meritum dispositionem, non apponendo gratiam. 1.d.40.ar.4.o. fo.92

F ante A.

FActo inquãtum est factũ repugnat ꝙ sit ęquale factori. 1.distinctio.43 articu.4.c. fo.97

Facultas duplex est, altera per inclinationem, altera vero per remotioné cótrarii. 2.d.24.ar.2.ad pri. fo.157

F ante I.

Fide in Deum tendimus vt habet rationem veri cognoscendi. 1.d.1. art. 1. ad quartum. fo.7

In iis quę sunt fidei quadrupliciter potest argumentis quis vti, Aut per demonstrationem propter compręhẽsionem eorum, aut propter manifestationẽ eorũ, aut propter repugnãtium reprobationẽ, aut propter approbationem eorũ quæ sunt fidei. Primus modus excluditur & admittũtur tres alii. q.3.Prolo. ar.2.o.fo.6

In iis quę sunt fidei voluntas rõnem sequitur implicite. ibidẽ ar.4.2.o.f.6.

Fideles qui nunc sunt minus indigent visibilibus signis sicuti indigebant in primitiua ecclesia conuersi, quippe qui rudes erant. 1.d.16.ar.2. ad sec. secunda responsione. fo.38

Filii Dei potentia non est ordinata ad generationis actum. 1.d.7.q.2.arti.2.ad pri. fo.21

Filii pro parentum peccatis nõ puniũtur in anima, quis puniantur interdum in corpore. 2.distinctio.33.arti.2.o. fo.176

In Filio Dei est aliq̃d q̃d est sibi Patriq; cõmune secundum rem.i.essentia. 1.d.5.ar.2 ad ter. fo.18

Filios assimilari parentibus in personalibus perfectionibus pręsertim in iis quæ per actus acquiruntur nõ oportet. 2.d.20.ar.4.ad pri. fo.151

Minus decebat Dei Filium post tẽpus plenitudinis gratię in aliena speciẽ apparere, quia semp habuit speciẽ propriam visibilem, non sic autẽ Spiritussanctus. 1.d.16.ar.3.ad ter. fo.38

Filius in diuinis accipit esse a Patre nõ quia non habeat esse, sed quia habet ab alio non a se. 1.d.9.q. 2. articu. 1.ad secun. fo.27

Filius secunda in Trinitate psona non dicitur sanctus, sed tertia appellatur Spũssanctus. 1.d.10.ar.4.ad ter. f.29

Filius Dei dr̃ omnipotens q̃a põt quicquid potentię est. 1.d.20.ar.1.c.f.51

Filius solus est Dei imago, ad imaginẽ homo & Angelus, cęteræ vero creaturę neq; imago sunt, neq; ad imaginem. 2.16.ar.2.c. fo.142

Hæc propositio, Filius Dei est ex nihilo, est falsa omnino. 1. distinctio 5. articu.4.c. fo.18

Etiam si Filius Dei non esset ex Patris substantia, nõ ppea diceretur ꝙ esset ex nihilo. 1.d.5.ar.4.ad pri. fo.19

Sicut Filius procedit per modum processionis naturæ, ita Spirituſſanctus per modum processionis volūtatis, quæ est processio amoris.1.distinct.10.ar.1.c. fo.17

In Deo non potest esse nisi vna filiatio, &ex vna filiatione non nisi vnus filius constituitur.1.distin.7.q.2.articu.2.c. fo.21

Nihil de filiatione est extra filium Dei, nec extra Patrem de paternitate, & ita ad vtriusq; perfectionē pertinet ꝙ in diuinis non possint esse vel plures filii vel plures patres.1. distin.7. ar.2.ad secun. fo.21

Impossibile est in diuinis plures esse filios.1 distinctio.7.q.2.artic.2. quæstiuncula.1. fo.21

In fine delectari est solum cognoscētis finem, sed habere aliquid pro fine est cognoscentis finem & rationē eius.1 dist.1.ar.1.c. fo.7

In fine delectari cōtingit perfecte & imperfecte. Primum est in finis cōsequutione, secundum vero in spe finis cōsequendi.1.d.1.ar.1.c. fo.7

Finem vltimum non oportet semper actu cogitari, sed teneri habitu.2. d. 38.ar.2.ad pri. fo.184

Ad consequendum finem bonū, actus malus est incompetens medium.2.d. 40.ar.2.ad sec.et ad ter. fo.187

Nullus recte ordinat in finem aliquid, nisi cognitio & desiderium finis præcedat.1.d.39.q.2.ar.1.c. fo.89

Finis vltimus tripliciter accipitur, primo vt in aliquo artificio speciali, secūdo vt in tota humana vita, tertio est finis vltimus simpliciter qui est Deus.q 2.Prolo.ar.1.c. fo.3

In bonitate finis includuntur & aliæ circunstantiæ.2.distin. 38.articu.1. ad secundum fo.183

Firmitas quæ requiritur ad moralem virtutem dependet ex actu voluntatis, quæ est principium valde mutabile, sed firmitas charitatis ē ex Deo, itaq; non ex vno voluntatis actu habitus firmitas generatur, sed tamen vno habitu infunditur gratia.1.d.17. q.2.ar.3.ad quar. fo.42

F ante O.

Fœminę, etiam in statu innocentię natæ fuissent.2.distinctio.20.arti.2. ad tertium fo.150

Fomes minuitur per baptismum per gratiæ appositionem, & rursus secūdum naturalium principiorum conditionem minui potest, sed secundū originem ad primā fomitis causam æqualis est in omnibus.2.distinct.32. arti.3.ad secun. fo.174

Forma est principium essendi & operādi.1.d.3.q.4 ar.2.ad sec. fo.14

Forma substantialis est in genere substantiæ per reductionem siue vt substantiæ principium, actio vero sua in genere accidentis, ideoq; non est ei proportionata sicuti est accidentalis quæ in genere est accidentis, vel sua operatio.ibidem ad ter.

Forma substantialis potuit Deo aduenire per associationem in vno supposito absq; ipsius mutatione.1.d.8 q.2.ar.1.ad ter. fo.22

Forma quæ ita est simplex vt sit suum esse, non potest esse alicuius accidentis subiectum, si vero non sit suū esse etsi non potest esse subiectum actuū indiuiduantium qui materiā sequuntur proprietatum tamē quæ sequuntur, speciei principia & intentionum esse potest.1.distin.8.q.4.artic.2.ad quartum. fo.25

Forma quælibet accidentalis augetur secundum ꝙ intensius est in subiecto 1.d.17.q.2.ar.2.c. fo.42

Forma duplex, altera secundum suum esse

esse de pendensa materia, altera nō. A prima nihil potest procedere qd corporis non sit actus, a secunda vero qualis est rationalis anima, possunt quędā progredi vires quæ sunt corporis actus & quædam non.2.d.1.ar.4. ad secun. fo.111

Forma immaterialis indiuiduatur ex hoc ipso ꝙ per materiæ diuisionem non potest diuidi.2.dist.3.q.1 ar.1 ad secundum. fo.114

Formæ naturales non fiunt, sed compositum.2.d.1.ar.3.ad sec. fo.109 Et.3.d.4.ar.3.ad ter. fo.204

Formas plures ordinatas esse eiusdem actus nihil prohibet.2.d.29.articu.2 ad tertium. fo.163

F ante R.

Frui est aliquid pro fine habere & delectari in illo.1.d.1.ar.1.c. fo.7

Frui nullo modo dicuntur insensibilia, & bruta improprie, peccatores vero peruerse, iusti viatores vere sed imperfecte, beati autem perfecte. ibidem.c.& ad pri. fo.7

Frui simpliciter non est nisi respectu summi boni quod est Trinitas, sed minus proprie accipiendo frui & secūdum quid, est etiam respectu aliarum rerum a Deo.1.distin.1.articu.3.c. fo.8

Fruitio est finis absolute.1.d.38.ar.4. ad secun. fo.185

Fruitione large accepta beatitudine creata fruendum est.1.distinctio.1.ar.3.ad secun. fo.8

G ante E.

Generandi potentia actiue est in solo Patre, passiue in solo Filio, impersonaliter vero in Patre & Filio & Spiritusancto. Omnes.n.habēt potentiam.i.essentiam qua aliquid generetur.1.d.7.q.2.ar.1.c. fo.21

Generandi potētia in Deo ordinatur ad actum notionalem, non sic autem voluntas aut scientia. ibidem ad pri.

Generandi potentia non tantum essentiam potentiæ nominat, sed ordiné eius ad actum. ibidem ad sec.

Generandi potentia prout dicit ordinem ad actum, non tantum dicit potentiā sed potentiā sub ratione proprietatis, quæ est paternitas.1.di.7.q.1.ar.2.ad secun. fo.21

Hoc compositum, Potentia generādi, dicit essentiale tractum ad personā sicut cum dicitur, Deus gignens, hoc quod est Deus significat essentiam, quod est gignens, personam.1.distin.7.q.1.ar.2.c. fo 20

Generans generat sibi similem in specie.1.d.6.ar.3.c. fo.19

Non sequitur, Alius est Deus generans alius genitus, ergo est alius Deus, qa mutatur suppositio psonalis in simplicem.1.d.4.ar.3.ad ter. fo.16

Hęc propositio, Deus generat Deum, est vera.1.d 4.ar.2.c. fo.16

Hęc propositio, Deus genuit se Deum vel alium, falsa est pro vtraq; parte. ibidem ar.3.c.

Cum Deus generat Deum, generat eundem in substantia, diuersum autē in persona, homo vero generat alium a se tum in natura, tum in supposito. ibi ad secun.

Hęc propositio, Deus genuit Deū qui est Pater, si ly, qui, facit relationem personalem est falsa, vera autem si facit relationem simplicem, nō pro persona aliqua.1.d.4.ar.3. quęstiuncula.2.c. fo.16.et 17

Si Filius generare posset alium filium, ipse in nullo distingueretur ab illo alio, quia diuinæ personæ per relationes originis distinguuntur. Impossibile est autem ꝙ vna originis

relatio secundū numerum multiplicetur, quia talis multiplicatio esset materialis.1.distinct.7.q.2.articu.2.c. fo.21

Generatio quadruplex, Prima diuinæ personæ.s.Filii ęterna, secunda creaturæ qua a Deo temporaliter procedit, tertia est qua Dei Filius ex virgine est temporaliter natus, quarta est regeneratio nouę creaturæ per sacramenta.Prolo.S.D. fo.1

Generatio in Diuinis est quantum ad illud quod est perfectionis in generatiōe creaturæ.s. cōmunicare essentiam suam alii, & ab alio essentiam accipere, nō est autem quantum ad alia quæ sunt imperfectionis in generatione prædicta, vt est mutatio & decisio seminis.1.d.4.ar.1.c. fo.15

Generatio est de perfectione diuini esse simpliciter, q̄uis non sit de perfectione esse diuini in persona Spiritussancti.1.d.5.ar.1.ad ter. fo.16

Generatio diuina non terminatur ad relationem, sed ad hypostasim.1.di.5.ar.2.ad secun. fo.18

Generatio qua Deus Filius generatur non dicit mutationem, sed solū emanationem. 1.distin.9.q.2.artic.1.ad primum. fo.27

Generatio Filii Dei perfectius significatur per verbum præsentis temporis & præteriti simul q̄ per alterum eorum tantum, aut per aduerbium præsentis temporis & verbum præteriti.1.d.9.q.2.ar.2.o. fo.27

Generationis principium non est voluntas aut scientia, sed natura.1.di.7.q.2.ar.1.ad pri. fo.21

Tota ratio cōmunicationis potētię generatiuæ carnalis non est ipsius generationis & generantis vel geniti perfectio, sed imperfectio admixta.1.d.7.q.2.ar.1.ad ter. fo.21

Omne quod siue per se siue per accidēs generatur, oportet q̄ sit diuersum in generante & genito.1.dist.5. articu.2.c. fo.18

Vni genito non cōmunicatur totum quod est generantis, nec cōmunis natura sufficienter in vno genito saluatur, quod minus contingit in Deo.1.d.7.q.2.ar.1.ad ter. fo.21

G ante L.

Gloria est postremum inter dona gratuita, ideoq; potest sub merito cadere.1.d.41.ar.1.ad pri. fo.92

G ante R.

Gratia præ aliis formis constituit specialem modum existendi Deum in rebus.1.distinct.37.q.1.articu.2.ad tertium fo.83

Gratia est merendi principium.1.d.41 ar.1.ad tertium. fo.92

Gratia operans duos habet effectus, alter est remissio culpæ, alter vero adeptio gratuitæ iustitiæ.2.d.5.q.2.art.1.ad secun. fo.119

Gratia charitatem aliasq; virtutes præcedit.2.d.26.ar.2.c. fo.162

Gratia reducitur ad primam speciem qualitatis.ibi ad pri.

Gratia non est immediatum actus principium, sed spiritualiter essendi. ibi ad secundum.

Gratia est sicut in subiecto in essentia animæ, non in potentiis. 2. distinct. 26.ar.3.o. fo.163

Gratia duplex, operans, & cooperans. 2.d.26.ar.4.o. fo.163

Gratia operans duplicem habet effectum.s.facere gratum Deo & iustum, & remouere iniquitatem. Primus est ei essentialis, & accidentalis secundus.2.d.29.ar.1.c. fo.168

Gratiæ quidem plenitudinem habuerunt

runt Patres veteris testamenti, non tamen secundum illum statum redũdabat in alios.1.distin.16.articu.2. ad primum fo.38
Gratiæ appositio nõ habet meritum, quãq̃ ex parte nostra potest aliquã dispositionem habere, sed obduratio habet.1.distin.41.ar.1.c. fo.92. Et ar.2.c.& ad pri. fo.93
Gratiæ nomen quandam acceptationem designat.2.d.26.ar.1.c.fo.161
Gratiam dari homini est necessariũ ad hoc ꝙ ad deitatis fruitionẽ idoneus reddatur.ibidem.

H ante A.

HAbitudinis causa quandoq; est in vtroq; extremorum, quandoq; in neutro, quandoq; vero in altero tantum.1.d.30.ar.1.c. fo.69
Si habitudo materiæ ad formam, vel potentiæ ad actum consideretur, res subsistentes quarum potentiæ indifferenter se habent ad actus contrarios *mutabiles sunt, vt subiectum motus, & earum formæ vt motus* termini, alia vero non.1.d.8.q.2.articu.2.c.& ad tertium fo.23

H ante O.

Homo non potest iudicare de iis quæ supra se sunt qualia debeant esse, sed bene potest quilibet iudicare iudicio discretionis qualia sint. quæst.3 Prolo.ar.1 ad ter. fo.5
Homo est quoddam medium constitutum inter creaturas pure spirituales & pure corporales.2.distin.1.q.2.arti.4.c. fo.111
Homo habet iudicium de suis operibus,& libertatem in iudicando.2.d.24.q.1.ar.2.c. fo.157
Homo in hoc præcipue irrationabilibus prẹeminet creaturis ꝙ supernaturalis boni est capax.2.d.26.ar.1. ad primum fo.162
Homo per gratiam consequitur libertatem filiorum Dei.2.distin.27.arti.3.ad tertium fo.165
Homo in peccato mortali existens potest singula peccata vitare, non põt tamen facere ꝙ omnia vitet.2.dist.28.ar.1.o. fo.166
Homo absq; Dei gratia, nõ tamẽ absq; Dei auxilio, potest bona naturæ nostræ proportionata facere, meritoria vero nequaq̃.2.d.28.ar.2.c.f.166
Homo sine Dei gratia potest singula præcepta legis seruare quantum ad substantiam facti, non autẽ quãtũ ad modũ faciendi.ibidẽ ar.3.c. fo.166
Intellige hẹc pro statu naturẹ integrẹ,
Homo Dei præcepta non implens recte corripitur.ibi ad tertium
Homo nõ indiget aliquo habituali dono vt ad habendam gratiam se præparet, indiget tamen aliquo Dei auxilio.2.d.28.ar.4.o. fo.167
Homo etiam in statu innocentiæ indigebat gratia Dei operante.2.di.29 ar.2.o. fo.168
Homo post peccatum & ex corpore rebellionem sensit,& ex rebus exterioribus nocumentum.2.distin.29.articu.4.c. fo.196
Quãq̃ homo in statu innocẽtiẹ aliquo modo mortalis, & aliquo modo immortalis dici poterat, verius tñ dicebatur imortalis.2.d.19.ar.1.o.f.148
Si homo in statu innocẽtiæ nõ habuisset gratiam, potuisset quidẽ abstinere a peccato, non aũt mereri vitam æternam.2.d.24.q.1.ar.1.o.fo 157
Quod hõ ad augmẽtũ meriti flagellatur, nõ est pœna sibi inq̃tũ hõ ẽ, sed bonũ eius.2.d.36.ar.4.ad pri. f.181
Homini in statu innocentiæ præter spiritualem Paradisum, etiam corporalis competebat, ad corporalẽ

fœlicitatem. 2. d. 17. ar. 4. c. fo. 145
Hominis corpus erat impassibile secundum totum, & secundum speciei partes, quis esset passibile secundum partes materiæ quę fluunt & refluunt. 2. d. 19. ar. 2 o. fo. 148
Hominis immortalitas non erat ex natura sed ex gratia. 2. distinct. 19. art. 4. o. fo 149
Ad hominis designandam dignitatem prę cęteris corporalibus creaturis, scriptura vtitur in eius creatiõe speciali modo loquendi. 2. d. 15. ar. 3. ad tertium. fo. 141
Absque hominis consensu, nec serpens quo vsus est diabolus ad eum tentandum, fuisset illi nociuus. 2. d. 20. ar. 3. ad tertium. fo. 152
Non cogimur ab homine remouere in statu innocentiæ nisi defectus culpæ & pœnæ. 2. distinctio. 20. articu. 2. c. fo. 150
Hominem instrui de diuinis partim intelligibiliter & immaterialiter, & partim quasi visibiliter & corporaliter oportuit. 1. d. 34. q. 2. ar. 1. c. fo. 78
Hominum est vna Hyerarchia tãtum, & tres Angelorum. Et D. Dionysius similiter tres hyerarchicas actiones distinguit. 2. d. 9. ar. 1. ad pri. fo. 127
Et ar. 3. o. fo. 128
In hominibus mox natis magis impediuntur memoria & imaginatio in suis actibus, q̃ in aliis animalibus, propter maiorem cerebri humiditatem. 2. d. 20. ar. 3 ad secundũ. fo. 151

H ante V.

Humanum genus etiam in statu innocentiæ fuisset per cõiunctionem maris & fœminę multiplicatum. 2. dist. 20. ar. 1. c. fo. 150
Per humanitatem Christi nos manuducimur ad cognoscendam diuinitatẽ eius. q. 1. Prolo. ar. 2. ad quar. fo. 3

H ante Y.

Hylarius cum dicit de Filio Dei, q̃ nihil habet nisi natum, improprie loquitur, & ly, nihil nisi natum, exponendum est. i. nascendo acceptum. 1. d. 5. ar. 1. ad pri. fo. 18
Hylarius appropriauit attributa essentialia diuinis personis, secundum cõuenientiam ipsorum ad personarum propria. 1. d. 31. ar. 2. o. fo. 72
Idem dicendũ de appropriatione quã facit Augustinus in litera, quia assignatur ab eo secundum viam similitudinis. ibi. ar. 3. o.
Hypostases vel personæ in diuinis, distinguũtur quidem seipsis, & tamen distinguũtur relationibus. 1. distin. 26. q. 2. ar. 2. ad sec. fo. 63
Hypostasis nomen recte in diuinis dici potest. 1. d. 26. q. 1. ar. 1. o. fo. 62
Hypostasis nomen significat in diuinis relationem per modum subsistentis, sicut & nomen personæ. 1. distin. 26 q. 1. ar. 2. o. fo. 62
Quanq̃ hypostasis est agere & pati, principium tamen actionis est, essentia. 1. d. 6. ar. 3. ad ter. fo. 20
Sub hypostasis nomine latuisse venenũ tanq̃ sub melle dixit Hieronymus. 1 d. 26. q. 1. ar. 1. ad pri. fo. 62

I ante D.

IDeæ sunt ponendæ in mente diuina. 1. d. 36. q. 2. ar. 1. c. fo. 82
Ideæ vel rationes plures sunt in mẽte diuina, secundum diuersos respectus ad creaturas, qui diuinæ cointelliguntur essentiæ per intellectum diuinum. 1. d 36. q. 2. ar. 2. o fo. 82
Per Idearũ positionem duplex excluditur antiquorum error, Alter ponẽtium

tium res a caſu conſtitutas, alter ponentium res proceſſiſſe a principio primo per neceſſitatem naturæ. 1. d.36.q.2.ar.1.c. fo.82

Nihil prohibet Deum habere ideas illorum non exiſtentium quæ facere poteſt. ibi. ad ter.

Materia prima & accidentia Ideas ſeparatim non habent, ſed cognoſcũtur & producuntur per Ideas ſubſtantiarum completarum ibi. ad quar.

Idem & diuerſum ſufficienter diuidunt ens, quando ad idem referuntur, nõ autem ſi ad diuerſa. 1. diſtinctio. 4. articu. 3. ad pri. fo.16

Idem poteſt a ſe diſtingui ſecundum rationem, ſiue modum intelligendi, nõ autem ſecundum perſonam vel ſecundum eſſentiam 1. diſtin. 15. arti. 4. ad ſecun. fo.37

Quę ſunt idem re, & ratione, ſi multiplicatur vnum, & reliquum multiplicatur. 1. diſtin. 2. q. 2. articu. 1. ad ſecundum. fo.10

Idẽtitas ſumma eſt in diuinis. 1. diſtin. 4. ar. 4. c. fo.17

Idẽtitatis diuerſitas principii rationẽ non variat, ſed magis diuerſitas cõmunicati in tali idẽtitate. 1. d. 29. arti. 2. ad ter. fo.68

Idolum nihil eſt, & nõ eſt a Deo inquãtum ordinatur ad oſtendendum aliquod numen in Idolo. 2. diſtinctio. 37. ar. 1. ad ſec. fo.182

I ante G.

Ignis in propria ſphęra ob ſui raritatem dicitur non lucere. 2. d. 2. q. 2. ar. 1. ad tert. fo.113

Ignorantia quandoq; eſt peccatũ, quandoq; a peccato excuſat, quandoq; vero peccatum concomitatur. 2. d. 22 q. 2. ar. 1. c. fo.154

Ignorantia vel infirmitas pertinent ad excuſationem peccati, malitia vero aggrauat. 2. diſtinct. 42. articu. 1. ad ſecundum fo.192

Si ignorantia ex qua quis peccat nullo modo ſit peccatum, & tollat penitus voluntarium, etiam quod ex ea ſequitur rationem peccati non habet. 2. d. 41. ar. 4. ad ter. fo.189

I ante M.

Imago Trinitatis quæ eſt in anima cognoſci poteſt a Philoſophis vt res, ſed non vt imago. 1. d. 3. q. 2. artic. 2. ad ſextum fo.12

Imago Dei attẽditur in iis tribus. ſ. memoria, intelligentia, & voluntate. 1. d. 3. q. 4. ar 1. c. fo.13

Attenditur autem primo & principaliter per reſpectum ad Deum, ſecundario autem reſpectu ſuipſius, ſed reſpectu aliorum non, niſi improprie. 1. d. 3. q. 4 ar. 3. o. fo.14

Imago in diuinis ꝓprie accepta ſignificat perſonã in recto, & in obliquo eſſentiam. 1. d. 28. q. 2. ar. 1. o. fo.67

Imago Dei perfecta, eſt ſolus Filius, creatura vero imago imperfecta eſt 2. d. 16. ar. 1. ad pri. fo.142

Imago addit ſupra ſimilitudinem expreſſionem vnius ab alio, & rurſus vt attendatur ſimilitudo quantũ ad ſpeciem rei, aut ſaltem quantum ad ea quæ ſpẽi ſunt ſigna, vt eſt figura, imago vero perfecta addit tertiũ. ſ. ęqualitatem. 2. d. 16. ar. 2. o. fo.142

Imago Dei in nobis eſſentialiter conſiſtit in mente, & iis quæ eam naturaliter conſequuntur, ſed perfectio imaginis in hoc cõſiſtit ꝙ Deum anima actualiter capit, quod fit per gratiã & virtutes. 2. d. 16. ar. 3. c. fo.143

Imago Dei in præſenti & in futuro perire dr̃ in peccatoribus, ſ̃q̃ illud qđ naturæ eſt ſemp manet. ibi. ad pri.

Imago Dei simpliciter est expressior in Angelo, sed in homine secūdū quid 2.d.16.ar.4 o. fo.143
Imago Trinitatis in anima attenditur secundum potentias per comparationem ad obiecta. 2. distinctio. 24 ar.4.ad pri. fo.158
Imaginis nomē proprie acceptum Spiritui sancto non conuenit, q̄q̄ græci large vteres nomine imaginis, etiam Spūisancto illud attribuunt. 1.d. 28 q.2.ar.2.c.& ad pri. fo.67
Secunda imaginis assignatio attenditur secundum partem superiorē animę, & duos habitus eius. 1. distinct. 3 q.4.ar.4.c. fo.15
Creatura dicitur imago, & ad imaginē inquantum habet speciem artis ęternæ, quæ est filius Dei. 1.d.28.q.2.ar.2.ad tertium fo.67
Per imaginariam visionem non repręsentaretur præsentia gratiæ, sicut rē presentatur per sensibilem speciem, ideoq; in hac fit missio diuinę personæ, non autem in illa. 1.d.16.art.3. ad primum. fo.38
Impassibilitas primi status hoīs, non erat sicut ipassibilitas corporis gloriosi. 2.d.16.ar.2.ad pri. fo.148
Impeccabilem esse per naturā in Deo est proprium, sed potest conuenire per gratiam Angelo. atq; homini. 2. d.7.ar.1.ad ter. fo.122
Impœnitentia prout dicit propositū nunq̄ pœnitendi, ponitur vna species peccati in Spiritumsanctū, prout autem aliquem non pęnitet vsq; ad mortem, est peccati circūstantia. 2.d.42.ar.2.ad secun. fo.192
Imperfectio vniuersi in creationis principio non ex facientis impotentia fuit, sed vt vniuersi perfectio ostenderetur esse a Deo. 2.distin. 12. arti. 1. ad primum fo.133
Quod impii prosperitatem habet, frequenter cedit in eorum malū, sicut in bonum iustorum, q̄ sint in aduersitatibus. 2.d.36.ar.4.ad ter. fo.181

I ante N.

Inæqualitas distributionis ad ęquales in iis quæ secundum aliquod debitum dantur, personarum acceptionē causat. 1.d.41.ar.2.ad ter. fo.93
Increatum non potest esse nisi vnum, & in ipsum sicut in causam res omnes alias oportet reduci. 2. distinctio. 1 q.1.ar.2.c. fo.108
Increatum oportet eē id quod est primum in genere causę efficientis. ibi. ad secundum
Infidelitas non est peccatum in Spiritumsanctum, sed loco eius ponitur impugnatio veritatis agnitæ. 2.dist. 42.ar.2.ad primum fo.192
Infinitum negatiue dicitur secundum Damascenum, quia nō finitur loco, nec tempore, neq; intellectus cōprehēsione. 1. d. 3.q.1.ar.1.ad ter. fo.11
Infinitum priuatiue conditione materię dicit, nec est in Deo, sed negatiue tm̄. 1.d.19.q.4.ar.3.ad sec. f.44
Infinitum in actu ponentes propriam ignorauerunt vocem. 1. distinct. 43. arti.4.ad tertium fo.97
Ingenitū esse cōuenit Spūisancto & Patri, & diuinę essentiæ, sed diuersimode. 1.d.13.ar.4.o. fo.34
Quāq̄ ingenitus in relationis gñe non continetur, ad relationē tñ reducitur. 1 d.28.q.1.ar.1.ad pri. fo.66
Innoscibilitas est notio Patris. 1. dist. 28.q.1.ar.1.c. fo.66
Innocentes Deus quādoq; flagellat ob diuersos fines. 2.d.33.ar.2.c. fo.176
Innocentia remota, nec ligno vitæ, nec cibis aliis potuisset hominis immortalitas conseruari, quāuis contulisset ad vitam diuturniorem esus ligni

ligni vitæ.2.d.19.ar.3.o. fo.149
In innocentiæ statu non potuit eē vel ignorantia vel error,quāuis potuerit esse nescientia aliqua. 2.dist.22 q.2.ar.2.o. fo.154
Inobedientia est quādoq; speciale peccatum,quandoq; vero sumitur prout est conditio cōsequens omne peccatum mortale,2.distin.22.q.1.ar.1. ad tertium fo.153
Inordinatio actus est prius in exteriori q̄ in interiori,2.d.35.ar.3.c.fo.176
Instans primum creationis non est necesse φ sit in instanti alio, sicut nec tēpus in tempore,vel in loco locus 2.d.1.q.1.ar.2.ad quar. fo.108
Instans primum non est necesse φ sit finis alicuius tēporis, neq; φ vltimū sit temporis principium,2.d.1.q.1 ar.4.ad secūndum fo.109
Intellectum rei diuinę excedunt quātū ad cōpręhensionem,sed non quantū ad appręhensionem q.3. Prolo.ar. ticu.1.c. fo.5
Intellectus qui est habitus principiorū est proximum principium scientiarū primarū.q.1.Prolo.ar.1.ad sec.fo.2
Intellectus facultas nō secundū se mō, sed secundum diuinæ gratiæ auxiliū, considerãda est.q.3.Prolo.articu. 1.c. fo.5
Intellectus duplex,Alter causans & mensurans res ipsas,qui est diuinus, & ab ęqualitate ad illum res dicitur vera, Alter causatus & mensuratus a rebus,vt humanus, qui a rebus habet φ verus sit,1.d.19.q.5.ar.1.c. fo 49
Intellectus recte dicitur nullius corporis actus esse.2.distinctio.17.articu. 3.ad secundum fo.145
Intellectus humanus nō habet sufficiētiam ad videndum Deum. 2.dist.23 ar.2.ad tertium fo.156
Intellectus & voluntas quodam modo ad diuersa potentiarum genera pertinent,ratione.s.obiectorum, & quodam modo ad idem genus, ratione videlicet modi agendi.1.d.3.q.3.ad primum fo.13
Aliqua quæ simpliciter sunt humano intellectu altiora quodam modo altiora non sunt,quia adiuuatur homo ad ea capienda diuino auxilio q.3.Prolo.ar.1.ad pri. fo.5
Quod ab intellectu aliquo modo percipitur,illud dicitur appręhendi,cōpręhendi vero id cuius nihil latet intelligentem.1.d.3.q.1.ar.1.c. fo.11
Si sit aliqua res immaterialis subsistens vltimaq; complctione cōpleta absq; potentię & actus distinctione,illa est seipsam intelligens, Huiusmodi aūt est Deus.1.d.35.ar.3.c. fo.80
Intelligentem substantiam oportet immaterialem esse.ibidem.
Intelligi nihil potest ab intellectu nostro nisi post omnimodam depurationem a materia,& materialibus cōditionibus.ibidem fo.79
Intuitio non respicit nisi finem remotum.2.d.38.ar.1.ad ter. fo.183
Intentio est quidam voluntatis motus in vltimum finem,secundū φ ordinatur in ipsum finis proximus. 2.d.38 ar.4.c. fo.185
Intentio dicitur oculus ratione eius quod habet a ratione. ibi.ad primū

I ante R.

Ira & inuidia inter capitalia peccata computantur,prout sunt voluntatis actus.2.distinctio.36.articu.3.ad primum fo.181

I ante V.

Iustificatio impii non est proprie miraculosa,2.distin.18.q.1.articu.3.ad secundum fo.146

Iustificatio quantum ad sui principiū non cadit sub merito fidei, cadit vero quantum ad sui complementum sub merito fidei formatæ. 2. d. 27. arti. 4. o. fo. 165
Iustitia originali remota, nec lignum vitæ, nec aliquid aliud potest præseruare a morte. 2. d. 29. ar. 3. c. f. 168

L ante I.

Libertas quæ naturam potentiæ cō sequitur se extendit ad bonum & ad malum, non autem ea quæ est ex habitu potentiam afficiente. 2. d. 25. ar. 4. o. fo. 162
Liberi arbitrii inuertibilitas dicitur eē in Angelis post electionem nō quãlibet, sed completam. 2. d. 3. q. 2. arti. 2. ad tertium fo. 116
Liberum arbitriū de sui natura ad malū flexibile est, si dimittatur sibi, Potest tamen diuina gratia regi vt ad malum flecti non possit. 2. d. 7. ar. 1. ad secundum fo. 122
Liberum arbitrium est facultas ratiōis & voluntatis, qua bonum eligitur, gratia assistente, vel malum, &c. prout in litera dicitur. 2. distin. 24. q. 1. arti. 2. o. fo. 157
Liberum arbitrium habet rationalis creatura. 2. d. 25. ar. 2. o. fo. 161
Liberum arbitrium compatitur seruitutem culpæ, & seruitutem miseriæ, non autem coactionis. 2. distinct. 25 arti. 3. o. fo. 161
Liberum arbitrium secundum diuersos status, diuersis perficitur habitibus, secundum quos diuersæ distinguuntur libertates. 2. d. 25. art. 4. ad tertium fo. 162
Libido inseparabiliter sequitur commixtionem carnalem. 2. distinct. 31 arti. 3. ad tertium fo. 172

L ante O.

Loquutiones quædā tanq̃ impropriæ exponendę sunt, φ abstractum pro concreto in eis ponatur, vt cum dicitur, Essentia de essentia, exponatur, Filius qui est essentia &c. 1. di. 5. ar. 1. ad sextum fo. 18

L ante V.

Lumen naturæ datur ad cognoscenda principia naturaliter nota, & ad cognoscenda ea quæ exigunt credulitatē infunditur lumen fidei. q. 1. Prolo. ar. 1. c. fo. 2
Circa luminaria cœli Moises vsus ē potius nomine signi q̃ causæ, vt tolleretur a populo idololatriç occasio. 2. d. 15. ar. 1. ad quin. fo. 139
Luna appellatur magnum luminare, q̃q̃ aliquæ stellæ sunt ea maiores. 2. d. 15. ar. 1. ad secun. fo. 139
Luna quintadecima totam noctem illuminat. ibi. ad sex.
Lux cuius in opere sex dierum productio cōnumeratur, & pro spirituali, & pro corporali luce secundū diuersorum expositionem accipitur. 2. d. 13. ar. 1. c. fo. 135
Lux secūdum Augustinum, vt videtur, in spiritualibus accipitur proprie, non autem secundum Dionysium & Ambrosium. ibi. ad quar.
Lux non est corpus, neq; substantialis forma solis, neq; coloris euidentia, sed est qualitas, in sole quidem tanq̃ propria, sed in aere tanq̃ ab alio mutuata. 2. d. 13. ar. 2. o. fo. 136
Lux est in tertia specie qualitatis, non tamen habet contrariū. ibi. ad ter.
Lux est quid cōmune omnibus cœlestibus corporibus, per quod agunt, sed & præter hoc cuilibet luminari specialis inest virtus ad determinatos

effectus.2.d.15.ar.1.ad pri. fo.139
Lucis corporalis creatio ideo inter cętera opera primo ponitur, quia est prima qualitas actiua, per quã agũt corpora superiora,& inferiora.2.d. 13.ar.1.c. fo.135
Per lucis productionem conuenienter est primum distinctionis opus.2.d. 13.ar.3.c. fo.136

M ante A.

Macedonius putauit Spiritumsanctum esse creaturam.2.dist.42.ar.1.c. fo.141
Magi Pharaonis dicuntur defecisse in tertio signo, vel quia Dei bonitatẽ, quæ attribuitur Spirituisancto,quãtum ad eius potissimum effectum nõ cognouerunt,vel quia non intenderunt tantum venerationi bonitatis diuinæ quantum potentiæ & sapientię.1.d.3.q.2.ar.2.ad sept. fo.12
Magnitudinis vnitas in diuinis est ratio intelligendi æqualitatẽ in Deo, quãuis ipsa non sit species quantitatis in Deo.1.d.19.q.1.articu.1.c.& ad primum. fo.45
Magnitudo molis quę est conditio materiæ,& quantitas continua,non est in Deo,sed magnitudo virtutis.1.d.19.q.3.ar.1.ad pri. fo.47
Mala nullo modo sunt in Deo,quippe quibus nullatenus competit habere in illo similitudinem.1.d.36.q.1.ar.2.ad secundum fo.81
Quãq̃ autem diuinæ essentiæ nõ sunt similia vel contraria, sunt tamẽ contraria diuinis effectibus qui diuinæ essentiæ similantur.ibi ad ter.
Mala fieri absolute & per se loquendo est malum, sed est bonum per accidens.1.d.46.ar.3.o. fo.102
Malorum culpæ Deus nõ est causa,sed tamen est causa bonorum quæ per illa mala priuantur,per quorum cognitionem illa cognoscit.1.d.36.q.1.ar.2.ad pri. fo.81
Mali subiectum non potest esse nisi aliquod bonum.2.d.34.ar.3.o.fo.178
Malum quandoq; impeditur a Deo, & sic est prohibitio,quandoq; vero nõ & sic est permissio.1.distin.45.arti.4.c. fo.100
Malum inquantum huiusmodi non habet esse,nec est res aliqua,sed priuatio alicuius perfectionis in re, ideoq; non habet causam efficientem sed deficientem.2.distin.1.q.1.articu.2 ad primum fo.178
Malum abstracte acceptum est sicut & aliæ priuationes,vt cęcitas,aut surditas,cõcrete vero est etiam vt essentiam habens.2.d.34.ar.1.c. fo.177
Malum non est genus, nec differentia, nec contrarium,nisi acceptum in cõcretione.ibi.ad secundum
Malum in concretione acceptum corrumpit actiue, in abstractione vero formaliter.ibi.ad tertium,Et articu.4.ad primum fo.178
Malum non habet cãm per se,sed p accidens.2.d.34.ar.2.o. fo.177
Malum est carentia boni quod est debitum & conueniens haberi.2.d.34.arti.3.c. fo.178
Malum per quod corrumpitur bonũ rationalis creaturæ dicitur malum culpę, quod vero est priuatio alicuius pertinentis ad perfectionem esse vel bene esse eius vocatur pœna.2.dist.35.ar.1.o. fo.179
Malum prędicatur analogice de culpa & de pœna,& per prius de culpa. ibi.ad tertium
Malum pœnæ est a Deo, sed non malum culpæ.2.d.37.ar.4.o. fo.183
Cum quis punitur pro malo, non punitur pro nihilo. 2.distinctio. 34.ar.1.ad primum fo.177

Materia prima quãq̃ non est composi ta, est tamen alteri componibilis. 1.d 8.q. 4.ar. 1 ad pri. fo.25
Materia non potest esse sine aliqua sibi inhærente forma.2.distinctio.12.ar ticu.2.c. fo.133
Materia prima.i.quę primo creata est ante omnia, nõ potest omni forma carere,sed non habuit formã in om nibus suis partibus vnam, sed diuer sas.ibidem,& ad primum
Materia primo creata habuit quandã ordinis vnitatem,non autem vnita tem formę,ibi.ad ter.
Materia prima quãtum habet de esse, tantum habet de Dei similitudine.2 d.35.ar.1.ad pri. fo.182

M ante E.

Membra corporalia causant exterio rem actum,vt ab interioribus viri bus acta.2.distinctio.35.articu.3. ad primum fo.179
Memoria quæ est retentiua sensibiliũ specierum in corporali organo,no bis brutisq; cõmunis est, non autem quæ in seipsa intelligibiles retinet species.1.distinctio.3.q.4.artic.1.ad primum fo.13
Memoria sensibilis aliquam concernit temporis differentiam, sed intelligi bilis nequaquam.1.dist.3.q.4.art.1. ad secundum fo.14
Memoria & intelligentia non sunt di uersæ potentiæ,sed diuersos dicunt vnius potentiæ ordines ad diuersa. 1.d.3.q.4.ar.4.c. fo.15
Videtur tamen oppositum dicere in alio scripto.1.d.3.q.4.ar.10.Sed vi de solutionem in concordantiis du bio.866.
Memoriæ non correspõdet aliquis di stinctus habitus, quia memoria non habet per se actum aliquem, qui sit simpliciter operatio.1.d.3.q.4.art. 4.ad tertium fo.15
Mens comparatur ad intellectum & voluntatem potius vt totum ad par tes,q̃ vt subiectum.1.distinctio.3.q. 3.ad tertium fo.13
Mens est id in quo est Dei imago in ani ma,secundum Augustinũ.1.distin.3 arti.3.c. fo.12
Mens prout in ea est Dei imago,nõ est essentia animę,sed potentia.ibidẽ.
Mensura vniuersalis rerum omnium cuiuscunq; generis est Deus. 1.d.8. q.4.ar.2.ad secundum fo.24
Merita nostra,vt ex libero arbitrio de pendent,non sunt condigna ęternæ gloriæ,sed vt Dei gratia informata, condigna sunt.2.distinctio.27. arti 3.c. fo.185
Meriti quantitas respectu præmii acci dentalis ex sola charitate interiori pensatur.2.distinctio.35.articu.5. ad secundum fo.180
Metaphysica ducit in Dei cognitionẽ ductu naturalis luminis ex rebus creatis,& ideo oportet q; consideret ens vniuersale,vt ducat ad cognoscẽ dam entium omnium causam.q.2. Prolo.ar.1.ad quartum fo.3
Metaphorarum vsus in exprimẽdis re bus diuinis non est vlla erroris occa sio.1.distinctio.d.34.q.2.artic.1.ad primum fo.78
Metaphorice non dicuntur omnia de Deo.1.di.34.q.2.ar.2.c. fo.78

M ante I.

Mineralia non habent altiorem digni tatis gradum in entibus q̃ elementa 2.distinctio.14.q.2.artic.2.ad quar tum fo.139
Miracula vera quo ad substantiam fa cti non possunt a Dęmonibus fieri, sed quantum ad modũ faciendi pos sunt,

sunt,& secundum veritatem, & secũdum apparentiam. 2.distinctio.7.articu.4.c. fo.124

Miracula (proprie loquẽdo) sunt quorum causa est secũdum se incomprehensibilis, quæ sola Dei virtute fieri possunt. 2.distinctio.18. q.1.articu.2.c. fo.146

Miracula faciunt homines sancti orando, Angeli vero orando & ministerium adhibendo. ibi ad ter.

Missio in diuinis importat exitum missi a mittente, & sic significat quod est notionale. Connotat etiam nouum in creatura effectum, & sic significat quod est essentiale. Significat ergo vtrũq;. Quidam tamen putant quod principalius essentiale significet, qd videtur verius dici, q̃ ꝙ significet principalius notionale, vt alii volunt. 1.d.15.ar.2.c. fo.36

Missio tantum conuenit Filio & Spirituisancto, Patri vero & Trinitati, siue aduentus, siue inhabitatio, siue datio. 1.d.15.ar.3.o. fo.36

Missio prędicari potest de persona, vt dicatur ꝙ seipsam mittat. 1. distinct. 15.ar.4.c. fo.37

Est autem circa prędictam propositionem opinionum diuersitas, aliud sentiente Athanasio, aliud Augustino, vt patet, De potẽtia Dei.q.10.articu.4.ad quartumdecimum. Sed vide solutionem in concordantiis, dubio.901.

Missio visibilis inuisibilem præsupponit, & aliquid supra illam addit. 1.d.16.ar.1.c. fo.37

Missio visibilis fit ad designandum gratiæ redundantiam in alios, ideoq; tantum ad eos facta est, quorum gratiæ plenitudo in alios redundauit. 1.d.16.ar.2.c. fo.38

In missiõe qualibet creaturæ sunt quatuor, Mittentis authoritas, separatio, siue diuersitas missi a mittente, loci mutatio, & aliquis effectus ex parte termini ad quem. Primum & vltimum perfectionis sunt, atq; ideo diuinæ missioni conueniunt (similitudinarie tamen) secundum autem & tertium nequaquam. 1.distictio. 15.ar.1.c. fo.36

In missione visibili est aliquid repræsentans exterius, & gratia repræsentata interius. Primum fit Angelorum ministerio, secundum vero diuina virtute tantum. 1.distinctio. 16. articu.4.o. fo.39

Quantum ad missionum concomitantiam, Filius & Spiritussanctus, simul mittuntur, sed quantum ad distinctionem attenditur appropriatio donorum ad diuinas personas, vt dicatur alia, aut alia mitti. 1. distinctio.15.ar.5.o. fo.37

M ante O.

Modificantur omnia a Deo effectiue, sed formaliter vnumquodq; a modo qui in ipso est. 1.distinctio.3.q.2. articu.3. fo.13

In moralibus consideratur illud ꝙ frequenter accidit. 2.distin. 42. arti.4. ad secundum fo.141

Quod absq; morte aliqui in fine mundi sint transferẽdi in gloriam cõiter nõ tenetur. 2.d.31.ar.4.ad pri.f.173

Per mortem Christi potiora iis quæ ꝑ Adæ peccatũ amisimus restituta sũt nobis. 2.d.29.ar.4.ad pri. fo.169

Motus humanus a ratione incipit, & consumatur in voluntate. q.3.Prolo.ar.4.ad pri. fo.6

Motus quo mouet efficiens sequtur motum quo mouet finis. ibi. ad sec.

Motus omnis a termino denominatur, a quo etiam speciem trahit. 1.d.6.ar.3.c. fo.19

M ante V.

Mulier conuenienter ex viro formata est,& de viri costa producta.2.d.18 ar.1.o. fo.146
Mulieri interdicitur docere publice,tū ob rationes assignatas a Paulo,tum ob rationis debilitatem, quæ est in ea, sed exhortatio priuata non interdicitur ei.q.2.Prolo.articu.4.ad quartum fo.4
Multiplicatum tāto magis est aliquid quanto est magis a prima materia elongatum.1.dist.2.q.1.articu.1.ad secundum fo.9
Vera est hæc propositio de formis materiæ inhærentibus, & ab ea dependentibus,vt patet ibi.
Mundum esse anteq̄ fuit,fuit possibile de possibili logico,& de possibili qd dicitur respectu potētiæ actiuę, sed non passiuæ.2.distin.1.q.1. articu.1 ad secundum fo.108
Mundum nō semper fuisse fides catholica firmiter tenet,& Philosophi oppositum tenentes,quibusdam probabilibus coniecturis id asserunt, non necessariis rationibus.2. distinctio.1 q.1.ar.4.o. fo.109
Mundus etiam si semp fuisset,semperq; esset futurus, non propterea esset æternus,quia totum esse eius non est simul.1.d.19.q.2.ar.1.c. fo.46
Mutatio omnis contingit vel in sola abiectione alicuius formæ,vel in sola receptione,aut etiam in vtroq; simul.1.d.8 q.2.ar.1.c. fo.22
Mutatio aliqua in Deo non sequitur ex hoc q aliquid ab eo fit, sed solū in effectu.2.distinctio.1.q.1. articu.4.ad quartum fo.109

M ante Y.

Mysterium diuinæ incarnationis secundum q ex rationibus æternis dependet,homines per Angelos didicerēt, sed secundum q est temporaliter expletum est econuerso .2. distinct.11 ar.3.o. fo.132

N ante A.

Natura & res naturę idem re est in diuinis.1.distin. 4. articu.4.quæstiuncula.2. c. fo.17
Natura dicitur in substantiis viuentibus illud qd per natiuitatem accipitur ab vno,& ab altero cōicatur.1.d.6.ar.3.c. fo.19
Natura a Boetio appellatur differētia inquantum est completiua in tota essentia speciei.1.distin.6.artic.3. ad secundum fo.20
Natura multipliciter dicitur secundū Boetium.2.d,37.ar.2.c. fo.182
Naturæ creatæ inest prius non esse qd habet ex se q̄ esse qd habet ab alio, non sic autem naturæ filii Dei 1.d.5.ar.4 ad secun. fo.19
Naturæ nomen a viuentibus substātiis sumptum est,quarum generatio appellatur natiuitas.1.distinctio.6.articu.3. fo.19
Naturale duplex,Alterum quod de necessitate naturam consequitur,alterum in quod ex puris naturalibus possumus. Huiusmodi naturalia per peccatum peruertuntur, non autem tolluntur priora.2.distinctio.4.arti.3.ad tertium fo.118
Naturales effectus omnes qui de nouo fiunt,aut præexistunt in seminalibus naturæ rationibus,aut in suo simili, aut saltem in potentia obedientię.2.d,15.ar.4.ad ter. fo.141
Naturalia sunt,vt dicit Cōmenta. quæ fiunt in inferioribus corporibus ex actione superiorum. 2. distinct. 14. q.2.ar.1.ad quar. fo.138
Naturalia non cadunt sub merito.2. d.17

distinctio. 17.ar.3.c, fo.145

N ante E.

Necessarium dicitur dupliciter, absolute,& ex suppositione.1.distin.47.articu.1.ad primum fo.103
Necessitas coactionis opponitur libertati voluntatis, nõ autem necessitas naturalis inclinationis.2. d.7. arti.1.ad primum fo.122

N ante O.

Nomen nullum proprie de Deo dicitur nisi ea nomina quæ perfectionẽ absolute significant,1. distinctio.22.articu.2.o. fo.54
Nomen aliquod tanto est aptius ad diuinarum personarum originem designandam, quanto minus exprimit processionis modum.1. distinct. 29. articu.1.c. fo.68
Nomina diuina Dionysius diuidit in *symbolicam Theologiam*,& in *vnicam,& discretam*. Hanc quantum ad nomina quæ proprie dicuntur de essentia,& de personis,illã vero quãtum ad ea quæ dicuntur translatiue. 1.d.22.ar.4.c. fo.55
Nomina quę dicuntur relatiue ad creaturas de Deo,significant solum relationem rationis,quæ vero econuerso realem.1.d.30.ar.1.c. fo.70
Hæc nomina, Essentia, Subsistẽtia, Substantia & Persona,quæ correspõdent iis græcis,Vsia,Vsiosis,Hypostasis,& Prosopon, non sunt sinonima, sed habent aliquam ad inuicem distinctionem.1.d.23 ar.4.o. fo.57
In nomine personali patris non importatur aliquid ad sapientiam pertinens,sicut importatur in nomine filii. 1.distinctio.34.q.1.articu.2.ad primum fo.77
Nominibus rationem pricipii per modum efficientis, finis, & exemplaris formę importantibus potest fieri additio pronominum, non autem iis quæ significãt diuinam essentiam in abstracto.1.d.18.ar.5.c. fo.45
Ex nominibus quæ sunt a nobis creaturis imposita,potuit aliquid transferri ad significandum proprie personam Filii,non autem ad designandum proprie personam Spiritussancti. 1.d.10.ar.4.ad sec. fo.29
Nominum diuinorum multiplicitas, vel ex parte Dei,vel ex parte creaturæ contingit.1.d.22.ar.3.c. fo.54
Nominum diuinorũ negatiuorum ratio super aliqua affirmatione fundatur.1.d.22.ar.4.ad sec. fo.55
Notio dupliciter in diuinis significatur, Aut proprie,aut cõmuniter, Secundo modo significatur in missione,non primo.1,distin,15.articu.2. ad tertium fo.36

N ante V.

Numerales termini cõmuniter in diuinis se habent ad absoluta & relatiua, & secundum q̃ diuersis adiunguntur significant vel essentiam vel relationem 1.d.24.q.1.ar.3.o. fo.58
Numerus diuinarum personarum habet rationem totius,secũdum rationem,& non secundum rem.1.distin. 19.q.4.ar.1.ad sec. fo.48
Numerus est simpliciter in iis quæ simpliciter diuiduntur. Quia vero in diuinis non est simpliciter diuisio, sed personarum,proprietatumq; distinctio,ideo non est ibi simpliciter numerus sed secundum quid.1.d.24.q.1.ar.1.o. fo.58.Et.2.distin.3.q.1 ar.2.ad pri. fo 114
Numerus,qui est quantitatis species,& vnitas quæ est principium eius non

dicūtur de Deo,sed vnum quod cū ente conuertitur, & multitudo correspondens ei. 1.distinctio. 24.q.1. ar.2.o. fo.58

Numerus sphęrarum cœlestium declaratur. 2.distinctio. 14.q.1. arti.2.ad tertium. f.138

In numero ternario apparet perfectio in creaturis,ideoq; antiqui honorabant Deum sacrificiis & orationibus triplicatis. 1.distinctio.3.q.2. art.2. ad primum fo.12

Nunc temporis & tempus differunt realiter,& secundum rationem, Nunc autem ęui & æuum realiter tantum, Et nunc æternitatis atq; æternitas solum secundum rationem. 1.d.19. q. 2.ar.2.c. fo.47

O ante B.

OBedire tenetur quilibet suis prælatis sicut prouidentiæ diuinę subesse,attendendo tamē tria.s.ꝙ prę latus iuste obtineat pręlationis locum, ꝙ præcepta non ponat contraria præceptis diuinis, & ꝙ in iis ad quæ se extendit sua prælatio. 2.dist. 44.q.2.ar.1.o. fo.194

Obiectum proprium & per se fidei est veritas prima quæ Deus est.q.1.Prolo. ar.2.c. fo.2

Obiectum vnum fruitionis sunt, Pater,Filius,& Spiritussanctus, quia ratione bonitatis quæ vna est in eis. 1. d.1.arti.3.ad pri. fo,8

O ante D.

Quod Deus odio habeat aliquem, est tantum secundum id quod est ex parte eorum,quos dicitur habere odio. 1.d.46,ar.2.ad ter. fo,101

O ante M.

Cùm dicitur,omnipotens,non fit distributio vniuersaliter pro omnibus entibus,sed pro iis ad quę est posse potentię,in eo qui dicitur omnipotēs. 1.d.20.ar.1.ad ter. fo.51

O ante P.

Opera gratiæ possunt esse gloriæ meritoria,non autem gratiæ opera naturæ. 1.d.41.ar.1.ad sec. fo.92

Opera propagationis non fiunt a solo Deo,sicut opera sex dierum,Propter quod dicitur Deus quieuisse die septima cum opus propagationis incœpit. 2.d.15.ar.4.c. fo.141

Opera nostra ęquātur æterno prę mio secūdum proportionem,præsupposita gratiæ efficacia: 2.distin.27.ar.3. ad secundum. fo.165

Operatio Dei est sua essentia.1.d.8.q. 2.ar.1.ad secundum fo.23

Operatum ab æterno a Deo nō est aliquid.2.d.12.ar.4.ad pri. fo.134

Tā in opere creatiōis q̄ in opere formationis rerum, fit mentio de tribus diuinis personis.2.d.13.arti.4. ad tertium. fo.136

Opus meritorium requirit rectitudinē rationis,& pronitatē affectus in bono.1.d.40.ar.4.c. fo.92

Opus ornatus vniuersi in opere distinctionis quidem includitur, sed ēt ab eo distinguitur.2. distin. 12.ar.4. ad quartum. fo.134

Opus ornatus ab opere distinctionis rerum differt quantūm ad duo quæ sunt de ratione vtriusq;.2.distin.15. articu.1.c. fo.139

Opinionū diuersitas nō causatur simp ex repugnantia volūtatum.q.3.Prolo.ar.5.ad secun. fo.7

Non est inconueniens ꝙ opiniones diuersas habeant sancti in sacrarū expositionibus scripturarum circa ea quæ

quæ non sunt de essentia fidei . 2.d. 12.ar 1.ad ter. fo.133

O ante R.

Orationes sanctorum et prædestinationem iuuant. 1.distinctio. 40.arti.2. ad quartum. fo.91
Ordines distinguuntur in Angelis, & secũdum naturalia dona initiatiue, & consummatiue secũdum dona gratiæ.2.d.9 ar.1.ad sec. fo.127
Ordines in Angelis remanebunt post diem iudicii, quantum ad id quod in ordine est alicuius perfectionis, quantum vero ad actum ordinis respectu eorum quæ illorum sunt agenda ministerio non remanebunt, q̃q̃ remanebunt quo ad actum qui in eis attẽditur in comparatione ad Deum.2.d.11.ar.4 o. fo.132
Ordo prioris & posterioris in diuinis non est, sed tantum naturæ. 1.d.5.arti.4.ad tertium. fo.19.Et.dist.12.articu.1.o. fo.31
Ordo originis naturę tantum est in diuinis.1.d.20.ar.3.o. fo.51
Ordo naturę non est in diuinis vt subiecti quod ordinetur, sed vt rationis secundum quã ordo attenditur.1.d.20.ar.4.o. fo.52
Ordo qui est in Dęmonibus relatus ad ordinationem Dei, est rectus, sed ad eorum voluntates relatus est peruersus.2.d.6.ar.3.o. fo.121
Origines errauit assignando pro causa cõiunctionis animę rationalis ad corpus, motum liberii arbitrii. 2.d.1.q.2.ar.3.c. fo.110
Origenes credidit inęqualitatem rationalium creaturarum ex meritorum diuersitate procedere.2.distinct.17. articu.3.c. fo.145
Origenes putauit oĩa quæ de terrestri Paradiso dicuntur debere mystice intelligi.2.d.17.ar.4.c. fo.145
Origo vnius ab alio põt intelligi etiã non intellecta tẽporis prioritate. 1.d.29.ar.1.ad pri. fo.68
Origo duplex inuenitur in Deo, Altera naturæ, secundũ quã oritur Filius a Pr̃e, vbi non est ratio causæ & causati, altera vero voluntatis ꝑut creatura a Deo procedit. 1.d.45. arti.2. ad primum fo.100
Ad ornatum cuiuslibet elementi pertinent ea quæ in illo elemento motũ hñt.2.d.14.q.2.ar.2. ad pri. fo.139 Et.d.15.ar.3.c. fo.140

P ante A.

Paradiso terrestri a quo eiectus fuit homo post lapsũ, apposita fuit custodia ne homo eo rediret, quã nõ oportuit apponi cœlo empyreo, vnde fuerant expulsi peccantes Angeli 2.d.29.ar.4.ad ter. fo.169
Paradisum terrestrem locũ esse corporalem, cõis habet ecclesiæ sententia. 2.d.17.ar.4.o. fo.55
Particularia pñt cõsiderari vel vt sunt aliorũ exẽplaria, vel vt sunt corruptibilia. Primomodo hñt rõnẽ vniuersalitatis, & sub arte cadunt, & ita Theologia particularia considerat, Secundo autẽ modo nequaq̃. q.2. Prolo.ar.1.ad ter. fo.4
In paruulis est culpa originaliter traducta a primo parente.2.distin. 30. arti.1.c. fo.169
Passio per se loquendo nõ potest esse peccatum, sed per accidens esse põt. 2.d.39.ar.3.c. fo.181
Passionem Christi voluit Deus, q̃q̃ Iudæorum actionem noluerit.1.distin. 48.ar.4.o. fo.106
Passiones martyꝝ fuerũt meritorię ſm ꝙ per voluntatẽ eas acceptauerunt ꝑꝑ Deũ.2,d.36.ar.2.ad ter. fo.181

Pater nullo modo est prior Filio, nec natura, nec duratione, nec dignitate, nec intellectu. 1. distinctio. 9. q. 2. articu. 1. c. & ad ter. fo. 27

Pater est in Filio & econuerso, & quælibet diuina persona in alia, tum propter vnitatem essentię, tum propter relationem quæ est inter psonas iuxta diuersas Theologorum considerationes. 1. d. 19. q. 3. ar. 2. o. fo. 48

Sed in. 1. p. q. 42. ar. 5. o. tert à ratione addit S D. C. propter originem

Pater dicitur vniuoce principium Filii, & Pater & Filius principium Spiritussancti. 1. d. 29. ar. 3. c. fo. 69

Pater dicitur principium Filii per cõmunicationem diuinæ essentiæ, quæ in vtroq; est ęqualiter. 1. distinct. 30 ar. 1. ad primum fo. 70

Pater intelligit in Filio, & se, & quicquid in Filio repræsentatur. 1. d. 32 q. 2. ar. 2. o. fo. 74

Præmissa propositio, in vno sensu vera est, in alio falsa, vt patet ibi in verbis Docto. S. in corpore.

Pater dicitur operari per Verbum, nõ vt per instrumentum, vt blasfemant Arriani, sed vt per operatorũ principium, Et rursus, vt per sapientiam suam. 2. d. 13. ar. 4. o. fo. 136

Pater & Filius sunt vnum principium Spiritussancti, & duo spirantes. 1. d. 11. ar. 2. o. fo. 30

Pater & Filius nõ sunt partialiter Spiritussancti principium. 1. distinct. 29 ar. 4. c. fo. 69

Patri appropriatur potentia, Filio sapientia, & Spirituisancto bonitas. 1. d. 34. q. 2. ar. 1. ad ter. fo. 138

Patris & Filii actus notionalis est vnus numero, & per consequens proprietas quę intelligitur illius notionalis actus principium, est vna numero in vtroq; ibidem.

Paternitas multiplicari non potest secundum diuersam originis rõnem, processio autem potest. 1. distin. 13 ar. 2. ad pri. fo. 33

Paternitate in diuinis remota non remanet innascibilitas, quę est proprietas personæ, quàuis remanere possit vt attributum essentiæ. 1. di. 27 q. 1. ar. 3. ad sec. fo. 65

P ante E.

Peccamus tunc mortaliter, quando finis in quem aliquid referimus non est ordinabilis in Deum. 1. distinct. 1 ar. 4. ad tertium fo. 9

Peccare potest homo in Spiritumsanctum statim a principio. 2. distin. 43 articu. 4. c. fo. 193

Peccat aliquis ex certa malitia, quãdo ipse est certus de malitia peccati, & ex electione id operatur, non ex passione. 2. d. 42. ar. 1. c. fo. 191

Peccata parentum (originali excepto) non possunt traduci in filios. 2. dist. 33 ar. 1. o. fo. 175

Peccata quæ in actu consistunt, dicuntur post actum manere quantũ ad substantiam peccati. 2. distin. 35. ar. 2. ad sextum fo. 179

Peccata quibus ęternæ mortis pœna debetur, dicuntur mortalia. 2. d. 42. ar. 2. c. fo. 190

Peccata capitalia dicuntur illa quę habent fines pricipales ad quos, vt plurimum, nata sunt ordinari alia peccata. 2. d. 42. ar. 4. c. fo. 191

Non oportet peccata omnia mortalia dici capitalia, neq; rursus capitalia omnia esse in omnem euentum mortalia. ibi ad pri.

Peccati deformitas est præter Dei voluntatem & operationem, quanq̃ substantia actus præter operatione non est. 1. d. 47. ar. 3. ad sec. fo. 104

Et. 2. d. 35. ar. 4. o. fo. 180

Quod

Quod peccati actus expellat virtutis habitum, est inquantum separat a Deo. 2 distinctio. 27. articu. 1. ad tertium. fo. 164
Peccatum primum hominis fuit superbia. 2. distinctio. 22. q. 1. articu. 1. o. fo. 153
Peccatum quodlibet dicitur esse in voluntate sicut in motore primo, non sicut in subiecto. 2. distin. 22. q. 2. ar. 1. ad secundum fo. 154. & distinctio. 41. ar. 4. c. fo. 189
Sed oppositum videtur dicere. S. D. prima secundae. q. 74. articu. 1. o.
Sed vide solutionem in cõcordantiis, dubio. 995.
Peccatum potest esse in ratione, siue sumatur ratio prout a voluntate distinguitur, siue prout voluntatem includit. 2. d. 24. q. 2. ar. 3. o. fo. 159
Peccatum non potest esse in synderesi. ibi ad secundum
Peccatum contingit esse absq; omni actu. 2. d. 35. ar. 2. o. fo. 179
Peccatũ potest eẽ cã peccati quatuor modis. 2. d. 36. ar. 1. c. fo. 180
Peccatũ ratione deformitatis est nihil. ibi ad secundum
Peccatum non potest esse a Deo. 2 di. 37. ar. 3. o. fo. 183
Peccatum fomentum sumit ex conuersione ad cõmutabile bonum, consumatur vero in auersione. 2. distin. 41. articu. 3. c. fo. 191
Quanq̃ aliqua videntur inclinare ad peccatum, non possunt tamen cogere ad peccandum. 2. distin. 37. artic. 3. ad tertium fo. 183
Peccatum originale nõ traducitur per traductionem animae, sed corporis. 2. d. 18. q. 2. ar. 1. ad pri. fo. 147
Peccatum originale est peccatum naturae principaliter & personae consequenter, donum vero gratiae econuerso se habet. 2. distinctio. 20. articu. 4. ad tertium fo. 151
Peccatũ originale originaliter & quasi materialiter est concupiscentiae corruptio, consumatiue autem est carẽtia originalis iustitiae vel gratiae. 2. d. 30. ar. 2. o. fo. 170. Et distinctio. 31 arti. 2. ad secundum. fo. 172
Peccatum originale ad prolem deuenit secundum q deuenit ad eam humana natura, ideoq; traductio eius fit per traductionem corporis quod cum libidine seminatur. 2. distin. 31 arti. 1. c. fo. 171
Peccatum originale naturam respicit, ideoq; per actum naturae. i. per generationem traducitur sicut & ipsa natura. ibi ad tertium.
Peccatum originale respicit essentiam animae vt principale subiectum, & carnem ex consequenti. 2. distin. 31 arti. 2. o. fo. 172
Peccatum originale etiam a baptizatis parentibus in prolem traducitur. ibi. ar. 3. o. fo. 172
Peccatum originale baptizatus non habet amplius in actu, habet tamen infectionem illius in radice. 2. distin. 31. arti. 3 c. fo. 172
Peccatũ originale est ęqualiter in omnibus. 2. d. 32. ar. 3. c. fo. 174
Peccatum originale est vnum tantum. 2. d. 33. ar. 3. o. fo. 176
Impossibile est aliquem ante cõmunẽ resurrectionem per generationis actum generatum, absq; originali peccato concipi. 2. d. 31. ar. 4. o. fo. 173
Peccati originalis duplex est poena, Altera quae personam respicit, & per baptismum aufertur, Altera vero vsq; ad cõmunem resurrectionem remanet, & respicit naturam. 2. d. 32. arti. 1. ad tertium fo. 173
Quod peccati originalis actuales poenae sint fortiores in vno q̃ in alio, est ex diuersitate naturalium principio-

piorum,& exteriorum agentium.2.d.32.ar.3.c. fo.174
Peccati diuisio pro mortali & veniali poenes reatum ad pœnā sumitur.2.d.42.ar.2.c. fo.190
Peccati mortalis & venialis differētia, per differentiam ad diuinæ legis prę cepta sumitur.ibi ad ter.
Peccatum actuale attribuitur homini ratione personæ,sed originale ratio ne naturę.2.distinctio.30.articu.1.ad tertium fo.169
Peccatum omissionis incurritur cum quis non agit quando agere tenetur 2.d.35.ar.2.ad ter. fo.176
Peccatum mortale esse potest in exteriorum membrorum actibus, sed in motu sensualitatis solummodo veniale.2.d.24.q.2.ar.1.c. fo.159
Peccatum mortale potest esse in ratio ne inferiori.ibi ar.3.o. fo.159
Non est semper peccatum mortale cū prætermittitur cōformitas volūtatis nostrę ad diuinam,1.distinct.48.ar.2.ad pri. fo.105
Peccatum veniale,proprie loquendo, nunquā fit mortale.2.distinct.24.q.2.arti.4.c. fo.160
Peccatum veniale non tollit virtutis habitum.2.distinctio.42.articu.2.ad secundum fo.190
Peccatum veniam consequi, & propterea veniale dici tripliciter contingit 2.d.42.ar.2.c. fo.190
Peccatum Adæ, non fuit peccatum in Spiritumsanctum.2.distinctio 22.q.1.arti.2.ad ter. fo.154
Peccatum quod fit ex certa malitia,est contra Spiritumsanctum,sicut quod fit ex infirmitate est contra Patrem, & quod ex ignorantia contra Filiū.2.d.42.ar.1.c. fo.191
Peccatum in Spiritumsanctum id proprie est,cum quis misericordiam per desperationem repellit,vel per præsumptionem iustitiam. 2.distinctio.42.ar.1.ad pri. fo.192
Peccatum in Spiritumsanctum si accipiatur cum circunstantia finalis impœnitentię, vt accipit Augustinus, est irremissibile,si vero non, dicitur irremissibile qa non de facili remittitur.2.d.42.ar.3.o. fo.192
Peccatum Angeli & primi hominis nō fuit in Spiritumsanctum secundum q̄ est speciale peccatum, quantum autem ad circūstantiam peccati fuit in Filium.2.distinctio.42.articu.4.ad secundum fo.193
Per, demonstrat causam operationis: aut medium vt est instrumentum,aut per modum finis vel formæ.2.d.13 ar.4.c. fo.136
Perfectio humana,non nisi in cognitione inueniri potest.1.distinctio.35 articu.1.c. fo.79
Perfectum est vnumquodq; cum potest sibi simile generare,1.distinctio.2.q.2.ar.1.ad ter. fo.9
Vera est hæc propositio in generabilibus & corruptibilibus.
Persona est rationalis naturæ indiuidua substātia,vt recte diffiniuit Boetius,quam diffinitionem Riccardus ad proprietatem reducit,vt & diuinæ personæ conueniat. 1.distin.25 arti.1.o. fo.60
Persona dicitur analogice de Deo & creaturis,& per prius in Deo est quā tum ad rem significatam,sed nō quā tum ad significandi modum.ibi art.2.o. fo.60
Persona secundum cōmunem rei ratio nem quam significat,est quid cōmune in diuinis.1.distinctio.25.articu.3.o. fo.61
Hoc nomen,Persona, quantum ad id id cui imponitur proprie Deo con uenit, sed non quātum ad id a quo imponitur.1.d.23.ar.1.o. fo.55

Personæ

Personæ nomen significat substantiam primam quę est suppositum, non autem ea quæ est essentia vel quidditas. Quasi vero materialiter & attributiue in diuinis significat relatiuum. 1.d.23.ar.2.c. fo.56
Personæ plures ponuntur vbicūq; reperiuntur aliqui distincti habentes intellectualem naturam. 1. distin. 23 arti. 3.c. fo.56
Personæ diuinæ, non nisi per originis relationem distingui possunt. 1.d.26 q.2.ar. 2.quæstiūcula.2.o.fo.63. Sed in.p.p.q.40.ar.2.c.verius dicitur φ personæ distinguantur relationibus q̄ per originem.
Personā dicere possumus (vt diuersas opinantium amplectamur sentētias) relationem per modum substantiæ primæ significare. 1.distinctio.23. articu.2.o. fo.55
Personarū distinctio est realis in Deo. 1.d.2.q.2.ar.2.c. fo.10
Personas in diuinis distinguit proprietas, in humanis autem nequaquam. 1.d.9.q.1.ar.1.ad ter. fo.16
Personas constituunt in diuinis proprietates.1.d.27.q 1 ar.1.c. fo.64
Personas illæ solæ proprietates constituunt, quibus ab inuicem distinguuntur personæ. 1. distinctio. 27.q.1.arti.1.ad ter. fo 64
Perspectiuus est de suis pricipiis certus per viam credulitatis.q.1 Prolo.articu.1,c. fo.2

P ante H.

Philosophi non potuerunt venire in cognitionem diuinarum personarū per creaturas, quantum ad propria, sed bene quantum ad appropriata. Potuerūt tñ venire in talem cognitionem per reuelationē siue a Deo, siue a demone factā, siue p doctrinā alterius. 1.d. 3.q. 2.ar.2.c. fo.12
Philosophis reputatur in vanitatem, φ Dei volūtate postposita, solas quærebant inferiores causas .2.distin.45 art.3.ad ter. fo.100

P ante L.

Plantæ quæ ante hoīs peccatum erāt, incœperunt postea hoibus pœnales esse. 2.d.14.q.2.ar. 2.ad ter.fo.139
Plantarum productionem in die tertia August. solum secundum virtutē seminalem intelligit, sed alii sancti etiam in propria natura. 2.d.14 q. 2.ar.2.c. fo.139
Plantarum productio ideo in scriptura Solis formationi pręmittitur, secundum Basilium, ad excludendū errorē dicentium φ Sol sit prima plantarum causa. ibi. ad secun.
Plato legit principiū Genesis, ibiq; intellexit quatuor elementa .2.d.14.q. 2.ar.1.ad pri. fo.138
Platonici errauerunt ponentes aliqua animalia aerea rōnalia.2.d.15.art.2 ad ter. fo.140
Platonici posuerūt circulationē aīaʀ. 2.d. 17.ar.3.c. fo.145

P ante O.

Pœnæ semper sunt cū culpa naturæ, quāuis sint qñq; absq; culpa personæ. 2.d.36.ar. 4.o. fo.181
Pœnę aliquis ē debitor ex hoc ipso φ peccatum contra Deū cōmisit. 2.d. 42.ar.2,ad pri. fo.190
Possibile dicitur aliquid dupliciter. Vno modo secundum respectum ad aliquam potentiam, alio modo absolute. 1.d.42.ar.3.o. fo.95
Potētia actiua naturalis pręsupponit materiam, & per suū motū effectum suū causat. 1.d.7.q.1.ar.1.ad sec.f.20

Potentia actiua habet respectum ad tria, ad subiectum, ad actum, & ad effectum. Quantum ad duo prima, differenter se habet in creaturis & in Deo, sed quo ad tertium similiter. 1. d.42.ar.1.c. fo.94

Potentia passiua est secundum quod aliquid est alicuius receptiuum, Actiua vero: vis quędam est per quam aliquid alteri se cōmunicat. Hoc perfectiōis est, atque ideo attribuitur Deo, illud autem nequaquam, quia Deus est omnino perfectus. 1. distinctio.7. q.1.ar.1.c. fo.20

Potentia passiua duplex, naturalis & obedientialis. 2.d.18.q.1.articu.2. ad primum. fo.146

Potentia dicit respectum solum ad id quod est extra. Sed virtus importat perfectionem in proprio subiecto, & ordinem ad effectum. 1.d.19.q.3.articu.1.ad tertium fo.47

Potentia non respicit enunciabile nisi secundum rationem rei quā significat, sed scientia illud respicit vt medium quo res cognoscuntur. 1. dist. 44.ar.3.o. fo.99

Potentia naturalis per peccatum quodam mō corrumpitur, sed non totaliter. 2.d.39.ar.1.o. fo.185

Potentia peccandi vno modo est a Deo, alio vero modo non. 2.di.44. q.1.ar.1.o. fo.193

Potentia in diuinis, attribuitur Patri, quia maiorem habet similitudinem cum Patris proprietate. 1.d.10.ar. 1. ad tertium fo.51

Potentia, secundum quod appropriatur Patri, accipitur in ordine ad actum essentialem, & non est diuinæ personæ principium, sed tamen similitudinem habet cum principio personali. 1.d.34.q.1.ar.2.ad sec. fo.77

Quāquam potentia omnis est in Filio Dei quæ est in Patre, non tamen ad eundem actum. 1. distinctio.7.q.2.art.1. ad secundum fo.21

Potentiæ animæ sunt ei essentiales, inquantum ipsa est quoddam totum potentiale, sed vt est quędam substantia sunt quasi naturales proprietates eius. 1.d.3.q.4.ar.2.c. fo.14

Potentiarum animæ pluralitas ab eius fluit essentia, ideoque oportet quod ordinate fluant, vna videlicet mediāte altera. 1. distinctio.3.q.4.artic.2.quæstiuncula.2.o. fo.14

Potētiarum diuersitas accipitur secundum diuersitatem obiectorum formalem. 2.d.24 q.1.ar.4.c. fo.158

Potētiarum diuersitatem ea diuersitas actuum facit, quæ in idem nō potest reduci principium. ibi. ad sec.

P ante R.

Pręcepta omnia diuinæ legis ordinantur in finem charitatis. 2.d.42. ar.2. ad tertium fo 190

Prædestinatio addit super prouidentiam, quia videlicet prędestinatio respicit, tum ordinem in finem, tum ordinis exitum, cum solus ordo in finem in prouidentia importetur. 1. d.40.ar.1.c. fo.90

Prædestinatio in sui ratione pręscientiam includit. ibidem.

Prędestinatio est in Deo prædestinante. ibi ad secun.

Prædestinatio est respectu bonorū gratiæ & gloriæ, quæ excedunt creaturæ mensuram. ibi ad ter. fo.91

Prędestinatio, respectu sui effectus, habet certitudinem. 1. distinctio.40.articu.2.o. fo.91

Prędestinationem diffiniens August. quod videlicet, Prædestinatio est propositum miserendi, loquitur de ea secundum quod pręsentis respicit statum miserię, quomodo non competit Angelis prędestinari, nec aliis beatis. 1. d.40

d.40.ar.1.ad quar. fo.91
Prædestinationis causa & ratio, nõ est meritum præscitum.1.distinctio.41. articu.2.c. fo.93
Prædestinationis actus nunq̃ transit in præteritum, cum mensuretur æternitate.1.d.44.ar.3 ad pri. fo.99
Prædestinatorũ numerus est certus, & formaliter & materialiter. 1.distin. 40. ar.2.ad ter. fo.91
Quicquid prædicatur de Deo in creaturis inuentum, prædicatur eminenter tanq̃ de causa, & inde remouendum est quod est ibi imperfectionis, & quod perfectionis est retinendum. 1.d.8.q.3.ar.3.c. fo.24
In quolibet nouẽ prædicamentorũ est reperire tria, Rationem cõmunẽ accidentis, & rationem sui generis propriam, & rationem propriam suarũ specierum. Quantum ad primum & secundum omnia imperfectionẽ important, præter secundum in ad Aliquid. Quantum autem ad tertium, contingit quãq; aliqua eorum perfectionẽ dicere.1.d.8.q.3.ar.3.c.f.24
Prædicatũ significari vt inhærẽs subto non est necesse sed sufficit q̃ sit idem subto, vt cũ dr̃, sortes est sortes.1.d.4 ar.4.quæstiunc.1.ad pri. fo.17
Prælati solius est docere quo ad publicam exhortationem, cuiuslibet autẽ eruditi, etiam subditi, quãtum ad expositionem scripturæ, destructionem erroris, & fraternam correctionem. q.2.Prolo.ar.4.c. fo.4
Prælatio inferior, si a superiori causetur & disponatur, facit vt magis obediendum sit prælato superiori q̃ inferiori. Si vero inferior non totaliter a superiori dependeat, obediendum est magis superiori quantum ad ea in quibus est superior, & non quãtũ ad oĩa.1.d.44.q.2.ar.2.0.f.194
Prælationis ordo, est diuinæ sapientiæ effectus, & ideo bonus. Modus autem adipiscẽdi quandoq; malus est, & similr vsus.2.d.44.q.1.ari.2.0.fo.193
Præpositio transitionem denotat, vel rei, vel rationis, vel vtriusq;, non tamen semper respectu casus cui adiungitur immediate.1.distin.5.arti. 3.ad primum fo.18
Principia quarundam scientiarum simpliciter sunt per se nota, & hæc sunt scientiarum primarum. Quarũdã vero sunt certa, quasi in alia scientia superiori certificata.q.1.Prolo.arti.1.c. fo.2. Et.2.distinctio.39. articu.4.c. fo.186
Principia Theologiæ dubitationẽ habere possunt, quousq; peruentum fuerit ad statum gloriæ, in quo plenus de eis intellectus habetur.q.1.Prolo. ar.1.ad ter. fo.2
Quædam sunt prima principia iuris naturalis in cognitione practica, in quibus omnes consentiunt, & nullus errare potest, quorum habitus appellatur synderesis.2.distinctio.39.articu.4.c. fo.186
Pricipii nomine nos in diuinis vtimur personis, non quasi hoc omnino cõueniat, sed quia non potest cõuenientius inueniri.1.d.29.ar.1.c. fo.68
Principii est aliquis modus qui non est causæ, & secundum hoc aliquid est principium quod non est causa. ibi. ad primum.
Principii modos Philosophi assignãt, secũdum hoc q̃ inueniuntur in creaturis, ideoq; secundum nullum eorũ proprie loquendo principii nomen in diuinis cõpetit.ibi.ad ter.
Principium proximum scientiæ Theologiæ, est fides eorum quæ diuinitus reuelantur, Primum vero, intellectus quo Deus ista intelligit. q.1. Prolo. ar.1.ad secundum fo.2
In rõne principii includitur solummõ

cõmunis origo, non aũt vel gñatio, vel cõmunis ſpiratio. 1. di. 29. art. 3. ad pri. fo. 69
Principium dicitur in diuinis reſpectu diuinæ perſonę & creaturarum ſm vnam rõnem analogice, per prius q̃dam reſpectu diuinæ perſonæ ſcdm rei veritatem, ſed ſm nõis impoſitiõnẽ per poſterius. 1. d. 29 ar. 2. c. f. 68
Principium rerum omnium, oportet perfectiſſimũ eſſe. 1. d. 35. ar. 1. c f. 79
Quanq̃ prioritas vnius perſonæ reſpectu alterius non eſt in diuinis, eſt tamen ibi ordo naturę. 1. diſtin. 29. ar ti. 1. ad ſecun. fo. 68
Priuationes non ſunt entia naturæ: ſed rõnis. 2. d. 37. ar. 1. ad ter. fo. 182
Proceſſio quę eſt in diuinis p modum naturæ, eſt per modum intellectus. 1. d. 10. ar. 5. ad pri. fo. 29
Proceſſio in diuinis ponenda eſt, quia vna perſona procedit ab alia inquantum eſt ab ea ſicut a principio. 1. di. 13. ar. 1. c. fo. 31
Proceſſio Spiritusſancti eſt æterna, tũ reſpectu Patris & Filii quibus procedit, tum reſpectu obiecti amoris, ſed reſpectu effectus amoris, ẽ tẽporalis, ſpiratio vero æterna eſt. 1. diſtin. 14. ar. 1. c. fo. 34
Proceſſiones diuinarum perſonarum multiplicari non poſſunt ſecundum numerum, quia in Deo nulla eſt materia. 1. d. 10. ar. 5. c. fo. 29
Proceſſiones, nec ſeipſis realiter diſtinguuntur, ſicut primæ alicuius generis differẽtię, vt quidam dicunt, nec ſecũdum diuerſum proceſſionis modum, vt alii arbitrantur, ſed per relationes originis. 1. d. 13. ar. 2. c. fo. 33
Propoſitio hęc, Eſſentia eſt Pater, eſt falſa, ſi ly Pater teneatur quaſi adiectiue, ſi autem ſubſtantiue vera. 1. di. 5. ar. 1. ad ſecun. fo. 18
Propoſitionem hanc, Deus eſt ſapiens, Dionyſius dicit eſſe veram & falſam: Eſt. n. vera quo ad affirmationẽ rei, & falſa quo ad modum. 1. diſtinct. 4. ar. 1. ad pri. fo. 17
Proprietas Spiritusſancti ſignificatur & nomine ſpiritus quo ad actũ procedendi, & nomine amoris quo ad proceſſionis modum, & nomine doni quo ad rationem donationis ſuperadditam. 1. diſtinctio. 18. arti. 2. ad tertium fo. 44
Proprietas relatiua in diuinis ſe habet per modum differentiæ, & non per modum formæ naturalis. 1. diſtinct. 27. q. 1. ar. 2. c. fo. 64
Proprietas Patris perſonã conſtituẽs, eſt paternitas, non autem innaſcibilitas. 1. d. 28. q. 1. ar. 2. c. fo. 66
Proprium eſt nobis ſecundum rẽ quicquid eſt in nobis, quãuis cõmune eẽ poſſit ſecundum rationem. 1. diſt. 5. ar. 2. ad tertium fo. 18
Prouidentia, quia eſt ſecũdum Tulliũ pars prudentiæ, eodem modo ad ſcientiam & ad volũtatem ſe habet, ſicut prudentia. 1. diſtinctio. 39. q. 2. articu. 1. c. fo. 89
Prouidentia conſiſtit proprie circa ea quæ ſunt ad finem, ea in finem debitum ordinando. ibidem.
Prouidentia duplex ſecundum Damaſcenum, approbationis & conceſſionis. Hæc de malis, illa vero de bonis eſt. 1. d. 39. q. 2. ar. 2. ad pri. fo. 90
Prouidẽtia diuina excellentius gubernãtur iuſti, q̃ peccatores. ibi ad q̃r.
Prouidentia qua Deus rationales creaturas in beatitudinem ordinat ſpeciale ſortitur nomẽ, & dicitur prędeſtinatio. 1. d. 40. ar. 1. c. fo. 90
Prouidentiæ diuinæ ſubiecta ſunt omnia quæ ſunt in mundo, ad quod neceſſario ponendum cogit omniſciẽtia, atq; infinita bonitas Dei. 1. diſt. 39. q. 2. ar. 2. c. fo. 90

Prouidentię

Prouidentię diuinæ subiiciuntur & bona & mala. Hęc quidem vt permittantur inquantum ad aliquod bonū ordinari possunt, illa vero sicut per se intenta. 1.d.40.ar.3.c. fo.91

Ad prouidētiam proprie pertinet gubernatio quę est rerum directio, & custodia ne a fine deficiant. 1. d. 39. q.2.ar.1.ad ter. fo.90

P ante V.

Pueri in statu innocentiæ, si mox nati habuissent vsum mēbrorum, habuissent etiam perfectum vsum memoratiuæ & imaginatiuæ, & ita nihil habuissent quod vsum impediret rationis. Si vero non habuissent primū, nec secundum habere poterant. 2.d. 20.ar.3.o. fo.151

Pueri absq; baptismo decedentes, sola pœna dāni punientur & nō sensus. 2.d.33.ar.4.o. fo.176

Quod est ita purū quo nihil potest purius esse, quia *omnino a culpæ impuritate recedit, non propterea* est ita bonum q; non possit eo esse aliquid melius, quia purius dicitur aliquid per recessum a termino, melius autē per accessum ad terminū. 1.d.44.ar. 2.ad secundum. fo.98

Q ante V.

Qualitas & quantitas in diuinis idem sunt quod substantia, & ita dicunt idētitatem in suba nō in supposito. 1.d.4.ar.3.ad quar. fo.16

Sub quantitate virtutis nō solum quātitas magnitudinis spiritualis, quæ est secundum naturæ perfectionem includitur, sed etiam quātitas durationis quæ est secundū permanentiā actus essendi. 1. dist.19.q.3. articu.1. ad tertium. fo.47

Quatuor coęua quæ ponuntur, secundū genus distincta sunt, sed vlterius distinctio in eis secundum speciē attendatur oportet, & hæc ad opus distinctionis pertinet. 2.d.12.art. 4.ad tertium. fo.134

Quies attribuitur Deo in die septima, tum quia a nouis condendis creaturis cessauit, tum quia rebus omnibus constitutis, non in eis sed in seipso sicut in fine quieuit. 2.d.15.articu.4. ad quartum. fo.141

Qui est, proprie prędicatur de Deo, quia nihil de esse sibi deest. 1.d. 8.q. 1.ar. 1.c. fo.22

Qui est, potest quidē de alio q̄ de Deo prædicari, sed nō potest esse alterius nomen. ibi ad pri.

Qui est, nominat Deum per esse creaturarum exemplariter deductū ab esse diuino. ibi ad secun.

Hoc nomen, Qui est, dicit esse absolutum, & non determinatum per aliquod additum, alia vero significant esse secundum determinatam rationem. ibi ad quartum.

R ante A.

Ratio est quodam modo prior voluntate, inquantum proponit ei obiectum suum, sed inquātum voluntas rationē ad actum applicat, est ea prior. q.3. Prolo. articu. 5.ad primum. fo.7

Ratio a Damasceno pro relatione ponitur. 1. distinctio.2.q.2.artic. 2. ad primum. fo.10

Ratio inferior & superior non sunt diuersæ potentię. 2. distinctio. 24 q.1 arti 4.c. fo.158

Rationi inferiori non autem superiori attribuitur delectatio, quæ est circa delectabilia carnis. 2.d. 24.q.2.arti.2.ad tertium. fo.159

R ante E.

Relatio,& essentia in Deo idem sunt.1. distin.5.articu.1.c. fo.17
Relatio constituens personam in diuinis debet esse indiuisibilis, propterea quia persona est incomunicabilis.1. d.10.ar.5.ad quartum fo.29
Relatio, secundum ꝙ relatio est, secundum intellectum sequitur actū a quo innasci intelligitur, secundum autē ꝙ est subsistens præcedit intellectum operationis.1.distinctio.27.q.1. articu.3.o. fo.65
Relatio,nihil aliud est q̄ quædam habitudo vnius ad alterum.1.distin. 30. articu. 1.c. fo.69
Relatio est ad Deum in creatura secundum rem,cum ex hoc consurgit ꝙ aliquid actu creaturæ conuenit,prout existit in rerum natura, sicut subesse Deo,esse creaturam,& huiusmodi.1.dist.30.ar.4.c. fo.71
Necesse est dicere ꝙ relatio in diuinis est idem realiter quod diuina essentia,sed differt ab ea ratione. Contra Porrectanū,qui tamen in cōcilio Remensi palinodiam decantauit. 1.d. 33.ar.1.c. fo.75
Relatione remota,vtputa paternitate, aut filiatione,non potest idem relationis suppositum remanere, qd est diuina hypostasis,q̄uis secundum intellectum remaneat intellectus hypostasis in generali.1. distinct. 27. q.1. ar.2.o. fo.64
Nomina importantia relationem Dei ad creaturas,non dicuntur de Deo, nisi ex tempore.1.distinctio.30.articu.2.c. fo.70
Dicuntur autem de Deo nomina huiuscemodi nō quia ad creaturas referatur Deus,sed quia ad ipsum referuntur creaturæ.ibi.ad pri.
Relationes in diuinis re minus differūt a substantia,sed ratione tantum.1 d. 5.ar.1.ad sec. fo.15.et 16
Relationes in Deo sunt respectus reales,& necesse est eas ponere in diuinis, ne in Arrii, vel Sabellii incidamus errores.1.distinctio.26.q.2.articu.1.o. fo.62
Relationes quæ in diuinis distinctionē important,sunt reales.1. dist.31.ar. 4.ad tertium fo.73
Impossibile est ꝙ relationes, quibus distinguuntur & quasi indiuiduātur diuinæ personæ, sint secundum rem aliud q̄ ipsę,sed tamen sunt aliud ratione.1.d.33.ar.2.c. fo.75
Oportet dicere relationes & proprietates esse in diuinis personis, contra Gilbertum,& contra Præpositiuū. 1.d.33.ar.3.o. fo.76
Sunt autem in essentia per idētitatem tantum, sed in personis prout significantur vt proprietates personarū. ibi ar.4.o.
Relationis debilitas attēditur in hoc, quia nihil absolutum in subiecto ponit,sed tantum respectum ad aliud. 1.d.8.q.3.ar.3.ad ter. fo.24
Relationum pluralitas in diuinis, simplicitati nequaq̄ repugnat.1.d.5.articu.1.ad secun. fo.16
Relatiua omnia adiacēter significata, siue per verba,siue per participia, siue per nomina adiectiua, siue etiam per præpositiones,in diuinis nō possunt vere prædicari in abstracto de essentia.1.d.5.ar.1.c. fo.17
In relatiuis secundum dici interdū importatur relatio realis, & interdum rationis.1,distinctio.30.articu.2. ad secundum fo.70
Relatum inquantum huiusmodi,realiter distinguitur ab eo ad quod refertur.1.d.2.q.2.ar.2.c. fo.10
Reprobatio,& prædestinatio certitudinem habent,partim similem, & partim

tim dissimilem. 1. distin. 40. articu. 3 ad secundum fo. 91
Reprobationem non tollit ꝙ Deus velit omnes homines saluos fieri. 1. d. 40. ar. 3. ad pri. fo. 91
Deus reprobauit quosdam ab ęterno. 1. d. 40. ar. 3. c. fo. 91
Res, cum sit de transcendentibus, côuenienter se habet ad absoluta & relatiua. 1. d. 1 q 2. ar. 2. ad ter. fo. 10
Hoc nomen, Res, secundum ꝙ ab essentiæ ratione sumitur, prædicatur singulariter in diuinis, sed secundum ꝙ sumitur a ratione relationis pluraliter, 1. d. 25. ar. 4. c. fo. 61
Resolutio intellectus non exigit ꝙ terminus sit simplex omnimoda simplicitate, sed ea quæ compositioni ex pluribus opponitur. 1. distin. 8. q 4. ar. 1. ad secundum fo. 25

S ante A.

SAcramenta veteris legis, fuerunt signa futurę gratiæ, nouæ aût legis, gratiæ quidem, non tamen habitæ sed habendæ, quia etiam causa gratiæ sunt, cęterum creaturæ in quibus fit aliqua missio, signa sunt gratię habitæ. 1. d. 16. ar. 1. ad secun. fo. 37
Sacra doctrina, est maxime sapientia. q. 2 Prolo. ar. 1. c. fo. 3
Sacra doctrina, dicitur sapientia quia considerat Deum vt est finis & principium rerum omnium, in quo conuenit cum Metaphysica, Et vt est finis & beatitudo hominum, in quo conuenit cum morali. ibidem.
Sacræ scripturæ contemptoribus, per canes porcosq; in Euangelio designatis, non sunt eius secreta pandenda. q. 2. Prolo. ar. 3. ad pri. fo. 4
Sacræ scripturæ author Spiritussanctus, author est non verborum modo, sed & rerum, ideoq; non tantum verba sed & res accômodare potest ad aliquid significandum in ea. ibi ar ti. 5. c. fo. 5
Sacræ scripturæ authoritas est omni ratione superior. 1. distinctio. 2. q. 2 articu. 1. c. fo. 10
Ad dignitatem sacræ scripturæ pertinet, ꝙ ipsa sola præ cęteris plures contineat in vno sermone sensus. q. 2. Prolo. ar. 5. c. fo. 5
Non omnes res sacræ scripturæ verbis significatæ sunt alterius rei figura, sicuti sunt pertinentes ad cœlestê gloriam. Secus autem est de pertinentibus vel ad præsentem ecclesiam, vel ad sinagogam. q. 2. Prolo. articu. 5. ad tertium. fo. 5
In sacra scriptura nihil est iuxta spiritualem sensum exponendum, qd nô exponatur alibi secundum literalê. ibi ad secun.
Sancti in patria, etiam vocaliter laudabunt Deum. 2. distinct. 2. q. 2. arti. 2. ad tertium. fo. 113
Sapientia religionis christianæ inuenitur principalior inter cęteras doctrinas quantum ad quatuor. s. altitudinem, prętiositatem, cômunitatem, & fructuositatem. Prolo. fo. 1
Sapientia, illa doctrina dicitur quę circa vltimum finem versatur. q. 2. Prolo. ar. 1. c. fo. 3
Sapientia est diuersa in diuersis, prout est habitus quo cognoscimus, vt autem est cognitionis obiectum, sapiêtum omnium vna est sapientia secûdum Augustinum. Theologia autem est sapientia primo modo. ibi. ad pri.
Sapientia quæ est donum, est quędam cognitio de Deo habita, non tam secundum scientiæ considerationem in intellectu, q̃ per experientiam diuinę dulcedinis in affectu. ibi. ad sec.
Sapientia in creatore & creatura vna est secundum analogiam. 1. distin. 22.

ar.2. ad tertium fo.54
Pater, non est sapiens sapientia genita 1.d.32.q.2.ar.1.c. fo.74
Pater nõ dicitur sapiens in Filio, sicut intelligens in Filio.1.d.32.q.2.art.2.ad tertium. fo.75
Filius dicitur esse sapiens sapientia essentiali, quæ neq; genita, neq; ingenita est, Et rursus a sapiẽtia ingenita.i. a Patre, & tertio a sapientia genita quæ est ipse.1.d.32.q.1.artic.1. ad tertium fo.73
Cum dicimus Deum sapientem, intellectus noster a diuina repræsentatione deficit, tum quantum ad id quod ei attribuit, tum quantum ad modum attribuendi. Cum vero dicimus Deũ esse, vnus tantum est ibi defectus, qa videlicet esse significatur per modũ concretionis.1.d.8.q.1. articu.1.ad tertium fo.22
Saturnus dicitur esse frigidus effectiue, quãq̃ velocissimum motum habet. 2.d.14.q.1.ar.1.ad ter. fo.137

S ante C.

Scientia dupliciter sumitur. Vno modo prout contra sapientiam distinguitur, alio modo prout in ratione includitur sapiẽtiæ, & sic tum de humanis, tum de diuinis est, primo modo autem tãtummodo de humanis, vt Augustinus dicit.q.1.Prolo.ar.1 ad quartum. fo.2
Scientia non causatur ab homine nisi coadiuuando vt causetur.q.2.Prol. ar.4.ad secun. fo.4
Scientię secundum materiam distinguuntur. Prologo fo.1
Scientiæ operatiuæ finis est operatio, & speculatiuę cognitio veritatis.q.1.Prolo.ar.2.c. fo.2
Ad scientiæ rationẽ requiruntur duo, Alterum ex parte conclusionum, alterum ex parte principiorum. Primum est quod ex aliquibus deducãtur principiis necessario, secundum vero q̃ ipsa principia sint certa.q.1. Prolo.ar.1.c. fo.2
In scientiis tractantur multa inquantũ sunt via solummodo ad cognitionẽ subiecti.q.1.Prolo.ar.1.ad pri.fo.2
Scientia (prout de Deo pręédicatur) nõ est species qualitatis.1.d.8.q.3.ar.3 c.& ad primum fo.24
Scientiam in Deo ponere necessarium est.1.d.35.ar.1.o. fo.79
Scientia Dei est prima rerum origo.1. d.38.q.1.ar 2.o. fo.87
Scientia Dei est etiam de futuris cõtingentibus quocũq; modo.1 d. 38 q.2 ar.1.o. fo.87
Scientia Dei nullo modo est variabilis 1.d.38.q.2.ar.2.c. fo.88
Scientia Dei nullatenus augeri potest. 1.d.39.q.1.ar.1.c. fo.88
Scientia Dei minui non potest.1.d. 39 q 1.ar.2 o. fo.89
Scientia visionis Deus potest scire qđ nescit.1.distin.39.q.1.artic.1. ad secundum. fo.89
Videtur autem oppositum dicere in alio scripto.1.d.35.ar.5.ad tertiũ. Sed hic in litera est solutio si recte consideretur, vt patet etiam in concordantiis, dubio.478
Scientiam simplicis notitię infinitorũ, Deus habet, non autem visionis.1.d. 39.q.1.ar.1.ad pri. fo.88
Videtur tamẽ tenere oppositum. p.p. q.14.ar.12.o. Sed vide solutionem in concordantiis, dubio.477
In sciẽtia Dei nullus potest esse discursus, vel transitus.1.d.38. q.2. articu. 2.ad tertium fo.88
Res scitę, nullo modo possunt esse causa diuinæ scientię. 1.distinctio.38.q. 1.ar.1.c. fo.87
Scit Deus res non solum quantum ad naturã

naturam cõmunem, vt dixerunt quidam, neq; solum secundũ rõnem generis & speciei, vt visum est, aliis, sed etiam quãtum ad singularitatẽ vniuscuiusq;. 1. dist. 35. ar. 5. c. fo. 80
Scit Deus quicquid sciuit, & quocũq; modo. 1. d. 41. ar. 4. o. fo. 94
Scintilla superior rõnis, est habitus pricipiorũ, ex quibus tam superior ratio q̃ inferior procedit. 2. d. 39. arti. 4. ad secundum. fo. 186

S ante E.

Semen est materialiter ex alimẽto, sed ex generante habet speciem & virtutem. 2. d. 30. ar. 4. ad pri. fo. 171
Quãq̃ in semine non potest esse culpa, est tamen ibi aliqua infectio causata ex libidine, quæ est principium culpæ. 2. d. 31. ar. 1. ad pri. fo. 171
Seminales naturæ rõnes non operãtur ad ea quæ sola Dei virtute fiunt. 2. d. 18. q. 1. ar. 2. c. fo. 146
Sensualitas est *quædam vis animæ inferior, ex qua est motus qui intenditur* in corporis sensus, atq; appetitus rerum ad corpus pertinentium. 2. dist. 24. ar. 3. o. fo. 158
Sensualitas in homine participat aliqualiter rõnem, & ei aliqualiter obedit. 2. d. 24. q. 2. art. 1. ad primum, & ad tertium. fo. 159
Sensualitatis motus omnes nõ sunt in nostra potestate. Possumus tñ hunc aut illum impedire. ibi. ad sec.
Sensus est virtus materialis, ideoq; per alterationem, & passionem oportet q cognoscat. 1. distin. 35. artic. 3. ad tertium. fo. 80
Sẽsus spiritualis in sacra scriptura triplex est, Allegoricus, Moralis & Anagogicus, Literalis vero est cum res significantur per verba. q. 2. Prolo. arti. 5. c. fo. 5
Sensus spiritualis minus aptus est ad aliquid confirmandũ, nisi fulciatur literali. ibi ad secun.
Quia sensus plures qui sunt in sacra scriptura sunt adinuicem ordinati, ideo non obnubilatur inde intellectus. ibi. ad pri.

S ante I.

Significare oportet nos secundum q intelligimus, vt sicut Deus composita simplici modo itelligit, ita & nos tum simplicia, tum composita intelligamus modo cõposito, atq; ideo modo composito significemus. 1. distin. 4. ar. 4. c. fo. 17
Similitudo est rerum differentium, vt Boetius dicit. 1. d. 7. q. 2. articu. 2. ad secundum. fo. 21
Similitudo rei existens in intellectu, est causa q res quæ est extra animã cognoscatur. 1. d. 36. q. 1. articu. 1. ad primum. fo. 81
Similitudines rerũ materialium in intellectu nostro habent nobilius esse q̃ in ipsis materialibus rebus. ibi ad secundum.
Quanto aliquid est simplicius, tanto est virtuosius, & tanto habens rationem plurium perfectionum. 1. d. 1. q. 2. arti. 2. ad primum fo. 10

S ante O.

Solis proprium est distinguere diem a nocte, sed annos & quatuor anni tẽpora etiam aliorum luminarium. 2. d. 15. ar. 1. ad ter. fo. 140
Somnus hominis in statu innocentiæ connumerandus est inter passiones ad perfectionem pertinentes. 2. d. 19. ar. 4. ad tertium fo. 149

S ante P.

Species intelligibiles comparantur ad res ratione formarũ suarum, ideoq; singulare per eas non cognoscitur, quod non indiuiduatur ex forma.1. d.35.ar.5.ad pri. fo.80
Species rerum quędam sunt immediate productæ a Deo, nec in eis, secundum Augustinum, tẽporis ordo seruatur, sed tantum naturæ. Quędam vero de naturæ virtute fieri possunt: in quibus seruatus est etiam ordo tẽporis, q̃q; arbitrantur alii sancti, seruatum fuisse in vtrisq; vtrũq; ordinẽ 2.d.12.ar.1.c. fo.133
Spiritus & potentiæ sunt media inter animam & corpus, prout anima corpori vt motor vnitur. 2.d.1.q.2.ar. 4.ad tertium. fo.111
Spiritussanctus ẽ nexus Patris & Filii, tum inquãtum procedit cõmuniter ab vtroq;, tum inquantũ procedit vt amor Patris in Filium, & econuerso. 1.d.10.ar.3.o. fo.28
Spiritussanctus non producit ex se aliã personam, quis & in eo sit liberalitas 1.d.10.ar.5.ad sec. fo.29
Spiritussanctus nõ magis aut plenius a Patre q̃ a Filio procedit.1.d.12. art. 2.o. fo.31
Spiritussanctus datur his qui iustificantur, & non tantum illius donũ. 1.d. 14.ar.3.o. fo.35
Spiritussanctus non datur nisi a dante gratiam gratum faciẽtem, quã solus Deus authoritatiue & efficaciter dat, quis posset homo aut sacramenta ministrando, aut alii gratiam impetrando, ad hoc aliquid operari. 1. d.14.ar.5.o. fo.35
Spiritussanctus Apostolis primo apparuit in flatu ad significãdã operationis redundantiam per modum ministerii, & secundo in igneis linguis ad designandam redundantiam doctrinæ. 1.d.16.ar.3.c. fo.38
Spiritussanctus apparuit super Christũ baptizatum in columba ad designãdam gratiæ redundantiã per operationẽ, sed in transfiguratione eius apparuit in nube lucida ad designandã eandem redundantiam per doctrinã 1.d.16.ar.3.c. fo.38
Spiritussanctus solus est donum, nõ autem Filius, sed vterq; potest dici datum. 1.d.18.ar.2.o. fo.44
Spiritussanctus eodem Deus est & donum, loquendo de idẽtitate rei, non autẽ de idẽtitate rõnis, si ablatiuus construatur cum hoc verbo, est, in ratione formæ, secus autem si in ratione principii. 1.d.18.ar.4.o. fo.45
Spiritussanctus non dicitur noster, qa est persona subsistens, & dicit aliquẽ actualẽ respectum ad nos. Ceterum quia Spiritus dicit actũ spirandi in nos, ideo potest dici Spiritus noster. 1.d.14.ar.5.ad sec. fo.45
Spiritussanctus est amor Patris & Filii 1.d.32.q.1.ar.1.c. fo.73
Hoc quod dico, Spiritussanctus, si accipiatur vt oratio, toti Trinitati commune est, si autem vt vna dictio., ex vsu ecclesiæ est appropriatum nomẽ personæ, tum propter modum procedendi, tum pp effectum in nobis. 1.d.10.ar.4.o. fo.28
Si Spiritussanctus nõ procederet a Patre & Filio, Pater & Filius nõ essent perfecte vnum, quod est hæresis Arrii; Rursus Filius & Spiritussanctus non essent personæ distinctæ, qd est error Sabellii. Tertio Spiritussãctus esset creatura, quod est error Macedonii. 1.d.11.ar.1.c. fo.29
Spiritussancti processio, si cõparetur ad spiratiuam virtutem immediate est a Patre & Filio; si vero ad Patrẽ & Filium, vt sunt spirantes, sic. ẽ a Patre

tre quodammodo mediate & quodammodo immediate. 1.d.12. arti. 3.o. fo.32
Spiritussancti processio non debet dici generatio, sicut nec Spiritussãctus debet dici Filius.1.d.13.ar.3.c.f 33
Spiritussancti processio æterna & temporalis cõparatæ ad id a quo sunt, essentialiter sunt idem, sed per comparationem ad id ad quod sunt, temporalis ab æterna differt.1.d. 14.arti.1.o. fo.34
Quod Spiritussancti ꝓcessio fit in conformitate naturę, hoc est inquãtum ꝓcedit vt amor diuinus, qa in Deo nõ pot est esse aliquid diuersum a sua natura.1.d.13.ar.3.c.& ad pri. f.33.
In spirando Spiritumsanctum Patri attribuitur authoritas, qa Filius habet a Patre ꝙ spiret, Pater vero a nullo. In vsu tamen sanctorum non inuenitur attribui Filio vocabulum sub authoritatis.1.d.12.ar.4.o. fo.32

S ante V.

De subiecti ratione est ꝙ propter se tractetur de eo in scientia, & nõ qualitercũq;.q.1.Prolo.ar.2.ad ter.fo.3
Non est necesse ꝙ omne subiectũ scientiæ habeat partes & passiones.ibi ad secundum fo.2
Substantia quæ est genus dicitur a substando, & non a subsistendo tãtum. 1.d.8.q.3.ar.2.ad ter. fo.24
Substantia animæ, nec est materia, nec materiam partẽ sui habet.1.distin.8. q.4.ar.2.ad secun. fo.25
Substantia & hypostasis, non significãt omnino idẽ.1.d.26.q.1.ar.1.c. f.62
Substantiæ diffinitio, non est ens p se: sed potius hæc, Res habens quidditatem cui debetur esse non in alio.1.d. 8.q.3.ar.2.ad ter. fo.24
Substantiæ specialium, vel principalium partium mundi, statim a principio fuerunt creatæ, sed postmodum sunt eis attributæ generales, siue speciales virtutes.2.dist.13. articu.3. ad secundum fo.136
In gñe substantiæ, neq; in aliquo alio, Deus est.1.d.8.q.3.ar.2.c. fo.24
Ad euitandum errorem, Tres substantias nõ dicimus in diuinis, sicut Græci tres dicunt hypostases, quãuis nomen Latinum correspondeat Gręco secundum vocabuli proprietatẽ. 1.d.23.ar.3.ad quar. fo.56
Superbia põt esse peccatorum principium, sed non radix.2.d.42. articu. 3.ad primum fo. 191
Supposita, quæ sunt vnius essentiæ, in vno actu, & in vna proprietate possunt conuenire, q̃uis actum vel proprietatem oporteat pluraliter considerari si dicantur adiectiue, aut inhęrenter, non autem si substantiue.1. d.29.ar.4.ad pri. fo.69

T ante E.

Temporis differentia non potest Deo attribui per modum mēsurę, sicut attribuitur rebus mutabilibus, sed sic attribuitur ei per modũ concomitantiæ.1.distin.8.q.1. arti. 2.c. fo.22
Tempus est mensura motus rei temporalis, & ęternitas esse rei æternę, atq; æuiternę æuum.1. distinct. 19. q.2. ar.1.c. fo.46
Temptat Deus vt alios faciat cognoscere, Homo vt ipsemet cognoscat, Diabolus vt cognoscat atq; decipiat 2.d.21 ar.1.c. fo.151
Temptatio exterior, quæ a mũdo atq; diabolo est non est peccatum, sed interior quæ est a carne.2.distincti.21 ar.2.o. fo.152
Theologia habet principia certa, non

simpliciter per se nota Theologo, sed per viam credulitatis supponendo ea a Deo, qui ea habet per scientiam superiorem. q. 1. Prolo. artic. 1.c. fo. 2
Theologia est scientia. q. 1. Prolo. art. 1. ad quar. fo. 2
Theologia tota ordinatur ad habendam notitiam de Deo. q. 1. Prolo. arti. 2. c. fo. 2
Theologia tota ordinatur ad fidē nutriendam, & defendendam, vt Augu. dicit. ibidem.
Theologia, non est solum speculatiua, sed etiam practica, & propterea est nobilissima, quia per vnum simplicissimum medium extendit se ad speculabilia & operabilia. q. 2. Prolo. ar. 1. ad ter. fo. 3. Et ar. 2. ad quar. f. 4
Theologia est aliis scientiis nobilior, quantum ad materiam, modum cognoscendi, & scientiæ finem, atq; alia huiusmodi, sed ex parte habentis eā hic est imperfectior. q. 2. Prol. art. 2. c. & ad pri. fo. 3. et 4.
Theologia de iis quæ in aliis scientiis sunt iudicat per propria principia, & non econuerso. q. 2. Prolo. arti. 2. ad secundum fo. 4
Theologię subiectū propriū est Deus, vt est cognoscibilis a nobis per viā fidei, & satis in idem redit, quod credibile est eius subiectum. q. 1. Prolo. art. 2. c. fo. 2
Theologiæ subiectum ponentes Christum caput & mēbra, vel res & signa, non bene iudicarunt. q. 1. Prolo. ar. 2. ad pri. fo. 2. Sed in. p. p. non eos arguit. S. D. prę modestiā sua.
Theologiæ duplex est vsus, videlicet exhortari & arguere cōtradicentes, vt Paulus dicit, & sic qlibet hō potest esse eius auditor, Excluduntur tamen ab auditu eius inquantum docens est, infideles, & intellectu imbe-
cilles. q. 1. Prolo. ar. 3. c. fo. 43
Theologiam nō oportet circa vniuersalia versari, sed circa ipsum Deum, & circa alia prout sunt a Deo vel ad Deum. q. 2. Prolo. ar. 1. ad quar. fo. 3
In Theologia aliquæ conclusiones ex creditis principiis deducuntur. q. 1. Prolo. ar. 1. c. fo. 2
In Theologia non tractatur per se res & signa, contra magistrum. q. 1. Prolo. ar. 2. ad ter. fo. 3
Quęcunq; in Thologia traduntur, ordinantur ad cognitionem Dei, inquantum sunt a Deo, aut ad Deū. q. 1. Prolo. ar. 2. ad pri. fo. 2
Quod a Theologia alię scientiæ nihil supponant, est propter altitudinem eius. q. 2. Prolo. ar. 2. ad sec. fo. 4

T ante I.

Timor & amor ponuntur peccatorū radices. 2. d. 42. ar. 3. o. fo. 191
Timor seruilis ad charitatem disponit 2. d. 41. ar. 3. ad secun. fo. 189
Quicquid ex timore seruili fit, male fit. ibi. c.

T ante O.

Totalitas formæ secundum extensionē non est nisi materialium formarū. 1. d. 8. q. 4. ar. 3. c. fo. 25
Totum vniuersale perfecte inest cuilibet parti secundum essentiam & virtutem, ideoq; proprie de qualibet prædicatur, sed totum integrale nō. Totū vero potentiale medio modo se habet, atq; ideo tum de qualibet parte, tum de omnibus simul prædicari potest, q̄uis non ita proprie vt totum vniuersale. 1. distinct. 3. q. 4. ar. 2. ad pri. fo. 14
Totum & perfectum idē est s̄m Philosophū. 1. d. 8. q. 4. ar. 3. ad sec. fo. 29

T ante R

T ante R.

Translatio corporalium ad diuina fit tantum secundum similitudinẽ proportionalitatis. 1.d.34.q.2.ar.2.ad secundum. fo.78

Trinitas conuenienter prædicari pōt de essentia & econuerso propter omnimodam indifferentiam essentię ad totam trinitatem.1.dist.4. articu.4. q.3.c. fo.17

Trinitatis nomen significat vnitatem essentię in recto & personarum numerum in obliquo quo ad ęthimologiam, sed quo ad significationem est econuerso.1.distinctio.24.q.2.articu.2.o. fo.59

Hæc ꝓpositio, Trinitas est solus Deus, est vera in hoc sensu, Trinitas est Deus, præter quem nullus alius est Deus.1.d.21.q.2.ar.1.o. fo.53

V ante E.

Verbum in diuinis, proprie loquendo, non potest nisi personaliter dici. 1.d.27.q.2.ar. 1.c. fo.65

Sed in alio scripto vt hic ar.2. videtur aliter sentire. S.D. Et solutionem habes in concordantiis, dubio.1161.

Verbum in diuinis proprie soli Filio cōuenit, figuratiue autem etiam Spirituisancto.1.d.27.q.2.ar.2.o.f.65

In verbo non importatur respectus ad creaturas principaliter, sed quasi ex cōsequenti.1.distin.27.q.2.articu.1. ad quartum. fo.65

Veritas est adęquatio rei & intellectus 1.d.19.q.5.ar.1.c. fo.49

Veritas æterna non nisi vna est.1.d.19 q.5.ar.2.c. fo.50

Veritas cuius anima est subiectū nō est ipsa veritas diuina, sed eius quędam immaterialis similitudo, 1.distin.19 q.5.ar.2.ad pri. fo.50

Veritatem secundum seipsam consideratam quilibet amat, sed consideratā secūdum effectum suum aliquis odit. q.1.Prolo.ar.3.o. fo.6

Veritatem esse est per se notum.1.di.3 q.1.ar.2.c. fo.11

Veritatis quæ est in intellectu nostro vel in enunciatione causa sunt res, sed non veritatis quæ ē in intellectu diuino.1.d.38.q.1.ar.1.ad pri.f.87

Verum esse id quod est Augustinus dicit, quæ diffinitio non datur secundum completam rei rationem, sed secundum id quod fundatur in re.1.d. 19.q.5.ar.1.ad pri. fo.49

Vestigium est imperfecta similitudo, imperfecte ducens in cognitionem eius cuius similitudo est.1.distin.3.q.2.articu.3.c. fo.12

Vestigium & imago potest esse eadem res, non tamen secundum idem.ibi ad primum.

V ante I.

Ad virginem Mariam, non debuit fieri specialis missio Spiritussancti, q̄uis generalis cum aliis omnibus, in Pentecoste ad eam fuerit facta. 1.di.16. ar.2.ad ter. fo.38

In virgine Maria erat de Christi morte tristitia, secundum ꝙ voluntas inferior repugnabat particulari volito, quod non est perfectioni cōtrariū.1 d.48.ar.3.ad pri. fo.105

Virtus tripliciter sumi potest, & iuxta quālibet acceptionem cōpetit alicui personæ diuinę.1.d.34.q.1.artic.2 ad tertium. fo.77

Virtus non est essentialiter actus, sed actus principium.2.distin.27.articu. 1.o. fo.164

Virtus est bona qualitas mentis, quā recte viuitur, & qua nullus male vtitur, quā Deus in nobis sine nobis opera

tur.2.d.27.ar.2 o. fo 164
Virtus secundum perfectam sui rõnem in infideli esse non potest, sed secundum imperfectã tantum. 2. distin.41 arti.2.o. fo.189
Virtutis finitæ modus, non attingit ad modum finiti obiecti. 1.d. 3.q. 1.ar.1 c.fo.11. Hic põitur virtus ꝓ potẽtia.
Virtutis perfectio, quantum ad modũ agendi non inest homini statim, sed quãtum ad genus facti potest inesse, & similiter est de peccato.2.d.43.arti.4. ad primum fo.193
Virtutũ actibus promouemur ad summi boni fruitionem. 1. d. 1. articu. 3. ad tertium fo.8
Vita vno modo est esse viuentis, & sic ad animæ essentiam pertinet, alio vero modo est viuentis operatio, & pertinet ad potentiam. 1.distin. 3.q. 3.ad secundum fo.13
Vita animę est Deus effectiue, anima vero corporis formaliter. 1.d.17.q. 1. ar.1.ad secun. fo.39
Vitiorum capitaliũ sufficiens ponitur assignatio.2.d.42.ar.4.o. fo. 191

V ante N.

Vnio duorum vel associatio fieri potest, altero extremo tantum & non vtroq; mutato. 1.distinctio.8.q.2.arti.1.ad tertium fo.23
Vnum quod cum ente conuertitur, & dicitur de Deo, aliquid ponit .s. ens ipsum, sed super hoc non addit naturam aliquam, sed tantum diuisionis negationẽ. 1.d.24.q.1.ar. 2.c. f.58
Vniuersale & cõmune differunt, quia cõmune de se non determinat an id quod cõmunicatur pluribus idẽ sit numero vel non in illis pluribus, vniuersale autem hoc determinat. 1.di. 19.q.4.ar.2.ad secun. fo.49
Vniuersum est rationali creatura extẽsiue nobilius, non autem intensiue, nec ęque bonum. 2.d. 16. articu. 2. ad secundum fo.142

V ante O.

Volita eẽ oĩa a Deo sicut sũt scita, nõ est necesse. 1.d,25.ar.2.ad ter. fo.79
Voluntas & ratio, si sint circa idem, ad hoc ꝙ volũtas sit iusta, rõnem sequitur, si vero respectu diuersorum, põt esse ꝙ conuenienter quãq; sequatur ratio voluntatem. q.3. Prolo.articu.4.c. fo.6
Voluntas dupliciter rõnem sequitur, explicite, & implicite. ibidem.
Voluntas est rõne superior, quantũ ad cõpletionem, sed quãtum ad originem est econuerso. ibi ad pri.
Volũtas mouet rõnem per modũ causæ efficientis, & mouetur a rõne per modũ causæ finalis. ibi ad sec.
Voluntas Dei cõparatur ad aliquid vt principium, vel sicut ad illud qđ est principiandi ratio, & sic cõparatur ad Spirituſsancti productionem qui procedit per modũ amoris, vel sicut ad id quod est principiatũ, & sic comparatur ad creaturas. 1. distinctio. 6. articu.2.c. fo.19
Voluntas tota in diuinis cõmunicatur per voluntatis processum sicut per processum naturę tota natura. 1. d. 10.ar.1.ad pri. fo.27
Voluntas habet necessarium ordinem ad finem vltimũ, quæ necessitas libertati non opponitur. Ad ea autẽ quę sunt ad finem nequaq̃, nisi sint talia ꝙ sine illis finis haberi non possit. 1. d.47.ar.1.c. fo. 103
Volũtas nostra in operationibus quæ sunt ab ea cõformari potest diuinę, secundum omne genus causæ. 1. dist. 48.ar.1.o. fo. 104
Voluntas humana quicqđ vult, vult in ordine ad bonũ.2.d.39.ar.3.o.f.186
Volũtas quadã inclinatione tendit in bonũ, qđ est ſm rõnem. ibi. c.

Voluntas deliberatiua tenetur omnē actum referre in Deū vel immediate, vel mediate, actu vel habitu. 2.d.40 ar.3.c. fo.187
Volūtas pōt dici bona vel mala cōparatione ad finē proximū & ad finē remotū.2.d.40 ar.4.c. fo.188
Voluntas & actio semp se cōcomitātur in malitia & bonitate, fm quod ad meritum & demeritum pertinent, nō aūt fm quod simplr rectitudinē vel inordinationē important ibidem.o.
Volūtati diuinæ de salute hois duplex vt voluntas opponi.f.de cōtradictorio, & de cōtrario. Hęc respicit rationem voliti in eo qui dānatur, illa vero nequaq̄.1.d.41.ar.3.o. fo.93
Voluntati diuinę per accidens obsequitur, ēt is qui contra voluntatē illius agit.1.d.47.ar.3.ad ter. fo.104
Voluntatis est delectari in fine.1. dist. 1.ar.1.c. fo.7
Voluntatis actus sunt velle, diligere, & frui, sed diuersimode. Similiter, intē dere, vti, & eligere, Item ambulare & loqui.1.d.1.ar.1.c. fo.8
Voluntatis est sequi rōnis ordinem. 1. d.1.ar.2.ad pri. fo.8
Voluntatis bonitas, tota dependet ex fine proximo & remoto. 2. distincti. 38.ar.1.o. fo.183
In volūtatis ptāte est hunc vel illū esse dū agere, natura vero ad talē & talē determinatur.1.d.45.ar.1.c. fo.99
In omni actu qui voluntatis imperio subiicitur, pōt esse peccatū & meritū 2.d.24.q.2.ar.1.c. fo.158
Volūtatē suā tenetur hō cōformare diuinę.1.d.48.ar.2.o. fo.105
Voluntatem superioris rōnis tam beati q̄ perfecti, & quicunq; iusti cōformant volūtati diuinæ in volito vniuersaliter & formaliter sumpto, Et beati quidem in particulari volito, viatores autem nequaq̄.1. distin.48 arti.3.o. fo.105
Voluntates oēs tam rectę q̄ non rectę conueniunt in appetitu beatitudinis 2.d.38.ar.2.ad ter. fo.184
Volūtatum discordia, pōt sequi ex dissensione opinionum, eo modo quo ratio voluntatē sequitur, qd contingit idirecte tripliciter, videlicet, Aut in operabilibus, aut in speculabilibus, aut in iis quę voluntatē per modum obiecti mouent.q.3.Prolo. articu.5.c. fo.6.et 7
Voluntatum rectarū oium oportet esse vnū vltimū finē.2.d.38.ar.2.o.f.184
Volūtatū rectarū finis tanq̄ res quędā, rōne suipsius est ipse Deus, rōne vero Dei finis est Dei adeptio.2.d. 38. ar.3.o. fo.184

V ante S.

Vsus appellari potest vtendi frequentia.1.d.1. ar.2.ad sec. fo.8
De rōne vsus aliquid est in brutis, quia finē cognoscunt.ibi ad ter.

V ante T.

Vti & frui, sunt actus voluntatis. 1.d.1 q.1.ar.1.c.et.2.c. fo.8
Vti possumus omni eo qd poterit esse obiectū cuiuscūq; operationis, quam pōt imperare voluntas. Pōt ergo in vsum nostrum venire quicquid intelligere, vel sētire, vel appetere, vel tractare possumus.1.d.1.ar.4.c. fo.9
Vti virtutē pōt aliqs male, & bn̄ vti peccato. Primū, dū virtute supbit, fm, dū bn̄ pctm̄ abhominatur.ibi ad qrt.
Vtimur non recte aliis a Deo, nisi in Deum actu vel habitu referendo. 1. d.1.ar.4.c. fo.9
Vtitur Deus creaturis, vt bonitatē suā eis cōmunicet, & nō propter aliquā indigentiam.ibi ad quintum.

Explicit index primi Tomi.

Errata quæ ex typographorum incuria in hoc Tomo accidisse reperta sunt.

Folio 8	colõna 2	linea 1	de Victorino scdm. lege, de Victorino, q̃ scdm	
Fol. 9	col. 3	lin. 3	perfectissimum est. leg. perfectissimum quid est.	
Fol. 24	col. 4	lin. 1	Quæstio secunda. lege Quçstio quarta.	
Fol. 25	col. 2	lin. 5	esset intellectus. lege esset intellectiua	
Fol. 39	col. 2	lin. 25	quia creatura. leg. qui a creatura.	
Fol. 43	col. 2	l. 44. et 45	infirmitatis. leg. infinitatis.	
Fol. 53	col. 3	lin. 5	cathegorica lege cathegorematica,	

Et linea 7. sincategorica. leg. sincathegorematica

Fol. 54	col. 3.	lin. 10	conueniat. lege, non conueniat
Fol. 74	col. 1.	l. 36. et 37	Sicut. n. Deus verbo suo diligit se nos, inquantũ diligendo se diligit nos. lege sic. Sicut. n. Deus verbo suo intelligit se & nos, inquantum intelligendo se intelligit nos.
Fol. 90	col. 1	lin. 12	Ad secundum. leg. Ad quartum.
Fol. 103	col. 1	lin. 18	voluntatis. leg. voluntas.
Fol. 123	col. 1	lin. 5	perpetuatio. leg. perpetuum
Fol. 148	col. 1	lin. 4	corporalia. leg. corruptibilia
Fol. 149	col. 4	lin. 42	per totum. leg. per coitum
Fol. 152	col. 1	lin. 32	tentabilibus. leg. tẽptationibus
Fol. 158	col. 4	lin. 1	Distinctio vigesima quinta, leg. Quçstio secunda, & lin. 4. vbi ponitur, Quæstio vnica, dele.
Fol. 160	col. 3	lin. 35	Distinctio vigesimasexta, lege, Vigesimaquinta, & deinceps vsq; ad finem libri erratum fuisse in numero distinctionũ agnosce.
Fol. 172	col. 1		substantiis. leg. subiectis.
Fol. 177	col. 3	lin. 12	causa boni. lege causa mali
Fol. 182	col. 2	lin. 31	aliquod viuum, leg. aliquod numen
Fol. 186	col. 2	lin. 16	corruptibilis. leg. corrupta.

Alia multa in marginibus emendata reperies, diligens lector, emendationesq; suis locis aptare tua diligentia curabis. Nam ex corruptissimis & mendosissimis exemplaribus quæ habuimus, fieri non potuit vt singula ad amussim, hac prima vice reducerentur. Meliora tibi posthac promittimus, si. D. Deus. Sanctiss. D. N. gratiam & facultatem concesserit, denuo imprimendi omnia D. Th. opera.

Sancti Thomæ de Aqno scripta, ad Hanibaldum Episcopũ Card. super Quatuor libros Sentẽtiarum.



Ransite ad me omnes qui cõcupiscitis me, & a generationibus meis implemini. Ecc. 24. Inter cęteras doctrinas Christianæ religiõis sapiẽtia principalior inuenitur quãtũ ad quatuor, videlicet. altitudine, pręciositate cõmunitate, & fructuositate. Altitudine quidẽ cęteras antecellit quia oẽs aliç scietiæ & doctrinç versãtur circa ea quç subsunt iudicio rõnis. In diuina vero doctrina illa nobis traduntur quæ vim humanç rõnis excedunt. Vñ dicitur Iob 28. Abscondita est ab oculis viuentium omniũ. s. quia eius mysteria naturalis intuitũ cognitionis excellunt; Et ideo de eius altitudine dicitur Ecc. 24. Ego in altissimis habito. Habitanę quidẽ in infimis oẽs mechanicę artes quç circa particularia, in quibus cõsistit operatio versantur. In altis vero habitat scientia naturalis, quç de sensibilibus vniuersalem speculationẽ habet. In altioribus vero cõmorantur aliç philosophię scientię, quç sua cõsideratione sensibilia transcẽdunt, intuitũ tñ rõnis sequentes. sed in altissimis habitat christianę sapiẽtię doctrina quç intuitũ superat rõnis. Pręciositate vero alias doctrinas excedit, propter eius veritatis puritatem in qua nõ inuenitur alia permixtio falsi, nec alicuius iniqui, nec etiã alicuius vani quæ plerumque aliarum scientiarum consiperationibus permiscetur. Vnde ex ore sapientię dicitur Prouer. 8. Veritatem meditabitur guttur meũ; Et postea subdit. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in [illegible] prauum quid neq; peruersum; Et ideo de eius pręciositate dicitur. Prouer. 3. Pręciosior est cunctis opibus, & omnia quç desiderantur huic non valet comparari. Cõmunitate vero cæteris prępõnitur quia cum aliarum scientiarum singulę circa singula rerum genera occupentur, hæc doctrina circa omnia nos illustrat. In ipsa enim reuelantur diuina, docẽtur cœlestia, & terrestria iudicantur, & honestę vitę documenta traduntur, vt sic impleri videatur quod dicitur. 1. Cor. 2. Spiritualis homo iudicat omnia, Et ideo de eius cõmunitate dicitur Sap. 7. Attingit autẽ vbiq; propter suam mundiciã. Vñ Aug. in epistola ad Volusianũ. Hic. i. in sacra scriptura physica, quoniam omnes omnium naturarum causæ in Deo creatore sunt, Hic ethica quoniã vita bona & honesta non aliunde formatur q̃ cũ ea quç diligẽda sunt diliguntur. Hic est Deus & proximus, Hic logica, quoniã veritas, lumẽq; animæ rationalis non nisi Deus est. Fructuositate verò alius antefertur, quia aliæ scientię fructum habere videtur in sola intellectus illustratione: Hęc vero doctrina & intellectum sublimiter illuminat & affectum dulciter accendit. Vñ dicitur Eccl. 24. Spiritus meus sup mel dulcis, Et ideo dicitur Ecc. 6. Sapiẽtia doctrinæ secundũ nomen est eius: quia videlicet spiritualem saporẽ habet quo affectui dulciter sapit. Vnde dicit Aug. li. 7. confess. cap. 21. Nõ habent illę paginę. s. scientię seculares multum pietatis huius lachrymas cõfessionis, sacrificiũ tuũ spiritum contribulatũ cor cõtritum & humiliatum. Ratione igitur altitudinis excellẽtissimũ hẽt doctorẽ. Vñ dicitur Bar. 3. Hic est Deus noster & non ęstimabitur alius ad eum. Hic adinuenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illã

Iacob puero ſuo &Iſrael dilecto ſuo,Et
ideo dicitur Sap.7.Omnium artifex do
cuit me ſapientiá,Et ideo ſapiētia loqui
tur dicens.Tranſite ad me oēs &c. vide-
licet relictis errorū doctoribus a me do
ceamini veritatē. Eſa.54. Ponā vniuer-
ſos filios tuos doctos a domino. Rōne
vero tam pręcioſepulchritudinis requi
rit deſideratiſſimum auditorem, Vnde
ſubdit,qui cōcupiſcitis me. Sap.6. Pręoccupat qui ſe concupiſcunt : vt prior
ſe illis oſtendat.Et ideo dicitur Sap. 8.
Hāc amaui & exquiſiui a iuuētute mea,
& quęſiui eam ſpōſam mihi aſſumere: &
amator factus ſum formæ illius. Rōne
vero ſuę cōmunitatis habet materiam
multiformem, Vñ dicit, a generationi-
bus meis, ideſt, à me doctis.Omniū nāq;
generationum genera : diuina ſapiētia
docet . Eſt enim quadruplex generatio,
Prima quidem generatio diuinę perſo-
nę qua Filius a Patre ab ęterno genitus
eſt,de qua in pſal.2. dicitur. Dñs dixit
ad me, filius meus es tu &c. Ex qua qui-
dem generatione datur intelligi etiam
proceſſio diuini amoris,qui eſt Spiritus
ſanctus,quia Pater diligit Filium, vt di-
citur Io.3. Secūda eſt generatio crea-
turę qua temporaliter à Deo procedit.
Gen. 2. Iſtę ſunt generationes cœli &
terræ,qñ creatę ſūt &c. Specialiter quā
tum ad hominem dicitur Deut.32. Deū
qui te genuit dereliquiſti,Cui generatio
ni etiam peccati corruptio per ſerpētis
aſtutiam eſt ſuperinducta. 2.Cor.11.Ti-
meo ne ſicut ſerpens Euam ſeduxit aſtu-
tia ſua : ita corrumpantur ſenſus veſtri.
Tertia eſt generatio naturæ aſſumptę
qua Filius dei temporaliter de virgine
natus eſt ; de qua Matt.1. Chriſti autem
generatio ſic erat. Luc.1. Quod enim
ex te naſcetur ſanctum vocabitur Filius
Dei. Quarta eſt regeneratio nouę crea
turę per quā in filios Dei regeneramur
eccleſiaſticis ſacramentis. Io.3.Niſi quis
renatus fuerit ex aqua &c. Quę quidem
regeneratio valet ad hęreditatē gloriæ
capeſſendam. 1.Pet.1. Regenerauit nos
in ſpem viuam,& hęreditatem incorru-
ptibilem, Scientiæ vero ſecundū mate-
riam diſtinguntur, & ideo magiſter hoc
opus in quo ſub quodam cōpendio di-
uinæ ſapientię myſteria ſtuduit cōpilar̄,
in quatuor libros diſtinxit,in quorū pri
mo agit de generatiōe æterna,& his quę
ei cointelliguntur . In ſecundo de ge-
neratione creaturę & corruptione pec-
cati. In tertio de generatione naturæ
aſſumptę,& his quę eam conſequuntur,
In quarto de regeneratione per ſacra-
menta, & gloria ęternę hęreditatis .
Rōne vero fructuoſitatis ſuū replet au-
ditorem quem alię ſcientię vacuum de-
relinquunt. Sap. 13. Vani ſunt oēs ho-
mines in quibus non ſubeſt ſcientia dei.
Hęc autem ſcientia replet ſuum audito
rē omnibus ſpiritualibus bonis. Sap.7.
Venerunt mihi omnia bona pariter cū
illa,EtEcc.15.Repleuit eū dominus ſpi-
ritu ſapiētię & intellectus;Et ideo dicit,
implemini,id eſt,plenum fructum capia
tis . Tranſite ergo ad tanti doctoris di
uinę.ſ.ſapientię auditorium, concupi-
ſcite tam pręcioſę pulchritudinis aſpe-
ctum , diligēter inſpicite generationum
numerum: vt poſſitis acquirere plenitu
dinis fructum, de quo in pſal.64. Reple
bimur in bonis domus tuę . Qō prima.

Hic q̄rūtur quinq;.

Primo vtrum theologia ſit ſcientia .
Secundo quid ſit eius ſubiectum.
Tertio vtrum ſit ſapientia .
Quarto de comparatione eius ad alias
ſcientias. Quinto qūo doceri debeat.

Articulus primus .

AD primum ſic proceditur,& vi-
detur q̄ theologia nō ſit ſcien-
tia. Omnis enim ſcientia eſt de
apparētibus,

iun. p.p. 1.ar. o. su Boet. e Tri. .2. ar i.2.

apparentibus, sed theologia est de credibilibus quę nō sunt apparētia. Heb. 11. Fides est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium, ergo theologia non est scientia.

Preterea. Cuiuslibet scientię principiū est intellectus, theologię autem intellectus non est principium sed finis secundum illud Esa. 7. Nisi credideritis non intelligetis, ergo theologia nō est sciētia.

Preterea. Prima principia in sciētiis sūt omnibus nota & de quibus dubitari nō pōt sed articuli fidei q sūt quasi principia theologiæ nō sunt omnibus noti & dubiū recipiūt, ḡ theologia nō est scia.

Preterea. Scientia secundum Aug. 12. de trini. principaliter est de rebus humanis: Vnde sciētia ponitur perfectio inferioris rationis quę temporalia dispōit, theologia autem principaliter ordinatur ad diuina, ergo non est scientia.

Sed contra est quod Apostolus dicit. 1. Cor. 8. De his autem quę idolis sacrificātur, scimus ꝙ omnem scientiam hēmus; sed hoc ad nullā aliā sciētiā pertinet nisi ad *theologiā, ergo theologia* est scia.

Preterea. Aug. 12. De tri. dicit. Illud tātum huic scientię attribuitur quo fides saluberrima, quę ad veram beatitudinē ducit, gignitur, nutritur, defenditur, roboratur. sed hoc nō nisi ad theologiā pertinet. ergo theologia est scientia.

℞. Dicendum ꝙ ad rationē sciētię duo requiruntur, vnum ex parte conclusionum. s. ꝙ ex aliquibus principiis necessario deducātur, aliud ex parte principiorum. s. ꝙ sint certa. Sed hoc dupliciter contingit in diuersis scientiis. Quarūdā enim scientiarum principia sunt simpliciter per se nota in illa scientia, sicut est de primis scientiis quę ex primis principiis immediate procedūt, sicut patet de arithmetica & geometria. Quarundam *vero scientiarum* principia sunt certa quasi in alia scientia superiori certificata sicut principia perspectiuę in geometria, Vnde perspectiuus certus est de suis principiis per viam credulitatis credens & supponens ea a geometria. Hæc aūt duo in theologia iueniūtur. Nā & cōclusiões aliquę ex principiis deducūtur, sicut. 1. Cor. 15. Apostolus probat resurrectionem futuram per hoc ꝙ Christus resurrexit. Sunt etiam & ipsius principia certa non quia simpliciter per se nota ipsi theologo, sed per viam credulitatis in quātum supponit ea a Deo qui habet ea per superiorem scientiam: & ad hæc per viam credulitatis cognoscenda infunditur mentibus fidelium lumen fidei, sicut ad cognoscēda principia naturaliter nota datur lumē naturę. Ad primum ergo dicendum, ꝙ quāuis credibilia de quibus est theologia non sint apparentia secundum lumen naturæ: sunt tamen apparentia secundū lumen fidei. De ver. q. 14. arti. 9. ad ter.

Ad secundum dicendū ꝙ scientiarū primarum proximum principium est intellectus, earum vero scientiarum quæ sua principia ab aliis supponunt: proximū principium est credulitas principiorū ab aliis suppositorum: primum vero earum principium est intellectus. Perficitur tamen certitudo istarum scientiarū cum per viam resolutionis in ipsum intellectum primorum principiorum perueniunt, & similiter huius scientiæ, proximum principium est fides eorum quæ diuinitus reuelantur: primū vero principium est intellectus, quo Deus ista intelligit qui est etiam huius scientię finis, in quantum per hanc sciētiam homo pręparatur ad hoc ꝙ deiformiter credibilia intelligat, vel perfecte in patria, vel semiplene in via. Ad tertium dicendū ꝙ in primis scientiis principia sūt omnibus per se nota & indubitabilia, In secūdis vero sciētiis proxima principia nec omnibus nota sunt nec indubitabilia, nisi quando per resolutionē deuentum fuerit ad intellectū primorū principiorum, & sic huiusmodi sciētiæ principia

possunt habere dubitationē, quousque peruētum fuerit ad statū gloriç in quo de eis plenus intellectus habetur. Ad quartum dicendum ꝙ scientia dupliciter accipitur. Vno modo secundum ꝙ diuiditur cōtra sapientiam, & sic loquitur Aug. Alio modo secundū ꝙ includitur in ratione sapientiæ: quia secūdum philosophū in 6. Ethic. Sapientia scientia quędam est: & sic scientia nō solū est de humanis, sed de diuinis, Et sic theologia est scientia. Articulus secundus.

In alio script. vt hic, arti. 4. o. p. p. q. 1. ar. 7. o.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ Deus non sit subiectū huius scientię. De subiecto enim scientię tota scientia tractat. sed non tota theologia tractat de Deo. Vnde in his lib. sententiarū tractatur de Deo solū in primo li. ergo Deus nō est sciētię huius subiectū. Pręterea. Scientia est illius sicut subiecti cuius partes & passiones cōsiderat, vt patet in principio posteriorꝝ. sed Deus non habet partes & passiones de quibus possit hec sciētia cōsiderare. ergo Deus non est subiectum huius scientię. Pręterea. Illud est subiectum sciētię circa quod tractatus scientię versatur. sed tota sacra doctrina versatur circa res & signa. ergo sunt subiectū huius scientię. Pręterea. 1. Corin. 1. Dicitur Neq; existimaui me aliquid scire inter vos nisi Iesū Christum, & hunc crucifixum. illud aūt quod scitur per sciētiā maxime est subiectum, ergo Iesus Christus est subiectū huius sciētię, per quod non solum diuina, sed humana natura signatur. Sed cōtra est ꝙ theologia dicitur quasi sermo de Deo. Illud autem est subiectum scientię de quo fit sermo in illa scientia. ergo subiectum theologię est Deus. Pręterea. Boetius dicit in lib. de trini. ꝙ theologia est de his quę sunt sine motu & materia. sed hoc proprie soli Deo conuenit, in quo solo est naturę immutabilitas. ergo subiectum theologię est Deus. ℞. Dicendum ꝙ sicut in scientiis quę sunt de rebus operabilibus ab homine subiectum est illud cuius operatio inquiritur in scientia, ita in scientiis quę sunt de rebus non operabilibus ab homine, subiectum est illud cuius cognitio inquiritur. Nam finis operatiuę sciētię est operatio, speculatiuę vero cognitio veritatis. Tota autem theologia ordinatur ad habēdam notitiam de Deo. Quod patet ex hoc ꝙ tota sciētia theologię ordinatur ad fidem nutriēdam & defendēdam, vt patet per auctoritatem Aug. supradictam, Fidei autem propriū & per se obiectum est veritas prima, quæ Deus est, Et ideo propriū subiectū theologię est Deus, vt est a nobis cognoscibilis per viā fidei: Et satis in idē redit quod credibile est huius scientiæ subiectum. Ad primum ergo dicendum ꝙ oīa quæ tractantur in scientiā sunt partes subiectiuæ vel integrales: aut ordinātur qualitercunque ad cognitionē subiecti. Oīa aūt quę traduntur in hac scientia ordinantur ad cognitionem Dei inquātum sunt à Deo, vel ad Deum, quāuis nō sint partes eius subiectiuę vel itegrales, sicut multa etiam in aliis scientiis tractantur solūmodo inquātum sunt via ad cognitionem subiecti. Quidā vero non attendentes quæsiuerūt aliquid ad quod possent reduci omnia quę sunt in ista scientia tanquā partes integrales, & sic dixerunt totum Christum caput & mēbra eē subiectum huius scientię vel sicut partes subiectiuę, & sic dixerunt res & signa esse huius scientię subiectum. Sed hoc non est necessariū ad rationem subiecti. Ad secundū dicendū ꝙ si subiectum sciētiæ habeat partes & passiones a scientia cōsideratas: non tamen oportet ꝙ oē illud quod est subiectū sciētię habeat partes & passiones, & sic Deus quāuis non hēat partes & passiones, pōt tamen esse huius scientię subiectum. Sciendum ꝙ quāuis

Deus

Deus non habeat proprie loquēdo passiones: hēt tamen aliquid loco passionū .s. attributa quæ secundum modum intelligendi cōsequuntur substantiam, vt Dam. dicit, & habitudines, & operatiōes eius respectu creaturę, quę tradūtur de Deo in Theologia. Ad tertiū dicēdū ꝙ de ratione subiecti est quod propter se tractatur in sciētia & nō qualitercunqꝫ. Res autem & signa non propter se in theologia tractantur, aliter de omnibus rebus & signis theologia tractaret, sed tractantur signa & res alię propter vnam rem quę Deus est. Ad quartum dicēdum ꝙ per humanitatē Christi manuducimur in deitatem cognoscēdam, Vnde quasi lac primo propōebatur incipientibus, quibus tamen postmodum perfectis cognitionem deitatis quasi solidum cibum proponebat ad quem manuducendi erant. Quęstio secunda.

Hic q̄rūtur quinqꝫ.

Primo vtꝝ sacra doctrina dicatur sapiā.
Secūdo q̄liter ad alias doctrinas se hēat.
Tertio quis sit idoneus auditor eius.
Quarto quis possit esse eius doctor.
Quinto quomodo doceri debeat.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, q. pro arti. 3. quęstiū cula. 2 p. p. q. 1. ar. 6 o. 2. cō tra. c. 4 fi.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ sacra doctrina sapientia dicenda non sit. Nihil enim quod multiplicatur in mentibus diuersorum est sapientia: quia secundum Aug. in. 2. lib. de lib. ar. omnes vnā habent sapientiam. sed hæc scientia multiplicatur in mentibus diuersorum. ergo non est sapientia, cum sit scientia quædam. Pręterea. Sapientia inter dona Spiritussancti cōputatur, vt patet Esa. 11. Sed theologia habetur per studium & acquisitionem. ergo non est sapientia. Pręterea. Secundum philosophū in 6. Ethi. Sapientia & prudentia differunt, quia sapientia est speculatiua, prudētia vero practica. sed hęc doctrina non est speculatiua sed practica, ordinatur. n. ad operationē. Vnde Iac. 1. dicitur. Esto te factores verbi & non auditores tantum. Ergo hęc doctrina nō est sapiētia. Pręterea. Secūdū philosophū in principio metaphisicę, sapiētia maxime circa vniuersalia versatur, sicut circa ens & ea quę sunt entis inquantum hmōi. Sed circa hęc theologia non versatur. ergo theologia non est sapientia. Contra Deut. 4. dicitur. Hæc est vestra sapientia & intellectus coram populis. Pręterea. 1. Cor. 2. Sapientiā loquimur inter perfectos. Et infra. Loqmur Dei sapientiam in mysterio absconditam. Pręterea. Aug. dicit. 12. De trini. Sapientia est proprie diuinarū rerum scientia. sed hęc doctrina est scientia diuinarum rerum. ergo &c. ℞. Dicēdum ꝙ sacra doctrina est pręcipue dicēda sapientia. Sapientis enim est secundū philosophū ordinare, Vnde cū per finem ea quę sūt ad finē ordinētur, illa doctrina dicitur sapientia quæ circa vltimum finem versatur, quę quidem potest accipi tripliciter, & secundum hoc aliquis dicitur tripliciter sapiens. Primo est finis vltimus in aliquo speciali artificio, & sic sapiens dicitur alicuius artificii ad quem pertinet vltimus finis illius artificii, qui etiam doctor, dicitur architector, & sic accipitur. 1. Cor. 3. Vt sapiens architectus fundamentum posui. Secundo accipitur finis vltimus in tota humana vita, & sic dicitur sapientia in rebus humanis, quę circa finem vltimum humanæ vitæ bene disponit, & sic sapientia idē esse videtur ꝙ prudentia quodāmodo. Vñ Prouer. 3. Sapientia est viro prudentia. (in antiquo exēplari hr̄, q ēt dr̄ architector)

Tertio est finis vltimus simpliciter .s. Deus, qui etiam est primum principium simpliciter .s. respectu omnium rerum, & sic simpliciter dicitur aliquis sapiens, qa

habet cognitiōem de altissima causa.s. primo principio & vltimo fine omniū rerū,& hoc modo accipit philosophus sapientiam,& sic etiam Aug. 12. de Tri. dicit ꝙ sapientia est diuinarum rerū sciētia; Et his duobus modis vltimis sacra doctrina dicitur sapientia, quia considerat Deum vt est finis, & principiū oīum rerum in quo conuenit cū metaphisica, & vt est finis & beatitudo hominum, in quo conuenit cum morali. Ad primū ergo de verbo Aug.Dicendum ꝙ sapiētia dicitur dupliciter. Vno modo habitus quo cognoscimus,&sic est diuersa in diuersis. Alio modo obiectū cognitionis sicut prima veritas,&sic omniū sapiētum vna est sapientia,& sic loquitur Augu. Primo autem modo dicitur theologia sapientia. Ad secundū dicendū ꝙ sapientia quę dicitur donū Spiritussancti est quędam cognitio de Deo habita non tam secundū consideratione sciētię in intellectu q̄ per experientiam diuinæ dulcedinis in affectu,vt Diony. Dicit de quodā,ꝙ patiens diuina didicit diuina. Ad tertium dicēdum ꝙ philosophus accipit sapientiā tertio modo;& sic est speculatiua tantum. Theologia aūt est sapientia,non solum tertio modo,sed etiam secundo,& ideo non solum est speculatiua,sed etiam practica. Ad quartū dicendū ꝙ metaphisica quā philosophus sapientiam dicit, ducit in cognitionem Dei ductu naturalis rōnis ex rebus creatis; & ideo oportet ꝙ cōsideret ens vniuersale vt ducat ad cognoscēdū omniū entium causam. Hęc aūt doctrina notificat Deū per lumen fidei,vnde nō oportet ꝙ circa vniuersalia versetur,sed circa ipsum Deum qui est principale subiectū huius doctrinę,& circa alia prout sunt à Deo vel ad Deum.

In alio script.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur.Videtur ꝙ hęc doctrina nō sit aliis doctrinis excellētior. Quanto.n.aliqua cognitio est certior tāto est nobilior. Sed hęc doctrina est incertior aliis,quia patitur dubitationem etiā circa sua principia.s.articulos fidei quod nō est de aliis scientiis. ergo est aliis ignobilior. Prętereà. Scientia supponēs aliquid ab alia sciētia ea est ignobilior sicut subalternata subalternante.Sed hæc scientia supponit veritates omnium aliarū scientiarum,& vtitur eis vt dicit Aug.de doctr.Christiana aliæ vero nihil ab ista supponunt. ergo est aliis ignobilior. Prętereà. Quanto aliqua scientia magis circa particularia negociatur tanto est ignobilior: quia particularia non cadunt sub arte. Sed hæc doctrina multū circa particularia versatur. ergo hęc doctrina est aliis ignobilior. Præterea. Quanto aliquid est vniformius,tāto nobilius,vtpote Deo similius. sed ista sciētia est aliis multiformior,cum sit speculatiua & practica. ergo &c. cōtra. Aliæ doctrinę dicuntur esse huius ancillæ. Prouer.9. Misit ancillas suas vt vocaret ad arcem. ergo est aliis nobilior. Prętereà. Aug.in secūdo de doct. Christia. dicit. Quāto minor est argenti & auri vestisq; copia quā de Aegypto secū ille populus abstulit in cōparatione diuitiarum quas postea hierosolimę cōsecutus est: tanta fit cuncta scientia collecta de libris gentilium si diuinarum scripturarum scientię comparetur. ℞. Dicendum ꝙ scientia potest dupliciter considerari. Primo secundum seipsam,& hęc cōsideratio attenditur quātum ad materiam & modum cognoscēdi,& finem scientię,& alia huiusmodi, & secundum hoc ista scientia nobilior est aliis. Habet enim materiam altissimā.s. Deum: cætera enim non sunt eius materia nisi secundū ꝙ ad Deum ordināntur. Habet etiam altissimū cognoscendi modum, quia de omnibus iudicat ex lumi-

vt hic q. pro arti. 1 p. p. q. 1. arti. 5. o. 2. con. c. 4.

ne diuinitus infuso. Habet etiam finē altissimum.s. fruitionem summi boni ad quam sola inter alias nos ordinat. Alio modo consideratur scientia in respectu ad intellectum scientis. Vnde cum hęc nō sit ita captibilis ab intellectu sicut & aliæ scientiæ, propter eius altitudinem, ideo imperfectior est ex parte sciētis im perfectius capientis. Ad primum dicē dum ꝙ hæc doctrina secundū se est certissima: sed dubitatio ei admisceri pōt ex defectu intellectus, ideo secundum se est perfectior aliis, quāuis ex parte scientis sit imperfectior. Ad secūdū dicendum ꝙ dupliciter pōt vna scientia supponere aliquid ab alia. Vno modo vt principium quo de aliis iudicet, & sic inferior scientia accipit à superiori. Alio modo sicut illud de quo iudicetur, & sic scientia superior accipit ab inferiori. Hoc autem modo accipit hęc doctrina ab aliis & non primo. Ipsa enim iudicat de his quæ sunt in aliis scientiis per propria principia, & non econuerso. Qd enim alię ab ipsa nihil supponāt, est propter *eius altitudinem qua* excedit rationem cui innituntur alię. Ad tertiū dicendum de particularibus, ꝙ particularia possunt dupliciter considerari vel prout sunt exemplaria aliorum, & sic habent rationem vniuersalitatis, & sic cadunt sub scientia practica. Alio modo in se prout sunt corruptibilia, & sic non cadunt sub arte. Primo modo & non secundo hęc scientia cum non sit tātum speculatiua sed practica agit de particularibus. Ad quartum dicēdum ꝙ quāto aliquid est nobilius tanto est vniformius in natura, sed multiformius in virtute, & sic ista doctrina est nobilissima, quia per vnum simplicissimum medium quod est veritas prima cui innititur extendit se non solum ad speculabilia, sed ad operabilia.

Articulus tertius.

Ad tertium sic proceditur. Videtur ꝙ nō omnis homo sit idoneus auditor huius doctrinæ. Matth. 7. Nolite sanctum dare canibus neq; mittatis margaritas ante porcos. Margarita autē, & sanctum secundum glo. dicitur euāgeliū canes autem ad vomitum reuersi, porci autem nondum conuersi. ergo infidelis & peccator non potest esse auditor huius doctrinę. Pręterea. Docens cōicat discenti sed excōicato cōmunicare non licet. ergo excōmunicatus nō pōt esse auditor huius doctrinę. Pręterea. Hęc doctrina est altior q̄ sciētia ciuilis, sed illius puer non est conueniens auditor secūdū philosophū. ergo nec huius. Contra. Dns dicit Matth. 28. Euntes docete omnes gentes. Pręterea. Ad Ephe. 3. dicit Apostolus. Mihi autē omnium sanctorū minimo data est gratia hęc illuminare oēs quę sit dispensatio sacramenti absconditi in Deo, & ita oēs possūt eē auditores huius doctrinę. R. Dicendum ꝙ hæc doctrina est docēs & vtens, vtens quidem est secundū duplicem vsum quem Apostolus docet ad Titū. 1. Vt sit potēs exhortari in doctrina sana, & contradicentes arguere, & sic quilibet homo potest esse auditor eius, qa exhortandi sunt infideles ad fidem, peccatores ad pœnitentiam, iusti ad profectū, & omnis contradictor est conuincēdus. Docēs aūt est inquantum reuelata diuinitus manat, & sic duo genera hominum ab eius auditu excluduntur, quidā propter infidelitatem: quia non supponūt principium huius scientię, vt infideles, alii propter intellectus imbecillitatem: quia eis vtile non esset audire, sicut imperfecti & idiotę, quia nō possent capere. Vnde. 1. Cor. 5. Sapientiam loquimur inter perfectos. Ad primum ergo dicendum ꝙ contemptoribus sacrę scripturę qui significantur per canes & porcos non sunt eius secreta pandenda: sed

Scda Sę. q. 40. ar. 3. c. circa me.

ad fidem & bonos mores per prędicationem sunt adducendi. Ad secũdum dicendum ꝙ licet in his quę pertinent ad salutem et excõmunicato cõmunicare. Quia ergo omnia quæ in sacra doctrina traduntur ad salutem animę ordinãtur, ideo excõmunicati possunt esse auditores eius. Ad tertium dicendũ ꝙ principia scientię ciuilis accipiũtur per experimentum quod deest puero, principia vero huius articuli.s. fidei per simplicem auditũ: quia fides ex auditu Ro. 10. Vnde non est simile. Authoritates vero quę sunt in contrarium loquũtur de hac doctrina quãtum ad eius vsum.

Pa secũ q. 39. arti. 4. ad Pm.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur. Videtur ꝙ hominis non sit docere istã scientiam. Quia dicitur Matth. 23. Ne vocemini magistri, quia magister vester vnus est Christus, & glo. ne dũ alios magistros vocatis, diuinum honorẽ hominibus deferatis. ergo solius Dei est hanc doctrinam docere. Præterea. Doctor est causa scientię in discipulo. sed solus Deus est huius sciẽtię causa. ergo & doctor. Preterea. Videtur ꝙ soli prælati. Ephe. 4. dicitur. Aliquos autẽ pastores & doctores, quę duo vt dicit Aug. in epistola ad Paulinum, ideo coniungit, quia pastorum officium est docere. pastores autem pręlati sunt. ergo nõ nisi eorum qui sunt pręlati est sacram doctrinã docere. Preterea. Apostolus mulieribus ratione subiectionis docendi officiũ interdicit. 1. Thi. 2. Mulier in silẽtio discat cum omni subiectione. Docere aũt mulieri non permitto. ergo nõ est suũ officium docere, sed prælatorum tantum. Contra. 1. Pe. 4. dicitur. Vnusquisq; sicut accepit gratiam in alterutrum illã administrantes sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. ergo si aliquis accepit gratiam docendi põt eam aliis administrare. Pręterea. 1. Cor. 14. dicitur. Potestis oẽs per singulos prophetizare vt oẽs discant & oẽs exhortentur. ergo aliis q̃ pręlatis docere competit. ℞. Dicendũ ꝙ principaliter & interius docere est solius Dei, quia seminaria omnium scientiarum. i. prima principia in lumine naturali nobis indidit. Huius autem scientię principia. i. fidei articulos per lumen gratię reuelauit. Exterius autem vt amminiculãtis est hominis deducentis principia cõmunia in cõclusiões, & pręlati quidem solius, quãtum ad publicã exhortatiõem quæ fit in ecclesia, & nulli licet p̄dicare nisi p̄lato, vel de licẽtia p̄lati, cuiuslibet aũt eruditi etiam subditi quãtum ad expositiõem scripturæ, & destructionem erroris, & fraternã correctionem. Ad primum dicit glo. Matt. 21. Dicẽdum ꝙ diuinus honor hominibus exhiberetur, si eis prĩcipalitas doctrinæ ascriberetur. Ad secundum dicendum ꝙ homo non causat scientiã in mente alterius, sed coadiuuat ad hoc ꝙ causetur per eductionem de potentia in actum. Quod enim prius sciebatur in vniuersali & in potẽtia, postmodum in particulari cognoscitur per explicationem doctoris. Ad tertium dicẽdum ꝙ doctor in verbis Apostoli dicitur a doctrina, quæ est per publicam exhortationem. Ad quartum dicendum ꝙ doctrina publica interdicitur mulieri tam in ecclesia q̃ in scholis, tũ ratione personę olim seductæ, & post virum formatę, vt Apostolus dicit, tum propter debilitatem rationis quæ minus viget naturaliter in mulieribus q̃ in viris, priuata autem exhortatio ei non interdicitur.

p. p. q. 117. articu. 1. ad primũ. 2. con. c. 75. De ver. q. 11. ar. 10. op. 19. c. 5. Matth. 23. cõ. 5. prię Ti. 2. & l. 2. co. 2.

Articulus quintus.

AD quintum sic proceditur. Videtur ꝙ sacra doctrina nõ debeat tradi verbis habentibus multiplicẽ sensum: Multiplicitas. n. sensuum scripturæ obnubilat intellectum. sed per sacram doctrinam debet intellectus illuminari. Prouer.

In alie scripr. vt hic, q. pro ar. 5. c.

p.p.q. Prouer.6. Mandatum lucerna est & lex
1. arti. lux. ergo in verbis sacræ scripturæ non
10. quodebet multiplicitas sensuum esse.
li.7. ar Præterea. Per sacram doctrinam om-
c.1 2. nis error excluditur, vt dicit Aug. in. 1.
3. Gal. de Doct. christiana. Sed multiplicitas
4 1. 6. sensuum pōt esse occasio erroris. ergo
co 2. sacra scriptura non debet hēre nisi vnū sensum. Contra. Hier. dicit in Prolo. Bibliæ loquens de Apoc. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Præterea. Grego. dicit. 15. mora. Sacra scriptura omnes scientias ipso locutionis suæ more transcendit, quia vno eodē sermone dū narrat gestū prodit mysterium. ℞. Dicendū ꝙ ad dignitatem sacræ scripturę pertinet vt ex auctoritate inducta Grego. apparet ꝙ ipsa sola p̄ cæteris in vno sermone plures sensus cōtineat: Et huius ratio est quia auctor sacræ scripturæ. ℭ Spiritussanctus non solum est author verborum sed etiā rerū, Vnde nō solumverba potest accomodare ad aliquid significandum, sed etiā res, & secundum hoc in sacra scriptura manifestatur veritas dupliciter. Vno modo secundū ꝙ res significantur per verba, & in hoc consistit sensus literalis. Alio modo secundum ꝙ res quędam per alias figurantur, & in hoc consistit sensus spiritualis, qui est triplex. ℭ allegoricus, moralis, & anagogicus. Et hoc ideo, quia res ipsæ per verba sacræ scripturæ significatę ex diuina dispositione erudiunt nos, & quantum ad recte operādum, & sic est sensus moralis, ad recte credēdum tam de his quæ ad pręsentem statum ecclesiæ pertinent, & sic est sensus allegoricus q̄ de his quę pertinent ad statū gloriæ, & sic est sensus anagogicus. Ad primum de obnubilatione intellectus, dicendum ꝙ multiplicitas sensuum alicuius tunc obnubilat intellectum qñ non sunt adinuicem ordinati, nec simul stare possunt, Sed hoc in proposito non contingit: quia spiritualis sensus super literalem fundatur, & vnus istorum sensuū alium non excludit. Ad secundum de occasione erroris, dicendum, ꝙ ex multiplicitate sensuum nulla datur errādi occasio: quia vt Aug. dicit in lib. de Doct. Christia. Nihil secundum spirituale sensum est in scriptura exponendum ꝙ alibi secundum sensum literalem manifeste non exprimatur, Vnde & sensus spiritualis non est idoneus ad aliquid confirmādum nisi sensu literali fulciatur. Ad tertium ꝙ in qualibet parte scripturæ debent plures sensus inueniri, dicendum, ꝙ non oēs res significatę verbis sacræ scripturę sunt alterius figura, Nā ea quę ad cœlestem ecclesiā pertinent, sunt vltimum significatum & nullius signum, ideo quę literaliter de beatitudine cœlesti dicuntur, non sunt alio sensu exponenda. Præsens autem ecclesia est figura cœlestis, & synagoga præsentis ecclesiæ & semper priora posteriorum. Vñ quæ de prioribus literaliter dicuntur, de posterioribus mistice possunt exponi.

Quæstio tertia.

Cupiētes aliq̄d &c.

Hic quęruntur quinque.

Primo vtrū aliquis veritati insistere debeat quę excedit facultatē sui itellectus. Secundo vtrum veritas fidei sit rationibus munienda. Tertio vtrum veritas animum hominis offendere possit. Quarto vtrum sit vituperabile ꝙ ratio voluntati subiiciatur. Quinto vtrum dissimilitudo voluntatum pariat diuersitatē opinionū. Articulus primus.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ homo non debeat insistere veritati excedenti eius intellectum. quia Eccle. 3. dicitur. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Præterea. Elationis vitiū est fugiēdum,

In alio scrip. vt hic, p.p.q. 1. ar. 1 o. scda

ſed ad elationem pertinet inſiſtere veritati quæ eſt ſupra ſeipſum vt patet per illud pſal.130. Dñe nõ eſt exaltatũ cor meũ ergo &c. Præterea. Illis tantũ debet homo inſiſtere ſtudio de quibus poteſt iudicare, vt patet per philoſophũ primo Ethi. ſed homo non poteſt iudicare de his quę ſunt ſupra ſeipſum. vt dicit Aug. in lib. de vera reli. ergo his ſtudio nõ debet inſiſtere. Præterea. Roma. 12. Docet Apoſtolus ſapere ad ſobrietatẽ. ſed contra ſobrietatẽ eſt vt aliquis pręſumat ſupra facultatẽ. ergo &c. Cõtra. Veritati fidei quilibet fidelis pręcipue inſiſtere debet. ſed veritas fidei eſt ſupra facultatem humani intellectus. ergo homo debet íſiſtere his quæ excedũt facultatem ſui intellectus. Præterea. Philoſophus dicit in 10. Eth. ꝙ hõ debet quantum poſſibile eſt ad diuina & immortalia tendere. ſed diuina & immortalia ſunt ſupra facultatem hominis. ergo homo debet ſtudio inſiſtere his quæ facultatem ſui intellectus excedunt.

℞. Dicendum facultas intellectus conſideranda eſt non tantum ſecundũ ſe, ſed ſecundũ auxilium gratię diuinę. Poteſt autem aliquid excedere facultatẽ intellectus quantum ad cõphenſionem & apphenſionem, ſicut aliqua ſubtilis cõſideratio & alta excedit intellectum ſimplicis idiotæ, & huic ſupra facultatem exiſtenti non eſt inſiſtendum. Aliquid autem eſt quod excedit facultatem intellectus quantum ad cõphẽſionem, ſed non quãtum ad apphenſionem, vt ſunt res diuinę, & talibus eſt ſtudio inſiſtendũ vt cognoſcãtur quantũ poſſibile eſt: qa modicũ quid de eis cognoſcere eſt magis amabile quã quicquid de aliis rebus cognoſci põt vt dicit philoſophus, non tamen ad hoc eſt intendendum ꝙ comprehendantur vt dicit Hyl. Non te inferas in illud ſecretum diuinæ natiuitatis ſummã intelligentiæ cõphendere ꝑ ſu mens. Ad primũ dicendũ ꝙ aliqua quæ ſimpliciter ſunt altiora humano intellectu quodãmodo ſunt nõ altiora inquãtum homo ad ea capiẽda aliqualiter auxilio diuino iuuatur. Ad ſecundũ dicendum ꝙ elatio eſt vt homo ſe extẽdat ad ea quę omnibus modis ſuam facultatem excedunt, non autem ſi ſe in ea extendat ſecundum ꝙ ſibi efficiũtur poſſibilia diuino auxilio mediãte. Ad tertium dicendũ ꝙ iudicare de his quæ ſupra ſe ſunt qualia eſſe debeant non poteſt homo, & ſic loquitur Aug. Iudicare tamen de eis qualia ſint põt homo quilibet de talibus iudicare, iudicio diſcretionis, non moderationis. Ad quartũ dicendum ꝙ in diuinis ſpiritualis ſobrietas ſeruatur dum homo in eis cognoſcẽdis ſuũ modum excedere non tentat.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur. Videtur ꝙ veritas fidei non ſit rationibus munienda: Dicit. n. Greg. Fides nõ habet meritũ cui humana rõ præbet experimentum. ſed meritum fidei non eſt diminuendum. ergo nec fides ratiõibus adiuuanda. Præterea. Argumentũ eſt actus rationis. ſed ea quę ſunt fidei ſunt ſupra rationem. ergo de eis argumẽtari non conuenit. Præterea. Dicit Ambro. Tolle argumenta vbi quæritur fides & ſic idem quod prius.

Præterea. Bonitas prima eſt ſolũ propter ſe diligenda. ergo prima veritas eſt ſolum propter ſe credẽda. ergo nõ propter aliam rationẽ. ergo non habet vti ratione ad veritatem fidei. Cõtra. 1. Pe. 3. dicitur: Parati ſemper ad ſatisfactionem omni poſcenti vos rationem reddere de ea quę in vobis eſt fide & ſpe. ſed poſcenti rationem nõ ſatis ſit niſi ratiocinando. ergo de his quæ ſunt fidei ratiocinari conuenit. Præterea. Paulus magiſter argumẽtatus eſt ad reſurrectionem cõmunem aſſerendam, vt patet. 1.

In alio ſcript. vt hic, q. pro. ar. 5. c. p p. q. 1. ar. 8. o. 1 cõtra. c. 1 et 8.

Cor.15. hoc idem patet de aliis doctoribus. ergo & nobis de his quæ sũt fidei ratiocinari licet. ℞. De his quæ sunt fidei argumentari potest quadrupliciter .s. propter eorum cõprehensionem per demonstrationem. Propter eorum manifestationem, Propter repugnantium fidei reprobationem, Propter eorum quæ sunt fidei approbationem.

Tribus modis vltimis licet argumẽtari de his quæ sunt fidei, sed primo modo non: quia per demonstrationem comprahendi non potest. Ad primum ergo de verbo Greg. Dicendum ꝙ intelligendum est si humana ratio sufficiens experimentum fidei præberet. Ad secundum dicendum ꝙ verum est quãtum ad cõprehensionem per demonstrationem, sed non quantum ad qualemcunque eorum cognitionem, & sic de eis ratiocinari potest. Ad tertiũ de verbo Ambro. Dicendum ꝙ intelligendum est de argumentis quæ ad fidei cõprehensionẽ induci tentantur. Ad quartum dicendum ꝙ nõ est ratiocinandum de his quę sunt fidei, vt eis propter rationem assentiatur. sed vt ab impugnantibus & erroribus defendatur.

Articulus tertius.

Ad tertiũ sic proceditur. Videtur ꝙ veritas hominem offendere nõ possit. Quia 3. Esdre. 4. dicitur. Omnis terra veritatem inuocat, cœlum etiam ipsam benedicit, & ita omnes benignantur in operibus eius. ergo veritas nullum offendit. Præterea. Vt dicit Augu. 10. cõfe. Nullus est qui velit falli. sed falsitatem homo nõ potest euadere nisi per veritatem. ergo quilibet vult & amat veritatem. Præterea. Secũdum philosophum in. 1. Meth. Omnes homines natura desiderant scire. sed scientia est veritatis cognitio. ergo omnes appetunt & volunt veritatẽ. Prętera. Oẽs homines natura appetunt vitã beatam. sed vita beata est gaudiũ de veritate vt Aug. dicit. 10. cõfe. ergo nullus veritatẽ odit vt in litera dicitur. Cõtra. Gal. 4. dicit Apostolus. Ergo inimicus factus sum vobis: verum dicens. glo. Per hoc iudęorum inimicus, quia verũ dico. sed si fallerem putarer amicus. ergo veritas offendere amicum potest. Præterea. Tullius dicit in lib. de ami. inducens versum Terentii. Obsequium amicos veritas odium parit. Molesta est veritas si quidem ex ea nascitur odium quod est venenum amicitiæ. ℞. Veritas potest dupliciter considerari. Vno modo secũdum seipsam, & sic quilibet eã amat. Quilibet enim cognitiõem veritatis desiderat, quæ est ipsius Dei participatio. Alio modo secundum effectum suũ qui est manifestare, & quantum ad hoc aliqs odit veritatem inquãtum .s. veritas manifestat eius iniquitatem quã latere volebat, & sic veritas diligitur vt est manifestata, habetur autem odio vt est manifestãs; Et hoc est quod Aug. dicit. in 10 cõfe. Quia falli nolunt & fallere volunt, amant eam cũ seipsam indicat, & odiũt eam cũ eos ipsa indicat; Et per hoc patet solutio ad omnia obiecta. Scda Pς. q. 15. ar. 1 ad ter.

Articulus quartus.

Ad quartum sic proceditur. Videtur ꝙ non sit reprahensibile volũtatem præponere rationi. Superius. n. inferiori præponendum est. sed voluntas est superior ratione, quia est fini propinquior, quæ est causa altissima cũ sit causa causarum. ergo voluntas rationi est ꝓponenda. Prętera. Mouens semper ꝓponitur mobili. sed voluntas mouet rationem sicut & cæteras vires secũdum Anse. ergo voluntas rationi ꝑferẽda est. Præterea. Nullus ex hoc ꝙ credit Deo est vituperãdus. sed quilibet ex hoc ꝙ credit rationem volũtati supponit. nullus enim credit nisi volens secundũ Aug. ergo nõ est repꝛehensibile rõ

prima ... q. ... ar. ... q.

p. p. q. 82. ar. 4. o. prima Pς. q. 9. ar. 1. o. q. 17. ar. 1. o. De ver. q. 22. ar. 11. o.

nem subiicere voluntati. Contra. Regulatum suæ regulæ subiici debet, sed ratio est regula voluntatis, cum rationis sit dirigere. ergo volūtas rationi subiiciēda est. Præterea. Voluntas semper debet subiici bono, sed bonum mouet voluntatē secundū ꝙ est rōne apphensum. ergo voluntas debet subiici rationi.

℞. Dicendū ꝙ volūtas & ratio possunt cōsiderari, vel circa idē, vel circa diuersū. Si circa idē sit volūtas, ad hoc ꝙ sit iusta sequitur rōnē, quia nō quodlibet bonum est conueniens iudicio rationis. Si respectu diuersorum, pōt esse conuenienter quandoq; ꝙ ratio sequatur voluntatem, vtpote cum finis, qui est in voluntate, accipitur quasi principium in ratiocinando de his quę sunt ad finem. Voluntas autem sequitur rationem dupliciter. Vno modo explicite, quando per se ratio iudicat hoc esse fugiēdum, vel eligendum. Aliquando vero implicite, quando. s. ratio iudicat aliquid esse eligendum vel fugiēdum, quia superior hoc dictat, vtpote Deus, quāuis etiā ei non videatur, & sic volūtas sequitur rationem in his quæ sunt fidei implicite.

l. vtputa

l. vtputa

Ad primum. Voluntas est superior ratione, dicendum ꝙ verum est, quantū est ad completionem, sed ratio est superior quantum ad originem. Motus autē humanus à ratione incipit, & in voluntate consumatur, & ideo voluntas rationem quasi priorem imitari debet. Ad secūdum. Voluntas mouet rationem, dicēdum ꝙ verum est per modum causę efficientis, eo ꝙ importat quandoq; actum rōnis, sed econuerso ratio mouet voluntatem per modum causæ finalis, inquantum ostēdit sibi bonum quod est eius finis. Motus autem quo efficiens mouet sequitur motum quo mouet finis, quia finis mouet efficientem, & ideo volūtas sequi debet rationem. Ad tertium de credente, dicendum ꝙ voluntas eius qui credit Deo aliquo modo sequitur rationem: quia implicite, vt dictum est.

Articulus quintus.

AD quintū sic proceditur, & videtur ꝙ dissensio voluntatum non possit esse causa diuersitatis opinionum. Prius enim nō dependet a posteriori. Sed rō prior est voluntate. ergo sicut concordia in opinione quæ est rōnis, non depēdet a cōcordia volūtatis, sic nec discordia a discordia. Præterea. Dissensio opinionum, quæ non contrariatur amicitiæ secundum philosophum, nec charitati contrariatur, cum iustos viros cōtingat opiniones diuersas habere. dissensio autem voluntatum amicitiæ & charitati repugnat. ergo dissensio opinionum non sequitur ex dissensione voluntatū. Præterea. Volūtas est impossibiliū secūdū philosophum. 3. Eth. cap. 5. Sed opinio non potest esse eorum quæ impossibilia æstimantur. ergo opinio nō sequitur volūtatem, & ita nec discordia opinionum discordiam voluntatum. Sed contra est ꝙ intellectus deducitur ad aliquid opinandum per volūtatem, vt patet Col. 2. Nemo vos seducat volens in humilitate & religione angelorū quæ non vidit. ergo ex diuersitate volūtatum potest sequi diuersitas opinionum. Præterea. Sapientiæ. 2. dicitur. Excæcauit eos malitia eorum. Malitia autem est in voluntate, ergo ex affectu voluntatis disponitur aliqualiter ratio circa perceptionem veri: & sic dissensio voluntatis potest causare opinionū discordiam. ℞. Dicendum ꝙ hoc modo dissensio opinionum potest sequi ex discordia volūtatis quo ratio sequitur voluntatem, quod quidem contingit indirecte, & hoc tripliciter. Vno modo in operabilibus. Ex hoc. n. ipso ꝙ volūtas tendit in aliquid, illud habet quandam apparētiam boni, & sic a ratione bonū ee determinatur, N. ī satisfacere volūtati

1a 2æ q. 37. arti. 1. c. & ad ter. q. 42. ar. 2. ad secundū

est quoddam apparens bonum, Et ideo; secūdum ꝙ diuersa homines volunt, diuersas sententias habent de bono. Alio modo in speculabilibus, ex parte illa qua voluntas imperat rationi, vt in credendo contingit; Nam nemo credit nisi volens, Vnde secundum diuersas voluntates diuersa homines credunt, & hoc: pręcipue in illis in quibus non patet rationes cogentes. Tertio modo ex parte eorum quæ mouent rationē per modum obiecti. Nam quando homini complacet vna opinio, diligenter inquirit illa quæ sunt pro illa opinione & negligenter ea quæ sunt contra. Ex quo contingit ꝙ diuersi secundum diuersas voluntates in diuersas opiniones incidant. Ad primū ergo dicēdum ꝙ ratio quodammodo est prior voluntate inquantum ꝓponit ei suum obiectum, sed voluntas alio modo est prior ratione, inquātum applicat eam ad actum, Et ideo vtriusq; discordia interdum est causa discordiæ alterius, quandoq; s. rō voluntatis; & quandoq; econuerso. Ad secundum dicendum ꝙ diuersitas opinionū, & si aliquando, non tamen semper causatur ex repugnantia voluntatū. Inquātum autem causatur, contraria est amicitiæ, non autem aliter. Ad tertium dicendum ꝙ quāuis opinio nō possit esse eorum quæ ęstimantur impossibilia, potest tamen voluntas hoc facere vt possibile iudicetur, quod alias impossibile iudicaretur.

Distin. prima.

Veteris ac nouæ Leg. &c.

Quæstio Vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo cuius sit frui.

Secundo cuius sit vti.

Tertio quo sit fruendum.

Quarto quo sit vtendum.

Articulus Primus.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ frui non sit actus voluntatis. Voluntas enim non inuenitur in insensibilibus & Brutis, quæ tamen fruuntur, vt videtur. Insensibilia enim quietantur in fine, bruta etiam fine habito delectantur, quod nomen fruitionis importare videtur. ergo frui non est actus voluntatis. Præterea. Peccator secundū voluntatem intendit in finem vltimum, Appetit enim beatitudinem; & propter eam vult quicquid vult, vt dicit August. x. Confess. Si ergo fruitio est actus voluntatis, peccator in peccādo Deo fruitur, cuius contrarium in litera dicitur. ergo nō est actus voluntatis. Pręterea. Fruitio consequutionē finis importat, vt dr̄ in litera, quod est cum gaudio vti nō iam spei sed rei. sed cōsequutio finis non est per hoc ꝙ volumus finem, quia sic a principio finem consequuti essemus. ergo fruitio non est actus voluntatis. Præterea. Fide in Deum tēdimus, nō autem vtendo, quia sic ad aliud Deū referremus. ergo per fidem fruimur. Fides autem est in intellectu. ergo frui nō est tm̄ actus voluntatis sed intellectus. Præterea. Quælibet potentia delectatur naturaliter in obiecti conuenientis cōsequutione. hoc autem nomen fruitionis importat. ergo fruitio nō est magis actus voluntatis q̄ cæterarum viriū. Contra. August. dicit. Frui est amore inhærere alicui rei propter seipsam. sed amor est actus voluntatis. ergo & frui. Pręterea. In alia diffinitione dicitur ꝙ fruimur cognitis, in quibus volūtas delectata conquiescit, Ex quo apparet ꝙ fruitio est quædam voluntatis quietatio. sed quies voluntatis ad solam voluntatem pertinet. ergo & fruitio. Respon. Frui in spiritualibus est aliquid pro fine habere, & in illo fine delectari, quia fructus in corporalibus,

In alio script. vt hi., pri. Fę q. 11. ar. 1. o. ar. 2. c.

l. non adhuc spei, sed iā rei.

vnde nomen fruitionis transsumitur ad spiritualia, est vltimū quod ex arbore expectatur, & quandam dulcedinem habet. Delectari autem in fine contingit dupliciter. Vno modo ex spe finis consequendi, & hæc est delectatio imperfecta. Delectari autem in fine est solum cognoscētis finem. Alio modo ex ipsa finis consequutione, & hæc est delectatio perfecta. Delectari autem in fine est solum cognoscentis finem, sed habere aliquid pro fine est cognoscentis finem, & rationem eius, Et ideo insensibilia, quia penitus carent cognitione, nullo modo dicuntur frui, Bruta vero quæ cognoscunt finem, sed non rationem finis, dicuntur frui, sed improprie, peccatores vero aliquid habēt pro fine in quo delectantur sed indebitum, Et ideo fruuntur sed peruerse, Iusti vero viatores habent pro Fine id quod est debitus finis, & in eo delectantur, sed solum in spe, Et ideo fruuntur sed imperfectę. Beati autē delectantur in consequutione illius debiti finis, Et ideo perfecte fruuntur. Delectari autem in fine est volūtatis, cuius obiectum est bonum, quod habet rōnem finis, Et ideo frui est actus voluntatis. Ad primum dicendum ꝙ insensibilia q̄uis quietētur in fine non tamen finē cognoscunt, & sic nec in fine delectantur, vnde nec fruuntur. Bruta vero si delectentur non tamen sic vt rationem finis cognoscant, Vnde nō possunt habere aliquid pro fine vltimo, & sic non dicuntur frui nisi Iproprie. Ad secūdum de peccatorē dicendum, ꝙ quāuis desideret beatitudinem, quę vltimū finem nominat, nō tamen quærit eam vbi est; sed vbi nō est, Et ideo fruitur, sed peruerse. Ad tertiū dicendum ꝙ quāuis alia potentia consequatur finem q̄ voluntas, tamē voluntatis est in fine consequuto delectari, sicut etiam eius est finem appetere consequendum, & hoc nomen fruitionis importat. Ad quartum de fide, dicendum ꝙ fide non tendimus in Deum vt habet rōnem boni consequendi, sed vt habet rationem veri cognoscendi, Et ideo cū frui, bonum consequutū vel consequendum respiciat, proprie fide nō fruimur sed charitate, cuius obiectum est bonū. Ad quintum dicendum ꝙ delectantur delectatione naturali in consequutione obiectorum suorum non delectatione aiali, Secūda autē ad fruitionem exigitur, non prima, Et ideo nō fruuntur.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ vti non sit actus voluntatis. Vti.n. est referre aliquid ad obtinendū hoc quo fruēdum est. Referre autem in illud est rationis cuius est ordinare. ergo vti magis est rationis q̄ voluntatis. Præterea. Vsus frequentiam quandam importat, Vnde dicit Victorinus, ꝙ vsus est actus frequēter de potentia elicitus. sed frequentia potest esse circa actus cuiuslibet potentiæ. ergo vsus non est magis actus voluntatis q̄ cuiuslibet potentiæ. Præterea. Bruta cibis vtuntur sicut & hoies. sed bruta non habēt voluntatem. ergo vti nō est actus volūntatis. Contra. August. dicit. Vti est, assumere aliquid in facultatem voluntatis: & ideo vti est actus voluntatis. Præterea. Per se & per aliud potentias non distinguunt, vt patet in visibili per se & per accidens. sed frui & vti distinguuntur sicut propter se & propter aliud. ergo cū frui sit actus voluntatis, & vti. Respō. Bonum est obiectum volūtatis, Vñ omnis actus qui est in bono, secundum ꝙ bonum est: est actus voluntatis. Est autē duplex bonum. s. finis, & quod est ad finem, & sicut finis habet rationem vtibilis & fructus, ita bonum, quod est ad finem, cōmuniter habet rationem vtibilis, & sic vtibile importat rōnem boni, Vnde cum propriū obiectum vti sit vti-

In alio script. vt hic, pri. 2æ q. 16. ar. 1. c.

bile:patet ꝙ vti est actus volũtatis. Sed actus aliquis potest attribui voluntati tripliciter. Vno modo sicut elicitus a voluntate per seipsum absolute, vt velle, vel diligere. Alio modo sicut elicitus a voluntate: sed in ordine ad rationem dirigentem, quod cõtingit in omnibus actibus voluntatis in quibus inuenitur id quod est proprium rõnis. s. ordinare, & sic eligere vel intẽdere est actus voluntatis. Tertio modo sicut eductus a voluntate mediãte aliqua inferiori potẽtia, quam voluntas mouet ad actum, sicut ambulare vel loqui, qui sunt actus a voluntate imperati. Vti autẽ est actus voluntatis his duobus vltimis modis. Vti.n. ordinationem quandam importat, & sic est actus voluntatis in ordine ad rationem. Item voluntas quibusdã vtitur per seipsam ea amando vel odiẽdo, quibusdam vero per subiectas potẽtias, sicut cibis per gustum, & sic patet quomodo vti differat a cæteris actibus voluntatis. Nam velle et diligere sunt actus voluntatis, sed absolute respectu cuiuscunq; voliti, sed frui respectu finis vltimi. Intendere vero, & vti, & eligere sunt actus volũtatis in ordine ad rationem, sed intentio respectu finis vltimi, electio autẽ, & vsus respectu eius quod est ad finem, sed electio est cum aliquid prio accipitur a voluntate, vt ordinabile in finem, sed vsus consistit in applicatione eius quod iam electum est ad finem consequẽdum, quod qñq; facit voluntas immediate, qñq; mediante alia potentia, sed ambulare & loqui sunt actus voluntatis mediante inferiori potentia. Ad primum, Ordinare est rõnis, dicendum ꝙ verum est, tamẽ voluntatis est sequi ordinem rõnis. Cum enim ratio proponit aliquod bonum sub aliquo ordine, voluntas tendit in illud vt est sibi a ratione propositum, & sic relinquitur quidã ordo in actu voluntatis.

Ad secundum dicendum de Victorino secũdum ꝙ vsus ab eo describitur alio modo sumitur q̃ hic, quia pro consuetudine, tamẽ hæc significatio potest reduci ad eã de qua nunc loquimur, vt. s. vtendi frequentia vsus nominetur. Ad tertium de brutis dicendum, ꝙ in eis aliquid est de ratiõe vsus: quia cognoscũt finem, & propter finem aliqua agunt, sed quia non cognoscunt ordinem eius quod est ad finem ipsum, pro tanto in eis non proprie rõnis vsus inuenitur.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur. Videtur falsum esse quod in litera dicitur ꝙ res quibus fruendum est sunt tm̃ tres, scilicet, Pater & Filius & Spiritussãctus. Cum.n. beatitudo hominis in fruitione vltimi finis consistat, vnius hominis nõ potest esse nisi vna fruitio, sicut nec nisi vna beatitudo. sed tribus rebus non potest quis vna fruitione frui, cum actus ꝑ obiecta distinguantur. ergo nõ est fruẽdum tribus rebus prædictis. Præterea, Illis rebus fruendum est quæ nos bonos faciũt. sed beatitudo creata nos bonos facit. ergo ea fruendum est, & ita non solum tribus rebus prædictis. Præterea, Fructu fruendum est. sed ipsæ virtutes vel actus earum sunt fructus quidam, vt patet Gal. v. Fructus autẽ spiritus charitas, etc. ergo eis fruendum est, & sic nõ tm̃ tribus rebus prædictis. Contra. Fruitio non est nisi vltimi finis. sed vltimus finis nostræ voluntatis esse non debet nisi Deus qui est Trinitas, cum ipse solum sit summum bonum. ergo solũ tribus rebus prædictis fruendum est. Præterea. In recta fruitione consistit beatitudo, sed ex sola coniunctione ad Deũ anima beatificatur. ergo Deo solo fruẽdum est. Rñ. Sicut iam dictũ est, frui est aliquid pro fine vltimo habere cum delectatione. Vltimum autẽ dupliciter dicitur, vel in aliquo genere seu ordi-

l. ratio

In alio script. vt hic, q. 2. ar. 1. et. 2. o.

l. beatos

l. beatos

ne, vel simpliciter. Fruimur. ergo simpliciter cum delectamur in aliquo sicut in vltimo fine simpliciter, & sic non est nisi summo bono fruẽdum, quod est Pater, & Filius, & Spiritussanctus. Dicimur autem frui aliquo secũdum quid, cum delectamur in eo non simpliciter, sed respectu alicuius ordinis vel generis, & sic dicimus aliis rebus frui q̃ Deo, sed minus proprie accipiendo frui. Quia vero id quod est vltimus finis simpliciter largitur omnibus aliis finibus appetibilitatem, inquantum in eis aliqua similitudo eius relucet, ideo etiam dum aliis qualitercunq; fruimur, non eis absolute fruimur, sed eis in eo qui est vltimus finis. Vnde apostolus ad Philem. i. Frater ego te fruar in domino. Ad primum. Actus distinguuntur per obiecta, dicendũ q̃ Pater, & Filius, & Spiritussanctus, cum nõ sint obiectum fruitionis nisi ratione bonitatis quæ vna est in eis, non sunt nisi vnum obiectum fruitionis. Ad secundum de beatitudine creata, dicendum q̃ nos facit beatos formaliter, & non effectiue, sicut loquitur August. Vnde ea nõ est fruẽdum, nisi large fruitione accepta, quia non est simpliciter vltimũ, quis sit ultimũ in ordine eo͞r quæ p͞nt homini inesse. Ad tertium de actibus, dicẽdum q̃ dñr fructus, nõ quia sunt vltimus finis simpl'r, sed quasi vltimus finis in rebus humanis, quę sunt ad actus virtutum referẽdæ, & pręcipue cũ hñant in seipsis vñ virtuosos delectent, Vñ eis nõ est fruendũ, nisi large accepta fruitione: sed actibus virtutũ promouemur ad summi boni fruitionem.

pri. Sę. q. ii. ar ti. 3. ad primũ.

pri. Sę. q. ii. ar ti. 3. ad tertiũ.

pri. Sę vbi su. ad Sm.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, q. 3. o. 3. con. c. 22 h.

AD quartum sic proceditur. Videtur q̃ nõ oibus aliis præter Deum sit vtendum. Illis. n. rebus vtendum est, vt dicit Augustinus, quibus tendẽtes ad beatitudinem adiuuamur, sed creaturis tendẽtes ad beatitudinem impedimur, quia dicitur, Sapientiæ. xiiii. Creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tẽptationem animæ hominum, & in muscipulã pedibus insipientium. ergo creaturis nõ est vtendum. Præterea. Illis rebus vti possumus quæ nostræ subiacent voluntati. sed angeli & corpora cęlestia nostræ non subiacent voluntati, ergo eis non est vtendum. Præterea. Quicunq; nõ facit id ad quod tenetur peccat mortaliter. si ergo tenemur vti oibus præter Deum, quicunq; eis non vtitur referendo in Deum peccat mortaliter, sed referendo in Deum meretur quis, vel saltem virtutis actum exercet. ergo omnis actus vel erit meritorius, siue actus virtutis, vel peccatum mortale, Et ita non erit aliquod peccatum veniale, quod est inconueniens. Præterea. Sicut virtus se habet ad bonum, ita vitium vel peccatum ad malum. sed virtute nullus male vtitur secundum August. ergo nec peccato potest aliquis bene vti, & ita nõ omnibus præter Deum est vtendum. Præterea. Si omnibus rebus præter Deum est vtẽdum. ergo Deus, & angeli qui operantur aliquid circa res ipsas, vtuntur ipsis. sed hoc est falsum, quia vti dicit indigentiam in vtente. Vti. n. est referre aliquid in id quod obtinendum est, vt Augustinus dicit. ergo falsum est q̃ omnibus præter Deum sit vtendum. Contra. Vnusquisq; debet eo vti quod sibi in bonum cooperatur. sed diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Roma. viii. ergo omnibus debet vti. Præterea. Vnusquisq; re sua debet vti, sed omnia sunt electorum dei. i. Corin. iii. Omnia vestra sunt vos autem Christi, Christus autem Dei. ergo omnibus sancti debent vti. Respon. Vti aliquo dupliciter dicitur. Vno modo sicut obiecto vsus, sicut dicimus vti vestimento. Alio modo sicut pricipio formali vsus, sicut dicimur vti per voluntatẽ, vel per aliquem

aliquem habitum, Hoc secundo modo non est hæc quæstio vtrum omnibus sit vtendum præter Deum, quia constat ꝙ non, sed quęritur de primo modo. Cū autem vti sit actus voluntatis, vt iam dictum est, quandoq; quidem sicut ipsum elicientis immediate, quandoq; autem sicut imperātis inferioribus viribus, omni eo quod poterit esse obiectum cuiuscunq; operationis quā voluntas potest imperare possumus vti. Voluntas autē imperat intellectui, & omnibus viribus sensitiuis & motiuis, vnde quicquid possumus intelligere, vel sentire, vel appetere, vel tractare: totum hoc potest in vsum nostrum venire. Nihil autem debite venit in vsum nisi in finem debitum referatur, quod autem in finem proximum reducitur, & in finem vltimum reduci videtur, vel actu, vel habitu. Vnde omnibus præter Deum vti possumus, neq; eis recte vtimur nisi referendo in
pri. sc q. 79. ar. 1. ad sec. Deum actu, vel habitu. Ad primum: Creaturæ factæ sunt &c. Dicendū ꝙ hoc non est ex eis sed ex parte nostri abusus, & propter hoc signanter dicitur insipiētiū. Ad secūdū dicēdū ꝙ nō subsunt voluntati nostræ, vt circa ea aliquid facere possimus. sed vt circa eos vel circa ea cognoscere possimus, & hanc cognitionem in Dei cognitionem ordinare possumus. Ad tertium dicendum ꝙ omnibus tenemur vti, non ꝙ semper eis vtamur, sed cum vtimur in Deū referamus, nec referre tenemur semper actualiter in Deum, sed habitualiter, quia præcepta affirmatiua obligant semper, sed nō ad semper. Vnde non oportet ꝙ peccemus semper mortaliter, sed solum quando finis in quem aliquid referimus non est ordinabilis in Deum. Si autem ordinabilis sit, & non ordinetur actu, potest esse peccatum veniale, dum eis nimis inhæsimus. Ad quartum de peccato, dicē-
scda sc q. 78. dum ꝙ eo nullus bene vtitur, quasi for-mali principio vsus. Sic enim peccati vsus est peccare, & sic etiam nec virtute aliquis male vtitur. Potest tamen sicut obiecto vsus aliquis virtute male vti, dū ea superbit, & peccato dum bene ipsum abhominatur. Ad quintum dicendum ꝙ Deus vtitur creaturis, nō vt ab eis aliquid sibi accrescat, sed vt quod suum est eis cōmunicet scilicet bonitatem suam, vnde non propter suam indigentiā eis vtitur. Beati etiam vtuntur rebus, non vt aliquid acquirāt, sed vt id quod iam acquisiuerunt in actum exequantur ad maiorem cumulum gloriæ.

ar. 4. c. pri. sc q. 55. a. 4. ad quin. De vir. arti. 2. ad 16. & 17.

D. stin. Secunda.

Hoc itaq; etc. Hic quæruntur duo.

Primo de vnitate essentiæ.
Secundo de pluralitate personarum.

Quæstio prima.

Circa primum quæruntur duo.
Primo an Deus per essentiam sit vnus vel plures.
Secundo an in ipso sit aliqua pluralitas attributorum.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ non sit tantum, vnus Deus: Plura. n. bona paucioribus sunt meliora, vt dicit philosophus. sed plures dii sunt plura bona. ergo melius est esse vt sint duo q̄ vnus. Sed secundum Ansel. omne qd melius est Deo est attribuendum. ergo ponendum est plures deos. Præterea, Quanto aliquid magis elongatum est a materia prima, quę est vna per essentiam, tanto magis est multiplicatum, vt patet in formis elementorum & mixtorum. sed Deus maxime elongatus est a prima materia, cum sit actus purus sine omni potētialitate vel materialitate. ergo Deus est maxime multiplicatus. ergo sunt plures dii. Præterea. Sicut dicit philosophus in. 4. metheoroꝝ,

In alio script. vt hic, p. p. q. 11. ar. 3. o. 1. con. c. 43. De po. q. 3. ar. 6. o. opu: 3. c. 15.

perfectum est vnumquodq; cum potest sibi simile generare, sed diuina essentia perfectissimum est, ergo potest sibi simile generare sed in diuinis nō differt posse & agere: ergo & generare, & ita sunt plures dii per essentiam. Contra omnis natura quæ multiplicatur in diuersis, est aliud q̃ suū esse, quia si multiplicetur oportet ꝙ sit multiplex eius esse. & tamen maneat vna ratio naturæ, sicut natura humana multiplicatur in Petro & Paulo. sed natura diuina nō est aliud q̃ suum esse, cum sit summe simplex. ergo non multiplicatur, & sic est vnus tantum Deus. Præterea. Omnis natura quæ inuenitur in pluribus sc̄dm prius & posterius oportet ꝙ descendat ab vno primo principio in quo perfecte hēat: Vnitas enim effectus attestatur unitatē causæ, sicut omnis calor reducitur ad suum primum principium calidissimum scilicet ignem. natura autē entis in omnibus secundum prius & posterius inuenitur. ergo oportet esse vnum ens primum pfectissimum a quo omnia alia habeāt esse. Respon. Dicendum ꝙ Deum esse unum per essentiā est necessarium: Si enim essent plures dii aliqua differentia differrent. Aut ergo ista differentia pertinet ad bonitatem, aut maliciam, si ad bonitatem, oportet ꝙ sit in uno, et non in altero, aliter non faceret differentiam ergo ille cui deest summa bonitas, deficit, & sic non erit summe bonus, & ita nec Deus. Si pertinent ad malitiā, ergo ille in quo erit, non erit simpliciter bonus, & sic nec Deus. Si dicatur ꝙ illa differentia pertinet ad bonitatem, & est eadem in utroq; secundum speciem, differens tn̄ secundum numerum, tunc cum approprietur cuilibet, hoc erit per aliquam differentiā superadditam, cum cōmune nō approprietur uel specificetur nisi per additionem, & sic, cum superadditio faciat cōpositum, non erit ibi summa simplicitas. q̃ nec deitas siue Deus. Ad primum. Plura bona Pau. dicendum, ꝙ intelligendum est de bonis finitis, quibus potest fieri additio, & per additionem augmentantur, non autem de bono infinito quia nec additionem recipit nec augmentum recipere pōt, cum sit infinitum. Ad secundum dicendum, ꝙ propositio habet ueritatē de formis inhęrentibus materiæ, & ab ea dependētibus sicut patet de forma elementi & mixti, non autem de forma per se existēte, & non dependēte a materia, huiusmodi autē forma est Deus, cum sit actus purus nulli inhęrens. Ad tertium dicendum de perfecto, ꝙ propositio illa non intelligitur de uniuersali: sed solum in gn̄abilibus & corruptibilibus, alioquin sol & angelus nō essent quid perfectum in suo genere.

l.habeatur

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ in diuina essentia nō sit pluralitas attributorum: Simplicius enim est illud in quo non est multitudo, nec rei nec rationis q̃ in quo est, Deus uero simplicissimus est simplicium omnium, ergo in Deo non est multitudo, nec rei, nec rationis. Præterea. Quæcunq; vni & eidem sunt eadē, inter se sunt eadem. sed attributa vni & eidē numero. s. Deo sunt eadem. ergo inter se sunt eadem, ergo non est ponenda attributorum pluralitas in Deo. Præterea. Vnius simplicitatis vnica est actio. ergo vnica forma, per quam agit. si ergo per attributa potentiæ sapientiæ, & bonitatis, & huiusmodi agit, ergo nō sunt nisi vnica forma. Contra secundum Ansel. omne quod melius est esse q̃ non esse, Deo attribuendum est: sed simpliciter melius est esse sapientem bonum, & sic de aliis, q̃ non esse. ergo ista Deo attribuenda sunt. Præterea. Omne quod per participationē dicitur reducitur ad aliquid

In ali[illegible] script[illegible] ut hic

quod dicitur per essentiam. sed illa attributa .s. sapientia, & sic de aliis, sunt in creaturis per participationē. ergo erūt in aliquo per essentiam a quo participantur a creatura, & hoc nō potest esse nisi in Deo. ergo &c. Respon. Dicendum ꝙ quicquid perfectionis est in creatura est in creatore tanꝙ in causa, sed excellentiori modo, qa nobiliori modo est aliquid in causa ꝙ in effectu, vnde, cum perfectiones attributorum sint in creatura a creatore, erūt in creatore, sed nobiliori modo, in creatura autem differunt realiter, ergo in creatore erunt idē realiter. Sed quia alia est ratio sapientiæ, & bonitatis: ideo hæc attributa differūt ratione, quia ratio nihil aliud est quàm intentio in intellectu perceptibilis, quæ per nomen rei alicuius, vel per eius diffinitionem significatur. Hæc autem differentia siue pluralitas cōtingit tum propter defectum intellectus nostri, tū propter eminētiam diuinę naturæ: Propter perfectionem enim essentię diuinæ & imperfectionem intellectus creati, quod in Deo *est per modum simplicitatis & vnitatis* concipitur ab intellectu per modū diuersitatis, & multiplicitatis: ideo perfectiones attributorum quæ in Deo sunt idem diuersis conceptionibus apprehēduntur ab intellectu: Quia enim intellectus humanus accipit a creaturis, in quibus sunt huiusmodi perfectiones diuersæ, ideo has perfectiones in Deo existentes, in quas deuenit per perfectiōes creaturarum diuersimode apprehendit. Ad primum ergo dicendum ꝙ de multitudine rei verum est, sed nō de multitudine rationis, immo quanto simplicius tanto virtuosius, & tāto habens rationem plurium perfectionum vt patet in puncto qui potest esse principium, & terminus plurium linearum. Ad secundum. Quę vni & eidem &c. dicendum ꝙ hmōi perfectiones inter se sunt ędem in Deo sicut & ędem sunt essentiæ diuinę, sed tamen ab essentia & inter se differunt ratione. Ad tertium de vnica actione dicendum ꝙ actio dei vnica est vnitate rei, sed multiplicatur ratione sicuti & de essentia dictum est.

In alio script. vt hic, d. 22. ar. 3. c. De po. q. 7. ar. 5. & 6. c.

Quęstio secunda.

Circa secundū quęrūtur duo.

Primo an in Deo sit psonarū pluralitas. Scdo an sit illa pluralitas rei, vel rōnis.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, q. 1. ar. 4. o. p. p. q. 30. ar. 1. o. 4. con. c. 5. 25 Po. q. 9. ar. 5. opu. 3. c. 50. quol. 7. q. 3. arti. 1.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ in Deo non sit pluralitas psonarum. Ad multiplicationem suppositorum sequitur essentiæ multiplicatio. si ergo essentia diuina multiplicari non potest, nec eius supposita poterūt. Prǽterea. Eorum quæ sunt idem, si vnū multiplicatur, & reliquum. sed in Deo est idem essentia & suppositum. si ergo essentia non multiplicatur, nec suppositum ergo &c. Præterea. Diuina essentia plene & perfecte est in vna persona. sed vltra perfectionem plenam additio est superflua. ergo ponere pluralitatem personarum est ponere superfluū, quod esse non potest in diuinis. Contra. Perfectio boni cōsistit in sua cōmunicatione, sed cōmunicatio non est eiusdem ad se, sed alterius ad alterum. ergo vbi est summa & perfecta bonitas ibi erit communicatio vnius ad alterum, & ita pluralitas, cum ergo in Deo sit perfecta bonitas. ergo & pluralitas. Præterea. Vbi est summa beatitudo ibi est sūma iocunditas. sed cum nullius boni sine socio iocunda sit possessio ad summam iocunditatem requiritur societas, & ita pluralitas, in Deo autem est summa beatitudo. ergo societas, & pluralitas. Hoc idē pōt argui ex perfectione diuinæ charitatis, quæ est amor gratuitus summe tendens in alium. Respon. Ponere distinctio

nem personarum in Deo non est necessarium propter efficaciam rõnum, sed propter fidei veritatem, & sacræ scripturæ authoritatem quæ superior est omni ratione. Ideo dicẽdum est in Deo esse trinitatem personarum. Ad primum de multiplicatione, dicẽdum ꝙ essentia creata in pluribus suppositis manet vna secundũ rationem naturæ, vnde si esset idem quod suum esse maueret vna secun dum eẽ sicut est de diuina. Sed qa habet esse aliud a natura, multiplicatur esse, & manet vna ratio naturæ in creaturis. Ad secundum de his quæ sunt idem, dicẽdum ꝙ ea quę sunt idem secundum rem & rationem, si vnum multiplicatur, multiplicatur & reliquum, persona autẽ & essentia, quãuis sint idem re, differunt tamen ratione: de ratione enim personæ est incõmunicabilitas, non de rõne essentiæ, & ideo, quãuis essentia sit cõmunicabilis, non tamen persona. Ad tertium dicendum ꝙ essentia diuina perfecte est in vna persona per vnum modum essendi per quem non est in alia, sed per aliũ modum & dico modum essendi per relationes originis distinctum, sicut esse ab alio, & non esse ab alio.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, q.1.ar. 5.o.p. p.q.28 ar.3.c. q.30. ar.1.c. 4.cõtr. 24.26. quol. 6.arti. 1.o.

AD secũdum sic proceditur. Videtur ꝙ pluralitas suppositorũ in diuinis non sit realis. Dicit Dam. Tres psonæ re idem sunt, ratione autem & cogitatione distinguuntur. ergo videtur ꝙ non sit ibi pluralitas realis. Præterea. Personæ distinguuntur per proprietates, proprietates autem illæ non addun tur supra essentiam secundum rem, sed tantum secundum rõnem. ergo videtur ꝙ distinctio personarum, quam faciunt, sit distinctio rationis. Præterea. Augustinus dicit. Tres personæ in nullo absoluto distinguuntur, sed tantum in his quæ sunt ad aliquid. res autem non est ad aliquid, sed est absolutum. ergo videtur ꝙ tres personæ non sint tres res, & ita nõ est realis distinctio. Contra Res quibus fruẽdum est sunt Pater, & Filius, & Spiritussanctus, vt dicit August. ergo tres personæ sunt plures res. ergo differunt re. Præterea. Si ratio distingueret personas. ergo cum attributa differant ratione distingueret personas, qd falsum est. Respon. Dicendum ꝙ sicut Deus dicitur realiter bonus, quãuis bonitas non differt in Deo ab essentia nisi ratione, ita dicitur realiter relatus, quãuis relatio non differt ab essentia nisi rõne, vnde & realiter de Deo dicitur quicqd per se consequitur ad esse relatum. Relatum autem, inquãtum hmõi distinguitur ab eo ad quod refertur, cum opponantur adinuicem relatiue, & ideo realiter distinguitur Deus Pater a Deo Filio; & sic distinctio personarum est realis. Ad primum de authoritate Dam. dicendum est, ꝙ sic intelligenda est ratione. i. relatione. Ad secundum dicendum ꝙ verum est cum a suo correlatiuo differt realiter, & sic personæ distinguuntur. Ad tertium. Res non est ad aliquid, dicẽdum ꝙ res est de transcẽdentibus, & ideo se habet conuenienter ad absoluta & relatiua, & ideo est res essentialis secundũ quã personæ non differunt, & est res relatiua siue personalis, secundum quam personæ distinguuntur.

Distin. tertia.

Apostolus nãq; etc.

Hic quæruntur tria.
Prĩo an Deus possit cognosci a creatura.
Secundo an possit cognosci p creaturã.
Tertio de vestigio Dei in creatura.

Quæstio prima.

Circa primum quæruntur duo.
Primo an Deus sit cognoscibilis a creatura.
Secũdo an Deum esse sit per se notum.

Articulus

In alio script. vt hic, p. p. q. 12. ar. 1. o.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur. Videtur quod Deus non possit cognosci a creatura. Dicit enim Dio. de di. no. quod Deum, nec dicere, nec intelligere possumus, quod sic probat. Cognitio est tantum existentium. sed Deus est supra omnia existentia. ergo est supra cognitionem. Præterea. Plus distat Deus a quolibet intelligibili, quam intelligibile distet a sensibili, sed sensus non potest intelligere cognoscendo sensibile. ergo nec Deus pōt cognosci ab intellectu nostro, creato intelligēte cognoscendo quodlibet intelligibile. Præterea. Vt dicit philosophus. Omne infinitum est ignotum. Cuius ratio est, quia de ratione infiniti est, vt sit extra accipientem secundum aliquid sui, & tale est ignotum. sed Deus est infinitus. ergo est ignotus. Contra. Roma. 1. Quod enim notum est Dei. glo. per rationem cognoscibile de Deo. ergo Deus est cognoscibilis ab intellectu creato. Præterea. Finis vltimus humanæ vitæ est cognitio Dei. Io. 17. Hæc est vita æterna vt cognoscāt te etc. si ergo hō nō posset cognoscere Deum esset inuanum constitutus quod est incōueniens secundum illud. Psal. 88. Nunquid vane constituisti filios hominum. Respon. Dicendum quod differt cognitio apprehensionis & comprehēsionis, quia apprehenditur quod aliquo modo ab intellectu percipitur, comprehēditur id cuius nihil latet intelligentem. Deus autem ab intellectu creato cognoscibilis est cognitione apprehensionis non comprehensionis, quia secundū Boe. omnis cognoscēs habet cognitionem de re cognita, secundum modum cognoscentis, non secundum modum rei cognitæ. Modus autem finitæ virtutis non attingit ad modum obiecti infiniti, & ideo ab intellectu creato qui est finitus Deus comprahendi non potest. Ad primum de Dio. dicendum quod Deus non est omnino expers entitatis, ideo nō est omnino expers cognoscibilitatis, sed quia est super alia entia, ideo non eo modo quo alia entia cognoscuntur cognoscitur. s. per modum comprehensionis. Ad secundum de distantia intelligibilis, dicendū, quod maior est distantia intelligibilis creati a Deo, quam intelligibilis a sensibili secundum naturæ proprietatem, non autem secundum rationem cognoscibilitatis, quia vtrūque est separatum a materia, & ita cognoscibile ab intellectu, non autem sensibile. Ad tertium, infinitum est ignotum. dicendum quod philosophus loquitur de infinito priuatiue, nōn autem negatiue. Dicitur. n. infinitum, secūdum Dam. quia non finitur loco, nec tempore, neque comprehensione intellectus.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod Deum esse, per se sit notum. Illa dicuntur per se nota quorum cognitio naturaliter est nobis insita, vt omne totum est maius sua parte sed cognitio existendi Deum, secūdum Dam. naturaliter est nobis insita. ergo Deum esse est per se notum. Præterea Omnis cognitio est per vnionē rei cognitę ad cognoscentem. sed Deus est vnitus animæ per seipsum. ergo p seipsum cognosci potest. Præterea. Illud est per se notum quod non potest cogitari non esse. sed Deum non esse non potest cogitari. ergo ipsum esse per se notum est. Probatio mediæ patet per Ansel. Deus est quo maius excogitari non potest. sed illud quod non pōt cogitari nō esse, est maius eo quod pōt cogitari non esse. ergo Deus non potest cogitari non esse. Contra. Ea quæ per se sunt nota, vt dicit philosophus, & si exterius negentur ore, nunquā interius possunt negari corde. Sed in Psal. 13. & . 52. dr̄. Dixit insi. in. c. suo. non est Deus. ergo Deum esse

In alio script. vt hic, p. p. q. 2. arti. 1. o. 1. con. c. 10. 11. ver. q. 10. ar. 12. o.

non est per se notum. Preterea. Quicquid est conclusio demonstrationis nō est per se notum. sed Deum esse demonstratur a philosophis. ergo Deum esse non est per se notum. Respon. Deum esse potest dupliciter considerari. Vno modo secundum se, & sic est per se notum, quia suum esse est sua essentia, & sic cum dicitur, Deus est prædicatum includitur in ratione subiecti, tales autē propositiones sunt per se notæ quantum in se est. Alio modo per comparationem ad nos. & hoc dupliciter. Aut secundum suam similitudinem & participationē, & hoc modo ipsum esse est per se notū: nihil enim cognoscitur nisi per veritatem suam quæ est a Deo exemplata. Veritatem autem esse, per se est notū. Alio modo secundum suam naturam, & hoc modo non est per se notum, immo conclusio demonstrationis: Non enim visis sensibilibus statim cognoscitur, sicut alia principia cognoscuntur quæ sunt p se nota, & sic oportet ratiocinando in ipsum deuenire. Ad primum de auctoritate Dam. dicendum ꝙ diuina cognitio nobis inserta est secundum ipsius participationem, inquātum in omni veritate cognita ipse cognoscitur, & non secundum ꝙ est in natura sua. Ad secūdum Deus est &c. dicendum ꝙ verum est per essentiam & pręsentiā & per potentiam, non tamen vt obiectum intellectus, & hoc requiritur ad cognitionem. Ad tertium Deus est quo maius &c. dicē dum ꝙ verum est, si supponatur Deum esse, vnde ratio ista non cogit, quia supponit id quod probare debet.

De po. q. 7. ar. 2. ad vndec.

Quęstio secunda.

Circa secundū quærūtur duo.

Primo an Deus per creaturā sit cognoscibilis, & a quo.

Secundo vtrum Trinitas per creaturam sit cognoscibilis.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ Deus possit cognosci per creaturas ab homine. Roma. 1. Inuisibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciuntur. creatura quędam mundi dicitur homo, secundum expositionem magistri. ergo per creaturā ab homine potest cognosci. Preterea. Videtur ꝙ ab angelo possit cognosci: Cognitio enim Dei p creaturas fit per hoc ꝙ videtur diuina bonitas relucens in creatura. sed angelus cognoscit diuinam bonitatem relucere in creaturis. ergo cognoscit creatorem ex creaturis. Preterea. Videtur ꝙ & bruta: Nulli enim fit præceptum nisi ei qui cognoscit præceptum, sed Ionæ. 3. dicitur ꝙ Deus precepit vermi ꝙ percuteret ederam. ergo potest cognoscere diuinum præceptum vermis. ergo & præcipientem Deum. Contra. Omnis effectus ducens in cognitionem causæ suæ est aliquo modo proportionatus sibi. sed creaturæ, non sunt proportionatæ Deo. ergo ex eis non potest homo in Dei cognitionem venire. Præterea. Videtur ꝙ nec hō peccator. Ambro. n. dicit inducens illud Mat. 5. Beati mundo corde, Sed qui mundo corde sunt, Deum videbunt. ergo alii non videbūt, neq; enim indigni Deum videbunt. ergo neq; hic qui Deum videre noluerit poterit Deum videre. Respon. Creatura est effectus creatoris, & quia causa habet cognosci per effectum, ideo Deus habet cognosci per creaturam. Sed ad cognitionem Dei per creaturas duo exiguntur. s. ꝙ cognoscens possit aliquo modo capere Deum, & ꝙ per creaturas in eius cognitionem deueniat. Propter primū defectum bruta nō possunt cognoscere Deum ex creaturis, quia non sunt capacia diuinę cognitionis, propter defectū,

In ali. scrip. vt hic. q. 1. ar. 3. o. p. p. q. 12. ar. 12. o. ver. q. 10. ar. 11. Boet. d Trin. q 1. ar. 2. 1. 5 qui

1.sed beati nō cognoscunt Deum ex creaturis, quia vident Deum per essentiam, cognoscunt tamē eum in creatura, sicut & Deus seipsum videt in creaturis repręsentatū; & ideo cognitio per creaturas est tantum hominum viatorum, & est communis bonorum & malorum. primum ergo concedendum est. Ad secundum de angelo dicendum, ꝙ quis cognoscat diuinam bonitatem relucere in creatura, non tamen ex creatura venit in creatorem, sed econuerso. Ad tertium de verme, dicendum ꝙ pręceptum Dei nō venit ad vermē vt appręhenderet rōnē pcepti, sed diuina virtute mota est eius æstimatiua ad complendum illud quod Deus disponebat. Ad quartum. Omnis effectus &c. dicendum ꝙ ideo nō ducit in cognitionem perfectam ipsius, sed imperfectam. Ad quintum dicendū ꝙ Ambro. loquitur de cognitiōe Dei per essentiam quæ erit in patria.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, q. 1. ar. 4. o. p. p. q. 32. ar. 1. o. 1. con. c. 14. ver. q. 10. ar. 13 o. Bo. q. 1 ar. 4. Ro. 1. lect. 6. co. 5.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ p creaturas in cognitiōe Trinitatis philosophi deuenerūt: Dicit enim Aristo. in prin. ce. & mun. & per hūc quidem numerum s. ternarium adhibuimus nosipsos magnificare Deū vnum, eminentem, proprietatibus eorū quæ creata sunt. Præterea. Mercurius Trimegistus dicit. Vnus genuit vnū, propter suipsius amorem, monas monadem genuit propriumq; in se reflexit ardorem. ergo Trinitatē cognouit sed non nisi per creaturam. ergo &c. Præterea. August. dicit li. confe. ꝙ ipse legit in quodam libro Platonis totum illud. In prin. erat verbum &c. vsq; ad locum illum. Verbū caro factum, in quibus verbis distinctio personarum exprimitur. ergo vt prius. Præterea. Ipse recitat in lib. contra quinq; hæreses de hermeyde qui fecit librum qui dicitur verbum perfectum in quo ait. Hic est Filius Dei bñdicti, & bonæ voluntatis, qui humano ore enarrari non potest. Præterea. Sybilla, vt ait August. lib. de Ciui. dei, dicit. Ipsum verum cognoscite dominum Dei Filium esse. ergo habent philosophi cognitionem distinctionis psonaꝝ. sed nō nisi per creaturas ergo etc. Præterea. In aīa rōnali est imago Dei per quā distincte repñtatur vnitas essentiæ, & Trinitas psonarū: ergo per ipsam Trinitas pōt cognosci. Præterea. Exo. 8. dr̄ ꝙ magi Pharaonis defecerūt in tertio signo, & exponit gl. quia defecerūt philosophi in cognitiōe tertiæ psonę. s. Spūs. sancti. ergo duas personas saltem cognouerunt. Contra. Heb. 11. Fides est substantia rerum sperandarum argumētum non apparētium, sed Deum esse trinum. s. & vnum est articulus fidei. ergo non est apparens rationi. Respō. Philosophi nō potuerunt deuenire per creaturas ad cognitionem personarū, q̄tum ad propria, deuenerunt tamē q̄tum ad appropriata: Cognouerunt. n. in Deo potentiam, sapientiam, & bonitatem, nō tamē Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; Et ratio huius est, quia Deus non habet respectū causæ ad creaturas ratione propriorum, sed rōne appropriatorum, & ideo in cognitionem, Dei quantum ad appropriata deuenerunt philosophi per creaturas, sicut ex effectibus in causam, non autem quantū ad propria. Ratio huius est, quia tantū cognoscitur de vnaquaq; re quantū ad se extēdit medium per quod cognoscitur. Creaturæ autem fuerunt mediū per quod philosophi in cognitionem creatoris deuenerunt. Hoc autem medium deficiens est, & imperfecte Deum repræsentans. Potuerunt tamen deuenire per reuelationem a Deo, siue a demone factam, siue per doctrinam alterius, sicut dicitur Plato legisse libros legis & Prophetarum, per quos aliqualem cogni- 1. ad q̄tum.

tionem Trinitatis habere potuit. Ad primum de verbo Philosophi, dicendũ ꝙ non intendit philosophus trinitatem personarum in Deo ponere, sed quia in omnibus creaturis apparet perfectio in ternario. s. in principio, medio, & fine, ideo secundum cōmen. antiqui honorabant eum sacrificiis & orationibus triplicatis. Ad ea quæ obiiciebantur de verbis philosophorum, dicēdum ꝙ per doctrinam vel reuelationem ad hoc venerunt, nō per rationis inquisitionem. Ad sextum dicendum ꝙ imago animæ potest considerari, vel vt res, vel vt imago. Primo modo potest cognosci a philosophis, secundo modo prǽsupponit cognitionē Trinitatis, cuius est imago, neutro tamen modo, propter imperfectionem sui, sufficienter ducit in cognitionem Trinitatis. Ad septimum dicēdum ꝙ magi Pharaonis dicuntur defecisse in cognitione appropriati Spiritui sancto. i. bonitatis, quia bonitatē nō cognouerunt quantum ad potissimum eius effectum. i. incarnationem & redemptionem, vel quia non tantum intenderunt venerationi bonitatis diuinæ quã etiam imitati non sunt, sicut venerationi potentiæ & sapientiæ.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, arti. 1. p. p. q. 45. ar. 7. o. 4. con. c. 25. fi.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ non in omni creatura sit vestigium Trinitatis creatoris: Similitudo enim vestigii diuiditur contra similitudinem imaginis. sed quędam creaturę sunt in quibus est similitudo imaginis, sicut in homine. ergo in illis non est vestigium. Præterea. Quælibet pars vestigii est creatura. si ergo in qualibet creatura est vestigium. ergo in qualibet parte vestigii est vestigium. & sic est abire in infinitum. Præterea. Dicit Bern. Modus charitatis est non habere modũ. ergo charitas, cum sit creatura. non habebit modum, speciem, & ordinem, & sic idem ꝙ prius. Præterea. Dicit Amb. in examō. Lucis natura est vt non in numero, neq; in pondere, & mensura sit sicut alia creatura. In his autē tribus attēditur vestigium, secundũ Aug. ergo non in qualibet creatura est vestigium Dei. Contra. Sap. 11. Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti. Præterea. August. in lib. de natura boni, loquēs de modo specie, & ordine, ait. Vbi enim hæc tria magna sunt magnum bonum est, vbi parua, paruum, vbi nulla, nullum. sed omnis creatura est aliquod bonum. ergo omnis creatura habet hæc tria. Respon. Dicendum ꝙ vestigium est imperfecta similitudo, imperfecte ducens in cognitionem eius cuius est similitudo, vt patet in vestigio animalis a quo metaphorice accipitur hoc vestigiũ. Quia ergo creatura est imperfecta similitudo creatoris, imperfecte ducens in notitiam ipsius, & præcipue quãtum ad cognitionem Trinitatis, ideo creatura est vestigium creatoris, & maxime respectu Trinitatis; Et quia creatura nullo modo imitatur creatorem, nisi inquãtum habet aliquid pfectionis, perfectio autem creaturæ, secundum Pytagoram, cōsistit in principio, medio, & fine, ideo sub triplici generali ratione partium vestigii. s. principii, medii & finis, diuersimode possunt considerari in creatura propter multa quæ in ipsa inueniuntur secundum ordinem se cōsequentia vt principia naturæ, natura ipsa, virtus, & operatio, & alia huiusmodi, quæ secundum diuersas cōbinationes diuersimode ptinent ad principium, medium, & finem, & inde est ꝙ partes vestigii diuersimode inueniuntur a sanctis assignatę. Ad primum. Vestigium diuiditur &c. Dicendũ ꝙ diuisio illa non est p opationē rei sed rationis, vnde non sequitur ꝙ eadē res non possit esse vestigium & imago, sed tantum ꝙ ſm idem non sit vestigium, & imago,

De po. q. 9. ar. 9. c. 6.

imago, & hoc verum est: Nam secundum naturam est anima rationalis vestigium, secundum partem intellectiuam imago. Ad secundum dicendum quod aliquid dicitur modificari aliquo dupliciter, vel formaliter, & sic dicitur res modificari suo modo qui in ipsa est, vel effectiue, & sic omnia modificantur a Deo qui modum rebus imponit, & hinc est quod Deus dicitur effectiue modus omnium rerum. Sic ergo dicendum est quod modus creaturæ nõ habet modũ quo formaliter modificatur, sed modum effectiue modificantẽ, & ita est in omnibus aliis partibus vestigii quod non habent aliquas partes formales vestigii. Ad tertium de charitate dicendum quod dupliciter potest considerari; aut vt creatura quædam, & sic habet modum, & tres partes vestigii, aut per relationẽ ad suum obiectum quod est infinitum, & sic non habet modum, quia nõ tantum diligitur Deus a nobis quin semper posset plus diligi. Ad quartum de luce dicendũ quod dupliciter põt considerari, aut vt est quędam natura in se creata: *& sic est aliquid finitum, & sic in ipsa est vestigium*: vel per compositionẽ ad corpora quę sunt receptiua secundum essentiã vel virtutem in infinitum, quia de natura lucis est vt in infinitum se diffundat, si inueniat receptiuum, & pro eo dicitur non esse in numero, pondere, & mensura creata ab Ambro.

p.p.q. 5. ar. 5 ad sec.

De ver. q. 21. arti. 6. ad duo leci.

p.p.q. 5 ar. 5 ad 5. copa tionẽ.

q. tert.

Questio secunda.

Nũc vero ad eã etc.

Circa partem istã quæruntur tria. Primo in quo sit in anima imago Dei. Secũdo de prima assignatiõe imaginis. Tertio de secunda.

Articulus vnicus.

AD primum sic proceditur. Videtur quod imago non sit in aliq̃ potentia animæ: Diuersa enim genera potentiarum animæ nõ vniuntur, nisi in essentia animę, sed appetitiuum & intellectiuũ sunt diuersa genera potẽtiarum animæ, vt dicitur in fine primi de anima. sed mens cõpræhendit ista, quia ab August. in mente ponitur intelligentia, & voluntas. ergo mens prout in ea est Dei imago, est animæ essentia. Præterea. August. 10. de Tri. dicit. Memoria, intelligẽtia, & voluntas sunt vna mens, vna vita. ergo sicut vita pertinet ad essentiam, ita & mens. ergo cũ imago Dei sit in mente, erit in animæ essentia. Præterea. Vna potentia non est subiectum alterius potentiæ. sed mens est imaginis subiectum: Imago enim, vt dicitur, secundum potẽtias attenditur. ergo & mens non est aliqua potentia. ergo erit animæ essentia. Contra. Anima non habet alias partes nisi suas potentias. sed mens est quædam superior pars animæ, vt August. dicit in li. de Trini. ergo mens est potentia, nõ animæ essentia. Præterea essentia cõmunis est omnibus potentiis aïæ. sed mens non est cõmunis omnibus potẽtiis: quia diuiditur contra sensum. ergo mens nõ est essentia animæ. Respon. Secundũ August. Illud in anima est excellentius in quo est imago Dei, sed secundum essentiam anima aliquo quod est in seipsa non est excellentior, sed secundum potentiam, mens aũt est id in quo est imago Dei in anima. secundum August. ergo mens, prout est in ea imago Dei, animæ est potentia, non essentia animæ. Mens autem dicitur a metior: ris, intellectus autẽ est metiri res ad sua principia. ergo mens est ipsa pars intellectiua animæ compræhendens in se cognitiuam, & affectiuã, quę diuiditur contra partem sensitiuam, & vegetatiuam. Ad primum dicendum quod voluntas & intellectus quodammodo pertinent ad diuersa genera potentiarum, prout. s. genera potentiarũ animæ distinguuntur per

In alio script.

vt hic. p.p.q. 93. ar. 6. o. 4. con. c 16.

p.p.q. 3. ar. 1 ad sec. q. 93. ar. 2 c. ar. 3, ad 2.

obiecta: Nam bonum & verum sunt obiecta diuersa genere. Alio modo pertinet ad idem genus potentiarum, prout scilicet genera potentiarum animæ distinguuntur quantum ad modum agendi, & sic vnum genus potentiarũ animæ est pars rationalis, quæ hic mẽs dicitur, cõprehendens voluntatem, & intellectũ, quæ quidẽ pars animæ operatur absq; organo corporali. Aliud genus est pars sensitiua cuius operatio fit per organũ corporale. Tertium genus est pars nutritiua quæ operatur etiam mediãtibus qualitatibus elementaribus. Ad secundum. Vita pertinet ad essentiam animæ. Dicendum, ꝙ vno modo est vita esse viuentis, & sic vita pertinet ad essentiã animæ. Alio modo vita est operatio viuentis, & sic vita pertinet ad potentiam animæ, & diuersa vita ad diuersam potentiam. & sic dicuntur partes imaginis esse vna vita inquantum ad vnum genus vitæ pertinent. Ad tertium, dicendum ꝙ mens hõ comparatur ad intellectum & voluntatem sicut subiectum, sed magis sicut totum ad partes prout mens potẽtiam ipsam nominat, & sic sumitur hic.

q.quar

Quæstio tertia.

Circa secundũ quæruntur tria.

Primo in quibus potentiis animæ attendatur imago.

Secundo de his potentiis in comparatione ad suum subiectum. s. animam.

Tertio in comparatione ad obiectum.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p.p.q. 93.ar. 7.o. De ver. q. 10. ar.3.o.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ imago Dei in anima nõ sit in memoria, intelligentia, & voluntate: Memoria.n. non pertinet ad imaginem: quia illud quod cõmune habemus cum brutis non pertinet ad imaginẽ, sed memoriam habemus cõmunem cum brutis, ergo &c. Præterea. Potentia quę concernit aliquam differentiam temporis non pertinet ad imaginem, cum imago sit in parte intellectiua, quæ non cõcernit tempus determinatum: sicut nec alias singulares circũstantias, sed memoria proprie est præteritorum. ergo &c. Præterea. Videtur ꝙ intelligentia ad imaginem non pertineat: Potentiæ.n. distinguuntur per actus, sed idẽ est actus memoriæ & intelligẽtiæ. s. noscere, sicut ex verbis magistri in litera patet. videtur ergo ꝙ eadem sunt potentia. sed memoria nõ pertinet ad imaginem, sicut probatum est. ergo nec intelligentia. Prętcrea vr̃ ꝙ voluntas ad imaginẽ nõ pertineat, quia super illud, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, dicit glo. ꝙ imago est in potentia cognoscendi, similitudo in potentia diligendi. sed voluntas non est potentia cognitiua sed affectiua. ergo volũtas nõ pertinet ad imaginẽ, & ita male assignatur imago, quantum ad has potentias. Respon. In his tribus imago attenditur. Anima enim primo species recipit & tenet, & sic habetur memoria, retentas cognoscit, & sic intelligentia, retenta autẽ & intellecta acceptat tanq̃ sibi placentia, & sic habetur voluntas, vnde intelligentia procedit ex memoria: Si enĩ anima nõ reciperet species, neq; etiam retineret, nec intelligeret, & ita a memoria ex intelligentia procedit voluntas: Si.n. retentas non intelligeret, nec diligeret, & sic ista tria sunt vnius animæ, & secundum procedit a primo, tertium vero ab vtroq; procedit, sicut tres personæ in vna essentia, & vna ab altera procedit, tertia autem ab vtroq;. Ad primum ergo. Memoria cõmunis est nobis & brutis, Dicendum ꝙ verum est de memoria quę est retentiua specierum sensibilium in organo corporali, non autem de memoria quæ est retentiua specierum intelligibilium in seipsa. Ad secundum, me-

moria concernit aliquam differentiam. Dicẽdum ꝙ verum est de memoria quæ est pars sensibilis, nõ quæ intelligibilis, & hęc pertinet ad imaginem. Ad tertium. Intelligentia & memoria. Dicendum ꝙ nosse in habitu pertinet ad memoriam, nosse in actu ad intelligentiã, prout pars ponitur imaginis, vt per August. 14. de Trini. patet. Ad quartum dicendum ꝙ potentia cognoscendi in prædicta authoritate large accipitur, siue quæ ordinatur ad cognitionẽ, sicut memoria, siue qua cognoscitur, sicut intelligentia, siue quę cognitionem consequitur, sicut voluntas, & sic voluntas est in potentia cognoscendi, & sic pertinet ad imaginem: Vel potest dici ꝙ illa assignatio imaginis est alia ab ea de qua hic agitur: Inueniuntur enim diuersæ imaginis assignationes. Articulus secũdus.

In alio scr pt. vt hic, p. p. q. 77. ar. 1. o. quol. 10. ar. 5. o. De spũs ar. 11. o. De aia 12. o. ar. 19. c

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ potẽtia animę sit ipsa anima essentialiter. Quia dicit hic Aug. ꝙ hæc tria. s. memoria, intelligentia, & voluntas eo sunt vnum quo vna vita, vna *mens*, vna essentia. *Præterea*. Idẽ est principium operandi & essendi. sed forma substantialis est principium essendi. potentia autem principium operandi. ergo in homine forma substantialis, quæ est anima, & potentia idem sunt in substantia. Præterea. Forma substantialis nobilior est q̃ accidentalis. sed forma accidentalis seipsa agit, vt caliditas seipsa calefacit. ergo & forma substantialis. s. anima est sua potentia substantialiter. Contra. Sicut se habet posse ad esse, ita potentia ad essentiam, sed in quolibet creato differt esse & posse, ergo essentia & potẽtia. ergo & in anima. Iuxta hoc quæritur, vtrum vna oriatur ex altera, & videtur ꝙ non. Quia quæ simul esse incipiunt, vnum non oritur ex alio. Præterea. Accidens causatur a suo subiecto, sed vna potentia non est subiectum alterius, cum potentia sit accidens. ergo vna potentia non causatur ab alia. ergo non oritur. Contra. Potentiæ determinãtur per actus vnius potentiæ, sed actus vnius potentiæ oritur ab actu alterius. ergo & vna potẽtia ab alia. Respon. Anima dupliciter põt considerari, Vno modo vt est substãtia quædam, & sic potentiæ non sunt essentiales, velut partes essent æ eius sed sunt ei quasi proprietates naturales: & hoc ideo, quia operatio est eius accidens. Et ideo potentia, quę est immediatum operationis principium, est de genere accidentis; solius enim Dei potentia & operatio est sua substantia. Alio modo vt totum potentiale, & sic potentię sunt ei essentiales, quia ita totalitas animę consistit in potentiis sicut in partibus Partes autem sunt essentiales toti. Ad primum dicendum, ꝙ totum potentiale est medium inter vniuersale, & totum integrale: nam totũ vniuersale perfecte inest cuilibet parti ẜm essentiam & virtutem, Et ideo proprie pdicatur de qualibet parte. Totum vero integrale non est pfecte in aliqua suarum partium, neq; ẜm essentiam, neq; ẜm virtutem, Et ideo nullo modo prædicatur de vna parte, sed de omnibus simul pdicatur iproprie. Totum vero potentiale est in qualibet parte perfecte ẜm essentiam, sed non ẜm virtutem, & ideo põt pdicari de qualibet parte, & de omnibus simul quãuis non ita proprie sicut totum vniuersale, & hoc modo loquitur August. Ad secundum. Idem est prin. operandi &c. Dicendũ ꝙ intelligẽdũ est de principio primo. s. forma, potentia aũt nõ est primũ principiũ sed proximũ principium operãdi. Ad tertiũ de forma accidẽtali dicẽdum ꝙ non est simile de forma substantiali & accidentali, quia forma accidentalis proportionata est actioni suę, cum tam ipsa q̃ sua actio sit in genere

accidentis, forma autem substatialis nō, cum ipsa sit in genere substantię per reductionem, siue vt principium substantiæ, actio autem sua est in genere accidē tis. Ad secundam qōnem dicendum ꝙ quandocūq; aliqua numerositas ab alio vno procedit naturaliter oportet ꝙ ordinate procedat, quia ab vno non producitur naturaliter nisi vnum, vnde cū pluralitas potentiarum animę fluat ab essentia animæ, oportet quòd ordinate fluant, & ita vna mediante altera. Ad primum. Simul sunt in anima. Dicendū ꝙ simul insunt duratione siue tempore: sed non propter hoc ordine naturę. Ad secundum dicendum ꝙ vna nō fluit ab alia tāq̄ a subiecto, sed omnes fluunt ab essentia animæ, sed vna immediate, alia mediante altera.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, ar. 4. o p. p. q. 93. ar. 8. o. De veri q. 10. ar. 7. o. AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ imago attendatur in istis potentiis respectu quorūlibet obiectoꝝ. Aug. n. in lib. de Trini. ait. Cum in natura mentis humanæ Trinitatem quærimus, in tota quærimus, non separantes actionem temporaliū a cōtemplatione æternorum. omnia aūt obiecta vel sunt tēporalia vel ęterna. ergo respectu quorūlibet obiectoꝝ attēditur imago. Præterea. Potentia & natura potentiæ se habet similiter ad omnia sua obiecta; sed p habitus diuersos restringitur ad hæc vel illa, cum ergo assignatio primæ imaginis sit ꝑm potentias, vt dicitur, & non ꝑm habitus, videtur ꝙ sit respectu quorumlibet obiectorum. Præterea. Secundū Aug. 10. de Trin. Anima semper nouit & intelligit & amat se. sed hoc esse nōpōt, nisi inquantum semper se nouit, intelligit, & amat in omni intelligibili & diligibili. ergo respectu omnium intelligibilium & diligibilium attenditur imago Dei in anima. Contra. August. dicit. 15. de Trini. ꝙ Trinitas quæ in inferiori ratione inuenitur, licet ad interiorem hominem iam pertineat, non tamen imago Dei appellanda est vel putanda. sed temporalia pertinent, ad inferiorem rōnem. ergo respectu corū nō est imago. Præterea. Secundū istā assignationem imaginis: intelligētia sequitur memoriam. sed in his quæ per acquisitionem cognoscimus ex intelligentia sequitur memoria. ergo videtur ꝙ ista assignatio imaginis nō attēdatur respectu quorumlibet obiectorum. Respon. Dicendum ꝙ imago in tribus prędictis attenditur. Primo & principaliter in respectu ad Deum, secundario autem respectu suiipsius, respectu vero aliorū nō nisi improprie. Cuius ratio est, quia imitatio Dei, quæ est de ratiōe imaginis, potest hic accipi dupliciter. Vno modo secundum conformitatem animæ ad suū obiectum, & sic anima imitatur Deū inquātum ipsum nouit, intelligit, & amat, & ex consequenti inquantum nouit, intelligit, & amat seipsā, vt est similis Deo ducens in ipsum. Alio modo ꝑm habitudinem eorū quæ sunt in anima ad inuicem, vt. s. ea quæ sunt in anima hoc modo se habeant adinuicem, sicut diuinæ personæ, & hęc similitudo habitudinis seruatur inter Deum & animā respectu Dei, & suiipsius. primo quantum ad ordinem originis, quia sicut Filius est a Patre, & Spūs sanctus ab vtroq;, ita ex ipsa memoria qua mens nouit Deum, & se, oritur intellectiua, & ex vtroq; volūtas, secundo quantum ad ęqualitatem, quia quantum anima nouit seipsam & Deū: tantum intelligit, & amat, sicut tres personæ sūt ęquales: Sed respectu alioꝝ obiectorum non conformatur anima Deo sicut obiecto, cum magis distent a Deo q̄ ipsa, nec etiā seruatur æqualitas; quia non tantum diligūtur q̄tum cognoscūtur; & ideo non proprie est imago respectu ipsorum: sed aliqua similitudo quasi vestigii.

vestigii. Ad primũ dicendum ꝙ quãuis in actione temporalium sit quędam trinitas, non tamen quæ sit imago Dei, vt ibidem August. dicit. Ad secundũ dicendum, ꝙ & si imago attendatur scdm potentias, nõ tamẽ nisi ſm ꝙ comparantur ad actus, quia ſm aliquos, anima perfecte imitatur Deum. Ad tertium dicendum ꝙ verbum August. intelligendũ est de notitia intellectiua, & amore habitua li. Vnde in. 14. de Trini. dicit, ꝙ memoria intellectiua, & voluntas, quæ semper simul sunt & simul fuerunt, siue cogitentur, siue non cogitetur, ad solam memoriam pertinent, per quã iportatur quasi habitualis cognitio.

Articulus quartus.

In alio script. et hic, q. 5. p. p. q. 93. ar. 7. c. De ver. q. 10. ar. 3. c.

Circa secundam assignationẽ imaginis sic proceditur. Videtur ꝙ illa nõ differat a prędicta, sicut dicitur ꝙ ista assignatur ſm habitus, illa ſm potentias: Imago enim attenditur in anima pręcipue respectu huius obiecti quod est Deus. sed anima non cognoscit seipsam, nec Deum tali modo cognitiõis de quo hic loquimur, scilicet mediante habitu, sed per essentiam. ergo nõ videtur ꝙ ſm aliquos habitus assignetur imago. Pręterea. Nullus habitus est consubstantialis, cum omnis habitus sit accidens. sed notitia & amor sunt consubstantiales ipsi menti, vt hic dicitur, ergo non sunt habitus. Cõtra. Cuilibet potẽtiæ respondet suus habitus. si ergo mens non sit habitus, sed essentia animæ, ſm ꝙ hic sumitur, erunt quatuor partes imaginis. s. mens & tres habitus potentiarum trium, & ita nõ repręsentabunt trinitatem. Respon. Quidam dicunt ꝙ hęc assignatio imaginis est eadem cum prędicta: Nam mens sumitur hic pro memoria a reminiscendo dicta, vnde dicunt ꝙ mens hic sumitur pro habitu memoriæ, notitia pro habitu intelligentię, & amor pro habitu voluntatis. Sed quia illa opinio non procedit ſm opinionem August. & nimis extorta videtur, Ideo aliter dicunt, quidam ꝙ hę duę assignationes imaginis differunt per hunc modum: nã mens sumitur sicut supra pro superiori parte animę in qua est imago, & notitia pro habitu memoriæ, & amor pro habitu voluntatis, & ita hęc assignatio sumitur ſm essentiam supremæ partis animæ. i. intellectiuę, & habitus consubstantiales, prædicta autem ſm potentias. Sed quia non facile est videre qualiter memoria & intelligentia in parte intellectiua distinguantur vt diuersę potentię, ideo videtur melius dicendum ſm intentionẽ August. ꝙ hæc secunda assignatio imaginis, quam ipse primo ponit. 9. de Trini. attenditur ſm partem superiorem animę & duos habitus eius, vt dictũ est. Sed hæc repræsentatio Trinitatis in nobis est imperfecta: Nã per habitualem notitiam non fit in nobis verbum repręsentans verbum increatum. quod est persona Filii, & ideo postmodum inuestigat aliam assignationem imaginis. s. memoriam, intelligentiam, & voluntatem, vt memoria pertineat ad omne id qd habitualiter se habet in anima, intelligentia vero ad actualem considerationem, voluntas autem ad actualem amorem. Vñ dicit in. 14. de Tri. ꝙ verbum esse sine cognitione non potest in tribus personis. & positis istis imago ista cognoscitur. s. memoria, intelligentia, & voluntate. Hanc autem non dico intelligentiã qua intelligimus cogitantes, & sic assignatio attenditur ſm habitum, & duos actus. Quãuis etiam possit dici ꝙ attenditur ſm potentias, non ꝙ memoria & intelligentia sint diuersę potentię, sed dicunt diuersos ordines vnius potentiæ ad diuersa, memoria. s. ad habitum, & intelligentia ad actum, sicut etiam ratio superior & inferior distinguitur ſm ordinẽ

ad diuersa. Ad primum, Anima nõ cognoscit, Dicendum ꝙ sicut species illustrata lumine intellectus agentis, & per quam anima cognoscit dicitur esse habitus in ea, ita essentia sua per quam seipsam cognoscit, ꝑdicto modo cognoscit, cum habeat lumen intellectuale admixtum, dicitur esse in ea habitus, vnde cognoscẽdo se per essentiam, cognoscit se per habitum. Ad secundum dicẽdũ ꝙ hic sumũtur materialiter pro re amata, & pro re cognita, quæ est ipsa substãtia animæ: & ideo sunt habitus consubstãtiales, cum modo iam dicta ipsa essentia animæ pro qua hic sumuntur amor & notitia sit habitus. Ad tertium dicendum ꝙ eodem habitu. s. notitia memoria, & intelligentia reducuntur ad suam operationem: Habitus enim est principium operationis, ideo memoriæ cum non habet per se actum aliquem qui sit simpliciter operatio, nón respondet aliquis habitus distinctus. Vel dicendum ꝙ memoria intelligentia, & voluntas non sunt tres potentiæ, vt dictum est.

Distin. Quarta.

Hic oritur quæstio

satis necessaria. Quęstio Vnica.

Hic quæruntur duo principaliter.
Primo de generatione in diuinis.
Secundo de prædicatione.
Circa primum quæruntur tria.
Primo an in diuinis sit generatio.
Secundo supposito ꝙ sit, an hęc sit vera Deus genuit Deum.
Tertio de aliis loquutionibus quę ex litera ista concluduntur.
Quarto vtrum prædicatio affirmatiua possit prędicari de Deo.

Articulus primus.

In alio script'. vt hic. AD primũ sic proceditur. Videtur ꝙ generatio non sit in diuinis: Generatio. n. est species mutationis. sed in diuinis non est mutatio. Iac. 1. Apud quem nõ est transmutatio, ergo nec generatio. Pręterea. Vbicũq; est generatio oportet ꝙ sit aliquid ingenito communicatum a generante. ergo oportet esse ibi aliquid aliud, per quod ab ipso distinguatur, cum omne generatum a generante distinctum sit. ergo omne quod generatur est cõpositum, cum sit ibi aliquid ad aliquid, sed in Deo non est compositio, ergo nec generatio. Pręterea. Omne illud sine quo diuinum esse intelligitur, summe perfectum non est de pfectione esse diuini. sed generatio est huius modi. quia in Spiritusancto est esse diuinum perfectissimum sine generatione ergo &c. Contra. Quicquid est perfectionis attribuendum est Deo. sed generare sibi simile est perfectionis. ergo est Deo attribuendum. Pręterea. Esa. vltimo dicitur. Si ego qui cæteris generationẽ tribuo sterilis ero dicit Dñs, ergo &c. Respon. Quicquid perfectionis in creatura est, attribuendum est creatori; In generatione vero creaturę est aliquid pfectionis, & aliquid imperfectionis. Perfectionis est cõmunicare essentiam suam alii, & accipere ab alio essentiam, sed imperfectiõis est, quia hoc fit per mutationem, & decisionem sui. Est ergo generatio in diuinis, quantum ad illud quod perfectionis est. s. cõmunicare essentiam suam alii, & accipere essentiam ab alio, non quantum ad alia quæ sunt imperfectionis. Ad primum. Generatio est species. Dicendum ꝙ verum est ꝓm ꝙ habet imperfectionem admixtam, & sic nõ est in diuinis, sed alio modo, sicut dictũ est. Ad secundum ꝙ in diuinis est distinctio generantis & geniti non per aliqd essentiale, sed solum relationibus, sicut dare essentiam, & accipere eam. Pluralitas autem istarum relationum in diuinis non repugnat simplicitati, quia relationes prædictę, non differunt re a sub-

p. p. 27. a. 2. o. 4. co c. 10. 11. op 3. c. 4

1. semi nis

stantia, sed ratione tantum, vt dictum est supra, vnde non faciunt compositionē cum substantia. Ad tertium dicendum ꝙ generatio est de pfectione diuini esse simpliciter, quia sine hoc nō est summa in Deo perfectio, q̄uis non sit de perfectione esse diuini in persona Spiritussancti, Vel dicendum ꝙ prima propositio est falsa, quia quæ ponit fides in Deo perfectionis sunt, & tamen creatura naturali cognitione ad ea intelligenda in Deo deuenire non potest.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, p.p.q. 39. ar. 4.o.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ hæc nō sit vera Deus genuit Deum: Deus.n. cum sit res substantialis, significat essentiam. ergo si Deus genuit Deum, essentia genuit essentiam, quod falsum est. Præterea. Generare & generari important distinctionē. sed hæc est falsa: Deus distinguitur a Deo. ergo & hęc Deus genitus est a Deo. ergo & prima. Præterea. Sicut Pater est Deus, ita & Filius, si ergo hęc est vera, Deus generat, quia Pater, pari rōne, & hæc Deus non generat, quia *Filius* non generat, & sic duę contradictorię simul sunt verę, quod est impossibile. Contra. In Simbolo dicitur. Deum de Deo genitū. sed non generatur de Deo nisi sicut de generante. ergo Deus generat Deum. Præterea. Tam genitus q̄ generans est Deus. ergo vere potest dici Deus generat Deum. Respō. Sciendum est ꝙ hoc nomen Deus, quandoq; supponit pro essentia, quandoq; pro persona, quandoq; pro vna, quandoq; pro pluribus; Quòd supponere possit pro essentia hinc est, quia in diuinis res naturę & natura non differunt, vt Deitas & Deus. Quòd pro vna persona, hoc est ex vi nominis. quia imponitur ad significandum essentiam in supposito cum sit nomen substantiale cōcretum, vt homo, Quòd pro pluribus personis, hoc est quia forma a qua imponitur Deus est vna non multiplicata. s. ipsa eēntia in tribus personis, sed hoc nomen, & significat, & supponit semper eēntiam. & ideo, quia persona generat personam, bene dicitur Deus generat Deum, Reqritur.n. actus notionalis ꝙ hoc nomen Deus supponat pro persona distincta tam a parte suppositi q̄ appositi. Ad primum dicēdum, quòd quamuis hęc sit vera, Deus generat Deum, non tamen hæc est vera essentia generat essentiam, quia nunquam trahitur ad supponendum pro persona essentia. Ad secundum. Generare importat. Dicendum ꝙ verū est, sed tamen per modum actus: actus aūt sunt suppositorū, ideo generare dicit distinctionem suppositorum. Distinguere autem importat in generali distinctionē, Et ideo sua significatio determinaretur ad distinctionē essentię, si termino essentiali coniungeretur, determinatur enim sua significatio s̄m exigentiam termini cui adiungitur. Ad tertium de cōtradictione dicendum, ꝙ hoc nomen Deus habet naturam termini cōmunis in hoc ꝙ potest multis communicare. s. tribus personis, Et ideo potest reddere loquutionem veram pro vno, Et ideo hæc est vera: Deus generat Deum: quia pro Patre habet veritatem. Habet etiam naturā termini singularis: quia imponitur a forma non multiplicabili: Et ideo quicquid negatur de ipso pro tota Trinitate negatur, vnde hoc falsum est Deus non generat.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ hęc sit vera: Deus genuit se Deū, vel alium: idem.n. & diuersum sufficienter diuidunt ens, si ergo Deus genuit Deum, vel genuit eundem, vel alium. Pręterea. Bene sequitur. Homo generat hominem, ergo vel se vel alium. ergo similiter seqtur. Deus generat Deū. In alio script. vt hic, p.p. vbi sup. ad quar.

nem personarum in Deo non est necessarium propter efficaciam rõnum, sed propter fidei veritatem,& sacræ scripturæ authoritatem quæ superior est omni ratione. Ideo dicẽdum est in Deo esse trinitatem personarum. Ad primum de multiplicatione, dicẽdum ꝙ essentia creata in pluribus suppositis manet vna secundũ rationem naturæ, vnde si esset idem quod suum esse maneret vna secundum eē sicut est de diuina. Sed qa habet esse aliud a natura, multiplicatur esse,& manet vna ratio naturæ in creaturis. Ad secundum de his quæ sunt idem, dicẽdum ꝙ ea quę sunt idem secundum rem & rationem, si vnum multiplicatur, multiplicatur & reliquum, persona autẽ & essentia, quãuis sint idem re, differunt tamen ratione: de ratione enim personæ est incõmunicabilitas, non de rõne essentiæ,& ideo, quãuis essentia sit cõmunicabilis, non tamen persona. Ad tertium dicendum ꝙ essentia diuina perfecte est in vna persona per vnum modum essendi per quem non est in alia, sed per aliũ modum & dico modum essendi per relationes originis distinctum, sicut esse ab alio,& non esse ab alio.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, q.1.ar.5.o.p. p.q.28 ar.3.c. q.30. ar.2.c. 4.cõt.c. 24.26, quol. 6.arti. 1.o.

AD secũdum sic proceditur. Videtur ꝙ pluralitas suppositorũ in diuinis non sit realis. Dicit Dam. Tres pſonæ re idem sunt, ratione autem & cogitatione distinguuntur. ergo videtur ꝙ non sit ibi pluralitas realis. Præterea. Personæ distinguuntur per proprietates, proprietates autem illæ non addunt supra essentiam secundum rem, sed tantum secundum rõnem. ergo videtur ꝙ distinctio personarum, quam faciunt, sit distinctio rationis. Præterea. Augustinus dicit. Tres personæ in nullo absoluto distinguuntur, sed tantum in his quæ sunt ad aliquid. res autem non est ad aliquid, sed est absolutum. ergo videtur ꝙ tres personæ non sint tres res,& ita nõ est realis distinctio. Contra Res quibus fruẽdum est sunt Pater,& Filius,& Spiritussanctus, vt dicit. August. ergo tres personæ sunt plures res. ergo differunt re. Præterea. Si ratio distingueret personas. ergo cum attributa differant ratione distingueret personas, qd falsum est. Respon. Dicendum ꝙ sicut Deus dicitur realiter bonus, q̃uis bonitas non differt in Deo ab essentia nisi ratione, ita dicitur realiter relatus, quãuis relatio non differt ab essentia nisi rõne, vnde & realiter de Deo dicitur quicqd per se consequitur ad esse relatum. Relatum autem, inquãtum hmõi distinguitur ab eo ad quod refertur, cum opponantur adinuicem relatiue,& ideo realiter distinguitur Deus Pater a Deo Filio; & sic distinctio personarum est realis. Ad primum de authoritate Dam. dicendum est, ꝙ sic intelligenda est ratione.i. relatione. Ad secundum dicendum ꝙ verum est cum a suo correlatiuo differt realiter,& sic personæ distinguuntur. Ad tertium. Res non est ad aliquid, dicẽdum ꝙ res est de transcẽdentibus,& ideo se habet conuenienter ad absoluta & relatiua,& ideo est res essentialis secundũ quã personæ non differunt,& est res relatiua siue personalis secundum quam personæ distinguuntur.

Distin. tertia.

Apostolus nãq; etc.

Hic quæruntur tria.
Prio an Deus possit cognosci a creatura.
Secundo an possit cognosci p creaturã.
Tertio de vestigio Dei in creatura.

Quæstio prima.

Circa primum quæruntur duo.
Primo an Deus sit cognoscibilis a creatura.
Secũdo an Deum esse sit per se notum.

Articulus

In alio script. vt hic, p. p. q. 12. ar. 1. o.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur. Videtur q Deus non possit cognosci a creatura. Dicit enim Dio. de di. no. q Deum, nec dicere, nec intelligere possumus, quod sic probat. Cognitio est tantum existentium. sed Deus est supra omnia existentia. ergo est supra cognitionem. Praeterea. Plus distat Deus a quolibet intelligibili, q intelligibile distet a sensibili, sed sensus non potest intelligere cognoscedo sensibile. ergo nec Deus pot cognosci ab intellectu nostro, creato intelligete cognoscendo quodlibet intelligibile. Praeterea. Vt dicit philosophus. Omne infinitum est ignotum. Cuius ratio est, quia de ratione infiniti est, vt sit extra accipientem secundum aliquid sui, & tale est ignotum. sed Deus est infinitus. ergo est ignotus. Contra. Roma. 1. Quod enim notum est Dei. glo. per rationem cognoscibile de Deo. ergo Deus est cognoscibilis ab intellectu creato. Praeterea. Finis vltimus humanae vitae est cognitio Dei. Io. 17. Haec est vita aeterna vt cognoscat te etc. si ergo ho no posset cognoscere Deum esset inuanum constitutus quod est inco ueniens secundum illud. Psal. 88. Nunquid vane constituisti filios hominum. Respon. Dicendum q differt cognitio apprehensionis & comprehensionis, quia apprehenditur quod aliquo modo ab intellectu percipitur, comprehéditur id cuius nihil latet intelligentem. Deus autem ab intellectu creato cognoscibilis est cognitione apprehensionis non comprehensionis, quia secundu Boe. omnis, cognosces habet cognitionem de re cognita, secundum modum cognoscentis, non secundum modum rei cognitae. Modus autem finitae virtutis non attingit ad modum obiecti infiniti, & ideo ab intellectu creato qui est finitus Deus comprahendi non potest. Ad primum dicendum q Deus non est omnino expers entitatis, ideo no est omnino expers cognoscibilitatis, sed quia est super alia entia, ideo non eo modo quo alia entia cognoscuntur cognoscitur. s. per modum comprehensionis. Ad secundum de distantia intelligibilis, dicendu, q maior est distantia intelligibilis creati a Deo, q intelligibilis a sensibili secundum naturae proprietatem, non autem secundum rationem cognoscibilitatis, quia vtruq est separatum a materia, & ita cognoscibile ab intellectu, non autem sensibile. Ad tertium, infinitum est ignotum. dicendum q philosophus loquitur de infinito priuatiue, non autem negatiue. Dicitur. n. infinitum, secudum Dam. quia non finitur loco, nec tempore, neq comprehensione intellectus.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, p. p. q. 2. arti. 1. o. 1. con. c. 10. 11. ver. q. 10. ar. 12. o.

AD secundum sic proceditur. Videtur q Deum esse, per se sit notum. Illa dicuntur per se nota quorum cognitio naturaliter est nobis insita, vt omne totum est maius sua parte sed cognitio existendi Deum, secudum Dam. naturaliter est nobis insita. ergo Deum esse est per se notum. Praeterea Omnis cognitio est per vnione rei cognitae ad cognoscentem. sed Deus est vnitus animae per seipsum. ergo p seipsum cognosci potest. Praeterea. Illud est per se notum quod non potest cogitari non esse, sed Deum non esse non potest cogitari, ergo ipsum esse per se notum est. Probatio mediae patet per Ansel. Deus est quo maius excogitari non potest. sed illud quod non pot cogitari no esse, est maius eo quod pot cogitari non esse. ergo Deus non potest cogitari non esse. Contra. Ea quae per se sunt nota, vt dicit philosophus, & si exterius negentur ore, nunqua interius possunt negari corde. Sed in Psal. 13. & 52. dr. Dixit insi. in. c. suo. non est Deus. ergo Deum esse

non est per se notum. Preterea. Quicquid est conclusio demonstrationis nō est per se notum. sed Deum esse demonstratur a philosophis. ergo Deum esse non est per se notum. Respon. Deum esse potest dupliciter considerari. Vno modo secundum se, & sic est per se notum, quia suum esse est sua essentia, & sic cum dicitur, Deus est prædicatum includitur in ratione subiecti, tales autē propositiones sunt per se notæ quantum in se est. Alio modo per comparationem ad nos. & hoc dupliciter. Aut secundum suam similitudinem & participationē, & hoc modo ipsum esse est per se notū: nihil enim cognoscitur nisi per veritatem suam quæ est a Deo exemplata. Veritatem autem esse, per se est notū. Alio modo secundum suam naturam, & hoc modo non est per se notum, immo conclusio demonstrationis: Non enim visis sensibilibus statim cognoscitur, sicut alia principia cognoscuntur quæ sunt p se nota, & sic oportet ratiocinando in ipsum deuenire. Ad primum de auctoritate Dam. dicendum ꝙ diuina cognitio nobis inserta est secundum ipsius participationem, inquātum in omni veritate cognita ipse cognoscitur, & non secundum ꝙ est in natura sua. Ad secūdum Deus est &c. dicendum ꝙ verum est per essentiam & pręsentiā & per potentiam, non tamen vt obiectum intellectus, & hoc requiritur ad cognitionem. Ad tertium Deus est quo maius &c. dicēdum ꝙ verum est, si supponatur Deum esse, vnde ratio ista non cogit, quia supponit id quod probare debet.

De pot. q. 7. ar. 2. ad vn dec.

Quęstio secunda.

Circa secundū quærūtur duo.

Primo an. Deus per creaturā sit cognoscibilis, & a quo.

Secundo vtrum Trinitas per creaturam sit cognoscibilis.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ Deus possit cognosci per creaturas ab homine. Roma. 1. Inuisibilia Dei a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciuntur. creatura quędam mundi dicitur homo, secundum expositionem magistri. ergo per creaturā ab homine potest cognosci. Preterea. Videtur ꝙ ab angelo possit cognosci: Cognitio enim Dei p creaturas sit per hoc ꝙ videtur diuina bonitas relucens in creatura. sed angelus cognoscit diuinam bonitatem relucere in creaturis. ergo cognoscit creatorem ex creaturis. Preterea. Videtur ꝙ & bruta: Nulli enim fit præceptum nisi ei qui cognoscit præceptum, sed Ionæ. 3. dicitur ꝙ Deus pręcepit vermi ꝙ percuteret ederam. ergo potest cognoscere diuinum præceptum vermis. ergo & præcipientem Deum. Contra. Omnis effectus ducens in cognitionem causæ suæ est aliquo modo proportionatus sibi. sed creaturæ, non sunt proportionatæ Deo. ergo ex eis non potest homo in Dei cognitionem venire. Præterea. Videtur ꝙ nec hō peccator. Ambro. n. dicit inducens illud Mat. 5. Beati mundo corde, Sed qui mundo corde sunt, Deum videbunt. ergo alii non videbūt, neq; enim indigni Deum videbunt. ergo neq; hic qui Deum videre noluerit poterit Deum videre. Respon. Creatura est effectus creatoris, & quia causa habet cognosci per effectum, ideo Deus habet cognosci per creaturam. Sed ad cognitionem Dei per creaturas duo exiguntur. s. ꝙ cognoscens possit aliquo modo capere Deum, & ꝙ per creaturas in eius cognitionem deueniat. Propter primū defectum bruta nō possunt cognoscere Deum ex creaturis, quia non sunt capacia diuinę cognitionis, propter defectū,

In alio script. vt hic. q. 1. ar. 3. o. p. p. q. 12. ar. 12. o. ver. q. 10. ar. 11. Boet. d Trin. q 1. ar. 2.

1. ß qui

l.sed sed beati nō cognoscunt Deum ex creaturis, quia vident Deum per essentiam, cognoscunt tamē eum in creatura, sicut & Deus seipsum videt in creaturis repręsentatū; & ideo cognitio per creaturas est tantum hominum viatorū, & est communis bonorum & malorum. primum ergo concedendum est. Ad secundum de angelo dicendum, ꝙ q̄uis cognoscat diuinam bonitatem relucere in creatura, non tamen ex creatura venit in creatorem, sed econuerso. Ad tertium de verme, dicendum ꝙ pręceptum Dei nō venit ad vermē vt appręhenderet rōnē ꝓcepti, sed diuina virtute mota est eius æstimatiua ad complendum illud quod Deus disponebat. Ad quartum. Omnis effectus &c. dicendum ꝙ ideo nō ducit in cognitionem perfectam ipsius, sed imperfectam. Ad quintum dicendū ꝙ Ambro. loquitur de cognitiōe Dei per essentiam quæ erit in patria.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, q.1.ar. 4.0. p.p.q. 32.ar. 1.0. 1.con. c.14. ver.q. 10.ar. 13 o. Bo.q.e ar.4. Ro.1. lect.6. co.5.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ p creaturas in cognitiōe Trinitatis philosophi deuenerūt: Dicit enim Aristo. in prin. ce. & mun. & per hūc quidem numerum .s. ternarium adhibuimus nosipsos magnificare Deū vnum, eminentem, proprietatibus eorū quæ creata sunt. Præterea. Mercurius Trimegistus dicit. Vnus genuit vnū, propter suipsius amorem, monas monadem genuit propriumq; in se reflexit ardorem. ergo Trinitatē cognouit sed non nisi per creaturam. ergo &c. Præterea. August. dicit li. confe. ꝙ ipse legit in quodam libro Platonis totum illud. In prin. erat verbum &c. vsq; ad locum illum. Verbū caro factum, in quibus verbis distinctio personarum exprimitur. ergo vt prius. Præterea. Ipse recitat in lib. contra quinq; hæreses de hermeyde qui fecit librum qui dicitur verbum perfectum in quo ait. Hic est Filius Dei bñdicti, & bonæ voluntatis, qui humano ore enarrari non potest. Præterea. Sybilla, vt ait August. lib. de Ciui. dei, dicit. Ipsum verum cognoscite dominum Dei Filium esse. ergo habent philosophi cognitionem distinctionis psonæ. sed nō nisi per creaturas ergo etc. Præterea. In aīa rōnali est imago Dei per quā distincte repñtatur vnitas essentiæ, & Trinitas psonarū: ergo per ipsam Trinitas pōt cognosci. Præterea. Exo. 8. dr̄ ꝙ magi Pharaonis defecerūt in tertio signo, & exponit gl. quia defecerūt philosophi in cognitiōe tertiæ psonę .s. Spūs sancti. ergo duas personas saltem cognouerunt. Contra. Heb. 11. Fides est substantia rerum sperandarum argumētum non apparētium, sed Deum esse trinum .s. & vnum est articulus fidei. ergo non est apparens rationi. Respō. Philosophi nō potuerunt deuenire per creaturas ad cognitionem personarū, q̄tum ad propria, deuenerunt tamē q̄tum ad appropriata: Cognouerunt .n. in Deo potentiam, sapientiam, & bonitatem, nō tamē Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; Et ratio huius est, quia Deus non habet respectū causæ ad creaturas ratione propriorum, sed rōne appropriatorum, & ideo in cognitionem, Dei quantum ad appropriata deuenerunt philosophi per creaturas, sicut ex effectibus in causam, non autem quantū ad propria. Ratio huius est, quia tantū cognoscitur de vnaquaq; re quantū ad se extēdit medium per quod cognoscitur. Creaturæ autem fuerunt mediū per quod philosophi in cognitionem creatoris deuenerunt. Hoc autem medium deficiens est, & imperfecte Deum repræsentans. Potuerunt tamen deuenire per reuelationem a Deo, siue a demone factam, siue per doctrinam alterius, sicut dicitur Plato legisse libros legis & Prophetarum, per quos aliqualem cogni- l.ad q̄tum.

tionem Trinitatis habere potuit. Ad primum de verbo Philosophi, dicendũ ꝙ non intendit philosophus trinitatem personarum in Deo ponere, sed quia in omnibus creaturis apparet perfectio in ternario.s. in principio, medio, & fine, ideo secundum cõmen. antiqui honorabant eum sacrificiis & orationibus triplicatis. Ad ea quæ obiiciebantur de verbis philosophorum, dicẽdum ꝙ per doctrinam vel reuelationem ad hoc venerunt, nõ per rationis inquisitionem, Ad sextum dicendum ꝙ imago animæ potest considerari, vel vt res, vel vt imago. Primo modo potest cognosci a philosophis, secundo modo præsupponit cognitionẽ Trinitatis, cuius est imago, neutro tamen modo, propter imperfectionem sui, sufficienter ducit in cognitionem Trinitatis. Ad septimum dicẽdum ꝙ magi Pharaonis dicuntur defecisse in cognitione appropriati Spiritui sancto.i.bonitatis, quia bonitatẽ nõ cognouerunt quantum ad potissimum eius effectum.i.incarnationem & redemptionem, vel quia non tantum intenderunt venerationi bonitatis diuinæ quã etiam imitati non sunt, sicut venerationi potentiæ & sapientiæ.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ non in omni creatura sit vestigium Trinitatis creatoris: Similitudo enim vestigii diuiditur contra similitudinem imaginis. sed quędam creaturę sunt in quibus est similitudo imaginis, sicut in homine. ergo in illis non est vestigium. Præterea. Quælibet pars vestigii est creatura. si ergo in qualibet creatura est vestigium. ergo in qualibet parte vestigii est vestigium. & sic est abire in infinitum. Præterea. Dicit Bern. Modus charitatis est non habere modũ. ergo charitas, cum sit creatura. non habebit modum, speciem, & ordinem, & sic idem ꝙ prius. Præterea. Dicit Amb. in examó. Lucis natura est vt non in numero, neq; in pondere, & mensura sit sicut alia creatura. In his autẽ tribus attẽditur vestigium, secundũ Aug. ergo non in qualibet creatura est vestigium Dei. Contra. Sap. 11. Omnia in numero, pondere, & mensura disposuisti. Præterea. August. in lib. de natura boni, loquẽs de modo specie, & ordine, ait. Vbi enim hæc tria magna sunt magnum bonum est, vbi parua, paruum, vbi nulla, nullum. sed omnis creatura est aliquod bonum. ergo omnis creatura habet hæc tria. Respon. Dicendum ꝙ vestigium est imperfecta similitudo, imperfecte ducens in cognitionem eius cuius est similitudo, vt patet in vestigio animalis a quo metaphorice accipitur hoc vestigiũ. Quia ergo creatura est imperfecta similitudo creatoris, imperfecte ducens in notitiam ipsius, & præcipue quãtum ad cognitionem Trinitatis, ideo creatura est vestigium creatoris, & maxime respectu Trinitatis; Et quia creatura nullo modo imitatur creatorem, nisi inquãtum habet aliquid pfectionis, perfectio autem creaturæ, secundum Pytagoram, cõsistit in principio, medio, & fine, ideo sub triplici generali ratione partium vestigii.s. principii, medii & finis, diuersimode possunt considerari in creatura propter multa quæ in ipsa inueniuntur secundum ordinem se cõsequentia vt principia naturæ, natura ipsa, virtus, & operatio, & alia huiusmodi, quæ secundum diuersas cõbinationes diuersimode ptinent ad principium, medium, & finem, & inde est ꝙ partes vestigii diuersimode inueniuntur a sanctis assignatę. Ad primum. Vestigium diuiditur &c. Dicendũ ꝙ diuisio illa non est p opationẽ rei sed rationis, vnde non sequitur ꝙ eadẽ res non possit esse vestigium & imago, sed tantum ꝙ ẽ midem non sit vestigium, & imago,

In alio script. vt hic, arti. 1. p. p. q. 45. ar. 7. o. 4. con. c. 25. fi.

De pot. q. 9. ar. 9. c. fi.

imago, & hoc verum est: Nam s'm naturam est anima rationalis vestigium, s'm partem intellectiuam imago. Ad secundu dicẽdum q aliquid dicitur modificari aliquo dupliciter, vel formaliter, & sic dicitur res modificari suo modo qui in ipsa est, vel effectiue, & sic omnia modificantur a Deo qui modum rebus imponit, & hinc est q Deus dicitur effectiue modus omnium rerum. Sic ergo dicendum est q modus creaturæ nõ habet modũ quo formaliter modificatur, sed modum effectiue modificantẽ, & ita est in omnibus aliis partibus vestigii q non habent aliquas partes formales vestigii. Ad tertium de charitate dicendum q dupliciter potest considerari; aut vt creatura quædam, & sic habet modum, & tres partes vestigii, aut per relationẽ ad suum obiectum quod est infinitum, & sic non habet modum, quia nõ tantum diligitur Deus a nobis quin sem per possit plus diligi. Ad quartum de luce dicendũ q dupliciter põt considerari, aut vt est quędam natura in se creata: & sic est aliquid finitum, & sic in ipsa est vestigium: vel per compositionẽ ad corpora quę sunt receptiua s'm essentiã vel virtutem in infinitum, quia de natura lucis est vt in infinitum se diffundat, si inueniat receptiuum, & pro eo dicitur non esse in numero, pondere, & mensura creata ab Ambro.

p. p. q. 5 ar. 5 ad etc.

De ver. q. 11. art. 6. adduo. deci.

p. p. q. 5 ar. 5 ad. 5. l. cõpa tione.

q. tert.

Questio secunda.

Nũc vero ad eã etc.

Circa partem istã quæruntur tria. Primo in quo sit in anima imago Dei. Secũdo de prima assignatiõe imaginis. Tertio de secunda.

Articulus vnicus.

In alio script.

AD primum sic proceditur. Videtur q imago non sit in aliq potẽtia animæ: Diuersa enim genera potentiarum animæ nõ vniuntur, nisi in essentia animę, sed appetituum & intellectuũ sunt diuersa genera potẽtiarum animæ, vt dicitur in fine primi de anima. sed mens cõpræhendit ista, quia ab August. in mente ponitur intelligentia, & voluntas. ergo mens prout in ea est Dei imago, est animæ essentia. Præterea. August. 10. de Tri. dicit. Memoria, intelligẽtia, & voluntas sunt vna mens, vna vita. ergo sicut vita pertinet ad essentiam, ita & mens. ergo cũ imago Dei sit in mente, erit in animæ essentia. Præterea. Vna potentia non est subiectum alterius potentiæ. sed mens est imaginis subiectum: Imago enim, vt dicitur, s'm potẽtias attenditur. ergo & mens non est aliqua potentia. ergo erit animæ essentia. Contra. Anima non habet alias partes nisi suas potentias. sed mens est quædam superior pars animæ, vt August. dicit in li. de Trini. ergo mens est potentia, nõ animæ essentia. Præterea essentia cõmunis est omnibus potentiis aĩæ. sed mens non est cõmunis omnibus potẽtiis: quia diuiditur contra sensum. ergo mens nõ est essentia animæ. Respon. Secundũ August. Illud in anima est excellentius in quo est imago Dei, sed s'm essentiam anima aliquo quod est in seipsa non est excellentior, sed s'm potentiam, mens aũt est id in quo est imago Dei in anima. s'm August. ergo mens, prout est in ea imago Dei, animæ est potentia, non essentia animæ. Mens autem dicitur a metior: ris, intellectus autẽ est metiri res ad sua principia. ergo mens est ipsa pars intellectiua animæ compræhendens in se cognitiuam, & affectiuã, quę diuiditur contra partem sensitiuam, & vegetatiuam. Ad primum dicendum q voluntas & intellectus quodammodo pertinent ad diuersa genera potentiarum, prout. s. genera potentiarũ animæ distinguuntur per

vt hic. p. p. q. 93. ar. 6. o. 4. con. c 26.

p. p. q. 3. ar. 1: ad sec. q. 93. ar. 2 c. ar. 3, ad 2.

obiecta: Nam bonum & verum sunt obiecta diuersa genere. Alio modo pertinet ad idem genus potentiarum, prout scilicet genera potentiarum animæ distinguuntur quantum ad modum agendi, & sic vnum genus potentiarū animæ est pars rationalis, quæ hic mēs dicitur, cōprehendens voluntatem, & intellectū, quæ quidē pars animæ operatur absq; organo corporali, Aliud genus est pars sensitiua cuius operatio fit per organū corporale. Tertium genus est pars nutritiua quæ operatur etiam mediātibus qualitatibus elementaribus. Ad secundum. Vita pertinet ad essentiam animæ. Dicendum, q vno modo est vita esse viuentis, & sic vita pertinet ad essentiā animæ. Alio modo vita est operatio viuentis, & sic vita pertinet ad potentiam animæ, & diuersa vita ad diuersam potentiam. & sic dicuntur partes imaginis esse vna vita inquantum ad vnum genus vitæ pertinent. Ad tertium, dicendum q mens nō comparatur ad intellectum & voluntatem sicut subiectum, sed magis sicut totum ad partes prout mens potētiam ipsam nominat, & sic sumitur hic.

q. quar. Quæstio tertia.

Circa secundū quæruntur tria.

Primo in quibus potentiis animæ attendatur imago.

Secundo de his potentiis in comparatione ad suum subiectum. s. animam.

Tertio in comparatione ad obiectum.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p. p. q. 93. ar. 7. o. De verī. q. 10. ar. 3. o. AD primum sic proceditur. Videtur q imago Dei in anima nō sit in memoria, intelligentia, & voluntate: Memoria. n. non pertinet ad imaginem: quia illud quod cōmune habemus cum brutis non pertinet ad imaginē, sed memoriam habemus cōmunem cum brutis, ergo &c. Præterea. Potentia quę concernit aliquam differentiam temporis non pertinet ad imaginem, cum imago sit in parte intellectiua, quæ non cōcernit tempus determinatum: sicut nec alias singulares circūstantias, sed memoria proprie est præteritorum. ergo &c. Præterea. Videtur q intelligentia ad imaginem non pertineat: Potentiæ. n. distinguuntur per actus, sed idē est actus memoriæ & intelligētiæ. s. noscere, sicut ex verbis magistri in litera patet. videtur ergo q eadem sunt potentia. sed memoria nō pertinet ad imaginem, sicut probatum est. ergo nec intelligentia. Præterea vr q voluntas ad imaginē nō pertineat, quia super illud, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, dicit glo. q imago est in potentia cognoscendi, similitudo in potentia diligendi. sed voluntas non est potentia cognitiua sed affectiua. ergo volūtas nō pertinet ad imaginē, & ita male assignatur imago, quantum ad has potentias. Respon. In his tribus imago attenditur. Anima enim primo species recipit & tenet, & sic habetur memoria, retentas cognoscit, & sic intelligentia, retenta autē & intellecta acceptat tanq̄ sibi placentia, & sic habetur voluntas, vnde intelligentia procedit ex memoria: Si enī anima nō reciperet species, neq; etiam retineret, nec intelligeret, & ita a memoria ex intelligentia procedit voluntas. Si. n. retentas non intelligeret, nec diligeret, & sic ista tria sunt vnius animæ, & secundum procedit a primo, tertium vero ab vtroq; procedit, sicut tres personæ in vna essentia, & vna ab altera procedit, tertia autem ab vtroq;. Ad primum ergo. Memoria cōmunis est nob. s & brutis, Dicendum q verum est de memoria quę est retentiua specierum sensibilium in organo corporali, non autem de memoria quæ est retentiua specierum intelligibilium in seipsa. Ad secundum, me-

moria concernit aliquam differentiam. Dicẽdum ꝙ verum est de memoria quæ est pars sensibilis, nõ quæ intelligibilis, & hęc pertinet ad imaginem. Ad tertium. Intelligentia & memoria. Dicendum ꝙ nosse in habitu pertinet ad memoriam, nosse in actu ad intelligentiã, prout pars ponitur imaginis, vt per August. 14. de Trini. patet. Ad quartum dicendum ꝙ potentia cognoscendi in prædicta authoritate large accipitur, siue quæ ordinatur ad cognitionẽ, sicut memoria, siue qua cognoscitur, sicut intelligentia, siue quę cognitionem consequitur, sicut voluntas, & sic voluntas est in potentia cognoscendi, & sic pertinet ad imaginem: Vel potest dici ꝙ illa assignatio imaginis est alia ab ea de qua hic agitur: Inueniuntur enim diuersæ imaginis assignationes. Articulus secũdus.

In alio scri pt. vt hic, p. p. q. 77. ar. 1. o. quol. 10. ar. 5. o. De spũs ar. 11. o De aĩa 12. o. ar. 19. c

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ potẽtia animę sit ipsa anima essentialiter. Quia dicit hic Aug. ꝙ hæc tria. s. memoria, intelligentia, & voluntas eo sunt vnum quo vna vita, *vna mens, vna essentia.* *Præterea.* Idẽ *est principium* operandi & essendi, sed forma substantialis est principium essendi. potentia autem principium operandi. ergo in homine forma substantialis, quæ est anima, & potentia idem sunt in substantia. Præterea. Forma substantialis nobilior est ꝗ̃ accidentalis. sed forma accidentalis seipsa agit, vt caliditas seipsa calefacit. ergo & forma substantialis. s. anima est sua potentia substantialiter. Contra. Sicut se habet posse ad esse, ita potentia ad essentiam, sed in quolibet creato differt esse & posse. ergo essentia & potẽtia. ergo & in anima. Iuxta hoc quæritur, vtrum vna oriatur ex altera, & videtur ꝙ non. Quia quæ simul esse incipiunt, vnum non oritur ex alio. Præterea. Accidens causatur a suo subiecto, sed vna potentia non est subiectum alterius, cum potentia sit accidens. ergo vna potentia non causatur ab alia. ergo non oritur. Contra. Potentiæ determinãtur per actus vnius potentiæ, sed actus vnius potentiæ oritur ab actu alterius. ergo & vna potẽtia ab alia. Respon. Anima dupliciter põt considerari, Vno modo vt est substãtia quædam, & sic potentiæ non sunt essentiales, velut partes essent æ eius, sed sunt ei quasi proprietates naturales; & hoc ideo, quia operatio est eius accidens, Et ideo potentia, quę est immediatum operationis principium, est de genere accidentis; solius enim Dei potentia & operatio est sua substantia. Alio modo vt totum potentiale, & sic potentię sunt ei essentiales, quia ita totalitas animę consistit in potentiis sicut in partibus. Partes autem sunt essentiales toti. Ad primum dicendum, ꝙ totum potentiale est medium inter vniuersale, & totum integrale: nam totũ vniuersale perfecte inest cuilibet parti ſm essentiam & virtutem, Et ideo proprie pręedicatur de qualibet parte. Totum vero integrale non est perfecte in aliqua suarum partium, neq; ſm essentiam, neq; ſm virtutem, Et ideo nullo modo prædicatur de vna parte, sed de omnibus simul pręedicatur improprie. Totum vero potentiale est in qualibet parte perfecte ſm essentiam, sed non ſm virtutem, & ideo põt pręedicari de qualibet parte, & de omnibus simul quãuis non ita proprie sicut totum vniuersale, & hoc modo loquitur August. Ad secundum. Idem est prin. operandi &c. Dicendũ ꝙ intelligẽdũ est de principio primo. s. forma, potentia aũt nõ est primũ principiũ sed proximũ principium operãdi. Ad tertiũ de forma accidẽtali dicẽdum ꝙ non est simile de forma substantiali & accidentali, quia forma accidentalis proportionata est actioni suę, cum tam ipsa ꝗ̃ sua actio sit in genere

accidentis, forma autem substātialis nō, cum ipsa sit in genere substantię per reductionem, siue vt principium substantiæ, actio autem sua est in genere accidētis. Ad secundam qōnem dicendum ꝙ quandocūq; aliqua numerositas ab alio vno procedit naturaliter oportet ꝙ ordinate procedat, quia ab vno non producitur naturaliter nisi vnum, vnde cū pluralitas potentiarum animę fluat ab essentia animæ, oportet quòd ordinate fluant, & ita vna mediante altera. Ad primum. Simul sunt in anima. Dicendū ꝙ simul insunt duratione siue tempore: sed non propter hoc ordine naturę. Ad secundum dicendum ꝙ vna nō fluit ab alia tāq̃ a subiecto, sed omnes fluunt ab essentia animæ, sed vna immediate, alia mediante altera.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, ar. 4. o. p. p. q. 93. ar. 8. o. De veri. q. 10. ar. 7. o.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ imago attendatur in istis potentiis respectu quorūlibet obiectoꝝ. Aug. in lib. de Trini. ait. Cum in natura mentis humanæ Trinitatem quærimus, in tota quærimus, non separantes actionem temporaliū a cōtemplatione æternorum. omnia aūt obiecta vel sunt tēporalia vel ęterna. ergo respectu quorūlibet obiectoꝝ attēditur imago. Pręterea. Potentia & natura potentiæ se habet similiter ad omnia sua obiecta; sed p habitus diuersos restringitur ad hæc vel illa, cum ergo assignatio primæ imaginis sit ꝯm potentias, vt dicitur, & non ꝯm habitus, videtur ꝙ sit respectu quorumlibet obiectorum. Præterea. Secundū Aug. 10. de Trin. Anima semper nouit & intelligit & amat se: sed hoc esse nō pōt, nisi inquantum semper se nouit, intelligit, & amat in omni intelligibili & diligibili. ergo respectu omnium intelligibilium & diligibilium attenditur imago Dei in anima. Contra. August. dicit. 15. de Trin. ꝙ Trinitas quæ in inferiori ratione inuenitur, licet ad interiorem hominem iam pertineat, non tamen imago Dei appellanda est vel putanda. sed temporalia pertinent ad inferiorem rōnem. ergo respectu eorū nō est imago. Præterea. Secundū istā assignationem imaginis: intelligētia sequitur memoriam. sed in his quæ per acquisitionem cognoscimus ex intelligentia sequitur memoria. ergo videtur ꝙ ista assignatio imaginis nō attēdatur respectu quorumlibet obiectorum. Respon. Dicendum ꝙ imago in tribus prędictis attenditur. Primo & principaliter in respectu ad Deum, secundario autem respectu suiipsius, respectu vero aliorū nō nisi impropriè. Cuius ratio est, quia imitatio Dei, quæ est de ratiōe imaginis, potest hic accipi dupliciter. Vno modo secundum conformitatem animæ ad suū obiectum, & sic anima imitatur Deū inquātum ipsum nouit, intelligit, & amat, & ex consequenti inquantum nouit, intelligit, & amat seipsā, vt est similis Deo ducens in ipsum. Alio modo ꝯm habitudinem eorū quæ sunt in anima ad inuicem, vt. s. ea quæ sunt in anima hoc modo se habeant adinuicem, sicut diuinæ personæ, & hęc similitudo habitudinis seruatur inter Deum & animā respectu Dei, & suiipsius. primo quantum ad ordinem originis, quia sicut Filius est a Patre, & Spūssanctus ab vtroq; ita ex ipsa memoria qua mens nouit Deum, & se, oritur intellectiua, & ex vtroq; volūtas, secundo quantum ad ęqualitatem, quia quantum anima nouit seipsam & Deū: tantum intelligit, & amat, sicut tres personæ sūt ęquales: Sed respectu alioꝝ obiectorum non conformatur anima Deo sicut obiecto, cum magis distent a Deo q̃ ipsa, nec etiā seruatur æqualitas; quia non tantum diligūtur q̃tum cognoscūtur; & ideo nōn proprie est imago respectu ipsorum: sed aliqua similitudo quasi vestigii.

vestigii. Ad primũ dicendum ꝙ quãuis in actione temporalium sit quędam trinitas, non tamen quæ sit imago Dei, vt ibidem August. dicit. Ad secundũ dicendum, ꝙ & si imago attendatur scdm potentias, nõ tamẽ nisi ꝑm ꝙ comparantur ad actus, quia ꝑm aliquos, anima perfecte imitatur Deum. Ad tertium dicẽdum ꝙ verbum August. intelligendũ est de notitia intellectiua, & amore habituali. Vnde in. 14. de Trini. dicit, ꝙ memoria intellectiua, & voluntas, quæ semper simul sunt & simul fuerunt, siue cogitentur, siue non cogitẽtur, ad solam memoriam pertinent, per quã iportatur quasi habitualis cognitio.

Articulus quartus.

In alio script. et hic, q. 5. p. p. q. 93. ar. 7. c. De ver. q. 10. ar. 3. c.

Circa secundam assignationẽ imaginis sic proceditur. Videtur ꝙ illa nõ differat a prędicta, sicut dicitur ꝙ ista assignatur ꝑm habitus, illa ꝑm potentias: Imago enim attenditur in anima pręcipue respectu huius obiecti quod est Deus. sed anima non cognoscit seipsam, nec Deum tali modo cognitiõis de quo hic loquimur, scilicet mediante habitu, sed per essentiam. ergo nõ videtur ꝙ ꝑm aliquos habitus assignetur imago. Pręterea. Nullus habitus est consubstantialis, cum omnis habitus sit accidens. sed notitia & amor sunt consubstantiales ipsi menti, vt hic dicitur, ergo non sunt habitus. Cõtra. Cuilibet potẽtiæ respondet suus habitus. si ergo mens non sit habitus, sed essentia animæ, ꝑm ꝙ hic sumitur, erunt quatuor partes imaginis. s. mens & tres habitus potentiarum trium, & ita nõ repręsentabunt trinitatem. Respon. Quidam dicunt ꝙ hęc assignatio imaginis est eadem cum prędicta: Nam mens sumitur hic pro memoria a reminiscendo dicta, vnde dicunt ꝙ mens hic sumitur pro habitu memoriæ, notitia pro habitu intelligentię, & amor pro habitu voluntatis. Sed quia illa opinio non procedit ꝑm opinionem August. & nimis extorta videtur, Ideo aliter dicunt, quidam ꝙ hę duę assignationes imaginis differunt per hunc modum: quia mens sumitur sicut supra pro superiori parte animę in qua est imago, & notitia pro habitu memoriæ, & amor pro habitu voluntatis, & ita hęc assignatio sumitur ꝑm essentiam supremæ partis animæ. i. intellectiuę, & habitus consubstantiales, prædicta autem ꝑm potentias. Sed quia non facile est videre qualiter memoria & intelligentia in parte intellectiua distinguantur vt diuersę potentię, ideo videtur melius dicendum ꝑm intentionẽ August. ꝙ hæc secunda assignatio imaginis, quam ipse primo ponit. 9. de Trini. attenditur ꝑm partem superiorem animę & duos habitus eius, vt dictũ est. Sed hæc, repræsentatio Trinitatis in nobis est imperfecta: Nã per habitualem notitiam non fit in nobis verbum repręsentans verbum increatum. quod est persona Filii, & ideo postmodum inuestigat aliam assignationem imaginis. s. memoriam, intelligentiam, & voluntatem, vt memoria pertineat ad omne id qđ habitualiter se habet in anima, intelligentia vero ad actualem considerationem, voluntas autem ad actualem amorem. Vñ dicit in. 14. de Tri. ꝙ verbum esse sine cognitione non potest in tribus personis. & positis istis imago ista cognoscitur. s. memoria, intelligentia, & voluntate. Hanc autem non dico intelligentiã quã intelligimus cogitantes, & sic assignatio attenditur ꝑm habitum, & duos actus. Quãuis etiam possit dici ꝙ attenditur ꝑm potentias, non ꝙ memoria & intelligentia sint diuersę potentię, sed dicunt diuersos ordines vnius potentiæ ad diuersa, memoria. s. ad habitum, & intelligentia ad actum, sicut etiam ratio superior & inferior distinguitur ꝑm ordinẽ

ad diuersa. Ad primum, Anima nō cognoscit, Dicendum ꝙ sicut species illustrata lumine intellectus agentis, & per quam anima cognoscit dicitur esse habitus in ea, ita essentia sua per quam seipsam cognoscit, pdicto modo cognoscit, cum habeat lumen intellectuale admixtum, dicitur esse in ea habitus, vnde cognoscēdo se per essentiam, cognoscit se per habitum. Ad secundum dicēdū ꝙ hic sumūtur materialiter pro re amata, & pro re cognita, quæ est ipsa substātia animæ: & ideo sunt habitus consubstātiales, cum modo iam dicta ipsa essentia animæ pro qua hic sumuntur amor & notitia sit habitus. Ad tertium dicendum ꝙ eodem habitu. s. notitia memoria, & intelligentia reducuntur ad suam operationem: Habitus enim est principium operationis, ideo memoriæ cum non habet per se actum aliquem qui sit simpliciter operatio, nón respondet aliquis habitus distinctus. Vel dicendum ꝙ memoria intelligentia, & voluntas non sunt tres potentiæ, vt dictum est.

Distin. Quarta.

Hic oritur quæstio

satis necessaria. Quęstio Vnica.

Hic quæruntur duo principaliter.
Primo de generatione in diuinis.
Secundo de prædicatione.
Circa primum quæruntur tria.
Primo an in diuinis sit generatio.
Secundo supposito ꝙ sit, an hęc sit vera Deus genuit Deum.
Tertio de aliis loquutionibus quę ex litera ista concluduntur.
Quarto vtrum prædicatio affirmatiua possit prędicari de Deo.

Articulus primus.

In alio script'. vt hic. AD primū sic proceditur. Videtur ꝙ generatio non sit in diuinis: Generatio. n. est species mutationis. sed in diuinis non est mutatio. Iac. 1. Apud quem nō est transmutatio, ergo nec generatio. Preterea. Vbicūq; est generatio oportet ꝙ sit aliquid ingenito communicatum a generante. ergo oportet esse ibi aliquid aliud, per quod ab ipso distinguatur, cum omne generatum a generante distinctum sit. ergo omne quod generatur est cōpositum, cum sit ibi aliquid ad aliquid, sed in Deo non est compositio, ergo nec generatio. Prꝫterea. Omne illud sine quo diuinum esse intelligitur, summe perfectum non est de pfectione esse diuini. sed generatio est huiusmodi. quia in Spiritussancto est esse diuinum perfectissimum sine generatione ergo &c. Contra. Quicquid est perfectionis attribuendum est Deo. sed generare sibi simile est perfectionis. ergo est Deo attribuendum. Prꝫterea. Esa. vltimo dicitur. Si ego qui cæteris generationē tribuo sterilis ero dicit Dn̄s, ergo &c. Respon. Quicquid perfectionis in creatura est, attribuendum est creatori; In generatione vero creaturę est aliquid pfectionis, & aliquid imperfectionis. Perfectionis est cōmunicare essentiam suam alii, & accipere ab alio essentiam, sed imperfectiōis est, quia hoc fit per mutationem, & decisionem sui. Est ergo generatio in diuinis, quantum ad illud quod perfectionis est. s. cōmunicare essentiam suam alii, & accipere essentiam ab alio, non quantum ad alia quæ sunt imperfectionis. Ad primum. Generatio est species. Dicendum ꝙ verum est. s̄m ꝙ habet imperfectionem admixtam, & sic nō est in diuinis, sed alio modo, sicut dictū est. Ad secundum ꝙ in diuinis est distinctio generantis & geniti non per aliqd essentiale, sed solum relationibus, sicut dare essentiam, & accipere eam. Pluralitas autem istarum relationum in diuinis non repugnat simplicitati, quia relationes prædictę, non differunt re a sub

p. p. q. 27. ar. 2. o. 4. con. c. 10. & 11. op' 3. c. 4
1. semi nis

stantia, sed ratione tantum, vt dictum est supra, vnde non faciunt compositionẽ cum substantia. Ad tertium dicendum quod generatio est de pfectione diuini esse simpliciter, quia sine hoc nõ est summa in Deo perfectio, quãuis non sit de perfectione esse diuini in persona Spiritussancti, Vel dicendum quod prima propositio est falsa, quia quæ ponit fides in Deo perfectionis sunt, & tamen creatura naturali cognitione ad ea intelligenda in Deo deuenire non potest.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, p.p.q. 39. ar. 4.o.

AD secundum sic proceditur. Videtur quod hæc nõ sit vera Deus genuit Deum: Deus.n. cum sit res substantialis, significat essentiam, ergo si Deus genuit Deum, essentia genuit essentiam, quod falsum est. Præterea. Generare & generari important distinctionẽ. sed hæc est falsa: Deus distinguitur a Deo. ergo & hęc Deus genitus est a Deo. ergo & prima. Præterea. Sicut Pater est Deus, ita & Filius, si ergo hęc est vera, Deus generat, quia Pater, pari rõne, & hæc Deus non generat, quia Filius non generat, & sic duę contradictorię simul sunt verę, quod est impossibile. Contra. In Simbolo dicitur. Deum de Deo genitũ. sed non generatur de Deo nisi sicut de generante. ergo Deus generat Deum. Præterea. Tam genitus q̃ generans est Deus. ergo vere potest dici Deus generat Deum. Respõ. Sciendum est quod hoc nomen Deus, quandoq; supponit pro essentia, quandoq; pro persona, quandoq; pro vna, quandoq; pro pluribus; Quòd supponere possit pro essentia hinc est, quia in diuinis res naturę & natura non differunt, vt Deitas & Deus. Quòd pro vna persona, hoc est ex vi nominis. quia imponitur ad significandum essentiam in supposito cum sit nomen substantiale cõcretum, vt homo, Quòd pro pluribus personis, hoc est quia forma a qua imponitur Deus est vna non multiplicata. s. ipsa eẽntia in tribus personis, sed hoc nomen, & significat, & supponit semper eẽntiam. & ideo, quia persona generat personam, bene dicitur Deus generat Deum, Requiritur.n. actus notionalis quod hoc nomen Deus supponat pro persona distincta tam a parte suppositi q̃ appositi. Ad primum dicẽdum, quòd quamuis hęc sit vera, Deus generat Deum, non tamen hæc est vera essentia generat essentiam, quia nunquam trahitur ad supponendum pro persona essentia. Ad secundum. Generare importat. Dicendum. quod verũ est, sed tamen per modum actus: actus aũt sunt suppositorũ, ideo generare dicit distinctionem suppositorum. Distinguere autem importat in generali distinctionẽ, Et ideo sua significatio determinaretur ad distinctionẽ essentię, si termino essentiali coniungeretur, determinatur enim sua significatio ſm exigentiam termini cui adiungitur. Ad tertium de cõtradictione dicendum, quod hoc nomen Deus habet naturam termini cõmunis in hoc quod potest multis communicare. s. tribus personis, Et ideo potest reddere locutionem veram pro vno, Et ideo hæc est vera: Deus generat Deum: quia pro Patre habet veritatem. Habet etiam naturã termini singularis: quia imponitur a forma non multiplicabili: Et ideo quicquid negatur de ipso pro tota Trinitate negatur, vnde hoc falsum est Deus non generat.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur. Videtur quod hęc sit vera: Deus genuit se Deũ, vel alium: idem.n. & diuersum sufficienter diuidunt ens, si ergo Deus genuit Deum, vel genuit eundem, vel alium. Pręterea. Bene sequitur. Homo generat hominem, ergo vel se vel alium. ergo similiter seqtur. Deus generat Deũ.

In alio script. vt hic, p.p. vbi sup. ad quar.

ergo generat se Deum,vel alium. Praeterea. Ex hac,quę falsa est,Deus generās est genitus,sequitur ꝙ idem est generās, & genitus.ergo ab oppositis,ex hac,quę est vera, Deus generans non est Deus genitus,sequitur ꝙ alius est Deus generās, alius genitus.ergo hęc est vera,Deus genuit se Deum,vel alium Deum. Pręterea. Vnum in substantia facit idem, in quantitate,ęquale,in qualitate facit simile.sed in diuinis idem est substantia, quantitas, & qualitas. cum ergo hęc sit vera,Deus genuit Deum similem.i.aequalem sibi.ergo & hęc Deus genuit Deum eundem sibi,& ita Deus genuit se Deū. Iuxta hoc quaeritur vtrum haec sit vera, Deus genuit Deum qui est Pater. Et videtur ꝙ sic,quia si nō.ergo genuit Deū qui non est Pater,& est Deus, qui nō est Pater.ergo sunt duo dii.sed hoc est falsum.ergo & hoc ex quo seqtur scilicet Deus genuit Deum,qui non est Pater.ergo hęc est vera:Deus genuit Deum qui est Pater. Contra. Hoc nomen, qui est relatiuum idemptitatis. ergo refert idē in supposito.sed refert hoc qd est Deus, quia supponit ibi pro Filio.ergo sensus est,Deus genuit Deum Filium qui scilicet Deus Filius est Pater.sed hęc est falsa.ergo & prima. Respon. Ad primū dicendum,ꝙ hęc est falsa. Deus genuit se Deum vel alium,pro vtraqꝫ parte,q̄a, nec se genuit,nec alium Deum;Et huius ratio est,quia cum hoc relatiuum, se, sit relatiuum idemptitatis, & reciprocum, refert idem in supposito, vnde cum ly Deus ex parte suppositi stet pro persona Patris,refert personam Patris, & sic est sensus,Deus genuit se Deum, genuit se Patrem.hęc autem est falsa. Alius vero cum dicit alietatem generaliter specificatur ſm terminum cui adiungitur, vnde cum dicitur,alius Deus, dicit alietatem in essentia,& sic reddit locutionē falsam,& ita cum idē dicit idēptitatem circa personam. ergo diuersitatem circa essentiam,pro vtraqꝫ parte est falsa. Ad primum.Idem,& diuersum.Dicendū ꝙ verum est,quando referuntur ad idē, sed in proposito referuntur ad diuersa, sicut dictum est,& ideo non valet obiectio. Ad secundum dicendum ꝙ nō est simile de Deo & homine,quia homo significat substantiam,quę multiplicatur in diuersis suppositis,& ideo cum homo generet hominem oportet ꝙ generet alium a se,& in supposito,& in natura, sed Deus significat substantiam quę non est multiplicata, sed vna manet indistinctis & diuersis personis; Et ideo cum Deus generat Deum,generat eundem in substantia, sed diuersum in persona, & ita nec eūdem in persona,nec diuersum etiam in essentia. Ad tertium dicendū, ꝙ cum dicitur idem vel alius est Deus generās & genitus,duplex potest esse propositio.Si enim vtrūqꝫ accipiatur substantiue,sic prima vera,secūda falsa, nec sequitur ex praemissis.Si vero adiectiue, sic prima falsa,secunda vera,& sic vtraqꝫ sequitur ex praemissis,nec sequitur,alius est Deus generans ergo est alius Deus; quia mutatur suppositio personalis in simplicem. Ad quartum dicendum ꝙ nō est simile de hoc quod est,se, & aequale,& sile,quia hoc pronomen,se,cum sit relatiuum idemptitatis & reciprocum, refert eundem in supposito,& sic loquutio est falsa,simile vero & aequale nō sūt relatiua eodem modo, immo simile dicit idēptitatem in qualitate, aequale dicit in quantitate,qualitas autem & quātitas in diuinis idem sunt quod substantia,& ita dicunt idēptitatem in substantia non in supposito, & ideo non est simile. Ad secundam qōnem dicendum ꝙ hęc, Deus genuit Deum, qui est Pater, distinguenda est:quia haec dictio:qui;potest facere relationem personalem, vt.s. referat idem in persona & sic est falsa, & est

est sensus, Deus genuit Deum, qui Deus genitus, est Pater, vel potest facere simplicem relationem, vt scilicet referat Deum simpliciter, non pro persona aliqua, & sic est vera, & est sensus. Deus genuit Deum, qui Deus, non dico genitus, sed simpliciter Deus, est pater, & secundum hoc procedunt rationes ad vtrãq; partem. Articulus quartus.

In alio script. vt hic, q. 2. ar. ll. 1. & p. p. q. 13. art. 12. 1. cõtra. c. 31.

AD quartum sic proceditur. Videtur q nulla prædicatio affirmatiua possit pdicari de Deo: Dicit. n. Diony. in li. de diui. no. Negationes sunt veræ affirmatiões in cõpactæ. Præterea. Veritas est in signo ex conformitate eius cum signato, & sic cõpositio est in signo & in signato, sed vbi est prædicatio ibi est compositio prædicati ad subiectum: est, enim dicit quandam compositionem quam sine compositis non est intelligere. in diuinis autem non est compositio. ergo nec prædicatio. Contra. Boetius dicit. Nulla propositio est verior illa in qua idem de se prædicatur. sed in diuinis pdicatur idem de se, quia quicquid est in diuinis, est idẽ essentialiter. ergo est ibi vera prædicatio. Iuxta hoc quæritur vtrum in diuinis, persona vere prædicetur de essentia, & videtur q non. Quia prædicatum significatur vt inhærens subiecto, sed persona non inhæret naturæ. ergo non prædicatur de ipsa. Iuxta hęc quæritur vtrũ hęc sit vera. Deus est Pater, & Filius & Spiritussanctus, & videtur q non. Hæc enim. Homo est Sor. & Pla. quia pro nullo supposito habet veritatem, iudicatur falsa simpliciter. ergo cum hęc, Deus est Pater, & Filius, & Spiritussanctus pro nulla persona habeat veritatem, falsa est simpliciter. Respon. Ad primum dicendum, q prædicatio affirmatiua & negatiua est in diuinis. De negatiua patet de se, sed de affirmatiua ex hoc ostẽditur, quia cum idẽptitas summa sit in diuinis, hoc autẽ verbum, est, importat idemptitatem rei significatæ per subiectum ad rem significatam per prædicatũ, q in diuinis põt esse prædicatio affirmatiua hoc. n. verbum, est, & si dicat cõpositionem, tamen non semper hoc est vocum tantum, idemptitatem vero dicit rerum vt cum dicitur color est color; Et si quæratur cur modo composito scilicet compositione vocum significemus res simplices. Dicendum q oportet nos significare sm q intelligimus: Sicut enim Deus intelligit composita simplici modo, ita & nos simplicia, & composita intelligimus modo composito: Et ideo modo composito vtrãq; significamus. Ad primum dicẽdum, q affirmationes incompactæ in diuinis dicuntur, non q sint omnes falsæ, sed quia ibi res affirmatur & modus negatur, & ita est incompactio ratione modi, & non rei. Vnde dicit Dio. hanc esse veram & falsam; Deus est sapiens, quia quo ad affirmationem rei, vera est, quia Deus est sua sapiẽtia, sed quo ad modum falsa, quia nõ est sapiens sapientia inhærente eo modo quo nos, quod significatur in prædicta oratione. Ad secundum iam patet solutio, quia hoc verbum, est, nõ significat compositionẽ in re significata, sed idẽptitatem. Ad sm quæsitum dicendum q in diuinis idem est re & natura, & res naturæ. Et ideo res naturæ de ipsa natura prædicari potest, sed tamen quantum ad modum significandi plus habet de proprietate propositio in qua prædicatur essentia q persona, cum prædicatum se habeat loco formæ. Ad primũ. Prædicatum significatur vt inhærens subiecto. Dicendum q hoc non est necessarium, imo sufficit q prædicatum sit idẽ subiecto, vt cum dicitur Sor. est Sor. quę est vera sm Boe. Ad tertium quæsitum dicendum q propter omnimodã indifferentiam essentiæ ad totam Trinitatẽ

conuenienter poteſt prędicari Trinitas de eſſentia,& econuerſo. Ad primum, de ſuppoſito hominis,dicendum ꝙ non eſt ſimile,quia Deus imponitur a forma non multiplicata,ſed eadem exiſtēte in multis ſuppoſitis: Et ideo manens vna poteſt prędicari & ſubiici ſuis ſuppoſitis,homo vero imponitur a forma quæ multiplicatur ſm multiplicationē ſuppoſitorum:Et ideo manens vna nō multiplicata non poteſt vere ſubiici multis ſuppoſitis: Et ideo licet ſit falſa hęc.Homo eſt Sor.& Plato,nō tamen hęc Deus eſt Trinitas,ſiue Pater,& Filius, & Spiritusſanctus.

Diſtin. Quinta.

Poſt hoc quæritur.

Quæſtio Vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo vtrum eſſentia generet.
Secundo vtrum eſſentia generetur.
Tertio vtrum Filius generetur de ſubſtantia Patris.
Quarto vtrum Filius ſit ex nihilo.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic, p.p. q. 39.art. 5.0. Opu. 1 c.5.

AD primum ſic proceditur.Videtur ꝙ eſſentia generet. Quicquid enim prædicatur de aliquo poteſt ſupponere illud. ſed eſſentia prædicatur de Patre.ergo poteſt ſupponere pro patre, & ita poteſt recipere prędicationem Patris.ergo poteſt concedi ꝙ eſſentia generet. Pręterea. Eſſentia eſt Pater.ergo eſt Pater Filii.ſed relatiua dicuntur ad conuertentiam.ergo & Filius erit Filius eſſentię.ſed non niſi per generationem.ergo eſſentia generat. Pręterea. Sicut ſe habet eſſentia ad perſonam,ita perſona ad eſſentiam,ſed de pſona prędicantur attributa eſſentię,ſicut potentia bonitas &c.ergo de eēntia proprietas perſonę.ergo poteſt dici ꝙ eſſentia generet. Præterea. Maior eſt oppoſitio affirmationis & negationis q̃ relationis.ſed oppoſitio relationis facit in diuinis vt vna perſona non ſit alia.ergo multofortius facit hęc contradictio.ſed pſona Patris eſt generans.ſi ergo eſſentia non generet,Pater non erit eſſentia; quod eſt impoſſibile. Pręterea. Deus & diuina eſſentia idem ſunt,quia in Deo non differūt quod eſt, & quo eſt. ſed hęc eſt vera,Deus generat, vt ſupra dictum eſt.ergo & hæc, diuina eſſentia generat. Pręterea. Sicut eſſentia ſignificat in abſtracto,ita, & ſapientia,&lumen.ſed relationes originis attribuuntur ſapientiæ & lumini: Dicimus enim Filium lumen de lumine,ſapientiam de ſapientia.ergo & eſſentiæ diuinę attribui poteſt vt dicatur eſſentia generare. In contrariū ſunt rationes quas magiſter ponit in litera. Reſpon.Dicendum ꝙ duplex eſt modus prædicandi,vnus per idemptitatem, vt tunica eſt veſtis; Alius per informationem,vt homo eſt albus.Primo modo relationes in diuinis prædicantur de eſſentia,quia relatio & eſſentia ſunt idem ſm rem in Deo.hoc autem non poteſt fieri niſi quando relatiua ſignificantur p nomina ſubſtantiua, ſiue in abſtracto, ſiue in concreto.vnde hæc eſt vera, eſſentia eſt paternitas,& eſſentia eſt. Pater ſi ly. Pater ſubſtantiue teneatur. Secūdo modo relationes de eēntia in abſtracto prędicari non poſſunt,eo ꝙ eſſentia in diuinis eſt indiſtincta,relationes vero diſtinguunt id quod informant: Et ideo omnia relatiua ſignificata adiacenter, ſiue per verba,ſiue per participia, ſiue p nomina adiectiua,ſiue etiam per præpoſitiones, non poſſunt vere prędicari de eſſentia in abſtracto? Vnde hæ oēs ſunt falſæ.Eſſentia generat, Eſſentia eſt generans,Eſſentia eſt Pater adiectiue, Eſſentia eſt de eſſentia. Ad primum ergo dicendum,ꝙ q̃uis eſſentia prædicetur de Patre,non tamen ſupponere poteſt pro

Patre, quia prædicatur rõne idẽptitatis rei, & non rõne modi significandi, & vt vnum sit abstractum, & aliud concretũ. Ad secundum dicendũ ꝙ essentia est Pater dicendum ꝙ loquutio est duplex, ex eo ꝙ ly. Pater potest teneri quasi adiectiue vt ponat formam suã circa essentiã: & sic est falsa, quia proprietates non determinãt essentiam; vel potest sumi subiectiue, & tunc supponit Pater in prædicamento pro persona Patris, & sic vera est; & ẽm hunc sensum facienda est conuersio, & non ẽm primum. Vnde nõ sequitur ergo Filius est Filius essentiæ, sed Filius est Filius Patris, qui est essentia.

l. substãtiue l. prędicato

Ad tertium dicendum ꝙ persona in diuinis ẽm modum significandi informatur per naturam, sed nõ econuerso. Vnde attributa essentialia possunt prædicari, etiam de persona adiectiue, sed non econuerso. Ad quartum dicendum ꝙ hoc non opponitur contradictoriæ, Pater est generans, Essentia non est generans: quia generare, & non generare nõ referuntur ad idem ẽm idem, immo ad *essentiam, & personam ẽm ꝙ* differunt quantum ad modum significandi. Contradictio vero est vnius, & eiusdem secũdum idem. Ad quintum dicendum, ꝙ Deus significat diuinam naturam in supposito: Et ideo habet in suo intellectu aliquid circa quod põt poni distinctio quã facit relatio in diuinis, quod nõ habet hoc nomen essentia: Et ideo non est simile; et hoc non intellecto deceptus fuit Abbas Ioachim, magistro in hoc cõtraria dicens. Ad sextum dicendum ꝙ omnes illæ loquutiões, sunt impropriæ & exponendę sicut exponit magister, vt ponatur abstractum pro concreto, quia magis conuenienter potest fieri in talibus nominibus quę habent ordinem ad actus, q̃ in hoc nomĩe essentia: Actus.n. suppositorum sunt; & ideo ex hoc ipso hñt quandam vicinitatem ad personas.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ essentia generetur. Hyl.n. dicit. Nihil enim nisi natum habet Filius. ergo essentia Filii est nata. Præterea. Secundum philosophum ad aliquid nõ est motus. ergo nec generatio. ergo diuina generatio non est in ad aliquid, sed in substantia, quia non sunt ibi nisi hęc duo prędicamenta. Pręterea. Secundum philosophum motis nobis mouentur ea quæ in nobis sunt, & corruptis corrumpuntur. ergo generato Filio generatur omne quod in ipso est. ergo essentia. Contra. Omne ꝙ generatur habet principium de quo fit: sed eẽntia non habet principium de quo fit. ergo non generatur. Prętera. Si essentia generatur, cum generãs per essentiã habeat esse. ergo habet esse per rem a se genitam, quod est impossibile. Respõ. Omne quod generatur, siue per se, siue per accidens, oportet ꝙ sit diuersum in generante & genito: quia nihil generatu se, & quia diuina substãtia siue essentia eadem est in Patre generante, & Filio genito, ideo nec per se, nec per accidens generatur. Ad primum de Hyl. dicendum ꝙ improprie loquitur, & exponendum est, nihil nisi natum. i. nascendo acceptum. Ad secundum in ad aliquid dicendum, ꝙ generatio diuina non terminatur ad relationem, sed ad hypostasim quæ est substantia per relationem constituta. Ad tertium motis nobis, dicendum, ꝙ non est simile, quia in nobis quicquid est, est nobis proprium ẽm rẽ, q̃uis possit esse cõmune ẽm rationem: in Filio autem, est aliquid quod est sibi & Patri cõmune ẽm rem. s. essentia.

In alio script. vt hic, q. 3. articu. 1. o. p. p. vbi su. ad sec. 3. p. q. 16. ar. 5 ad pri.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ Filius genitus non sit de substantia Patris; Prępositiones.n. trãsitiuæ sunt, Et ideo important aliquam

In alio scrip. vt hic, q. 2. arti. 1. o. p. p. q. 41. ar. 3. o.

diuersitatē: nulla vero est diuersitas inter Filium,& substantiā Patris. ergo &c. Præterea. Aut de accipitur ibi materialiter vt cutellus de ferro, aut originaliter vt radius de sole, aut ordinaliter, vt de mane fit meridies: sed nullo horū modorum Filius est de substantia Patris. ergo non debet concedi ꝙ sit de substātia Patris. Præterea. Ansel. in monologion ait, nec intellectus capit, nec natura permittit illum qui de aliquo est, sed si Filius est substantia Patris. ergo nō est de substantia Patris. Contra. Dicit Dam. ꝙ generare est de sua substantia sibi simile in natura producere; sed Filius vere a Patre generatur. ergo vere de substantia eius producitur. Pręterea. Omne quod producitur ab aliquo sibi substantiali, producitur de substantia eius, sed Filius sic procedit a Patre. ergo Filius producitur de substātia Patris. Respon. Hęc præpositio, de, materialiter accipitur in creaturis; aliquando autem pure materialiter, vt cutellus de ferro: aliquando pure originaliter, vt lumen de sole: aliquando pure ordinaliter vt de mane fit meridies; aliquando mixtim, materialiter simul et originaliter, vt Filius de substantia Pr̄is; in diuinis vero non est materia, sed substātia quæ est purus actus: Vnde proportionaliter loquendo in diuinis, aliquando accipitur, de, substantialiter vt Filius de substantia diuina: aliquando originaliter, vt Filius de persona Patris: aliquādo ordinaliter, vt de ęterno temporale: aliquando mixtim, substātialiter, et originaliter, vt Filius de substantia Patris: Nam si tantum substantialiter acciperetur: sicut dicitur Filius de substantia Patris, ita Pater diceretur de substantia Filii. Ad primum de transitione præpositionū dicendum, ꝙ præpositio notat transitionem, vel rei, vel rationis, vel vtriusq;: non tamen semper iportat transitionem respectu casus illius, cui immediate adiungitur: sed respectu, vel illius, vel alterius, qui cū illo construitur: & sic hæc pręposítio, de, transitionem nominat respectu personę Patris, non respectu substantiæ, nisi s̄m rationem. Ad secūdum autem, accipitur materialiter; dicendum ꝙ in sufficiens est diuisio: accipitur enim altero modo, videlicet, substantialiter, & originaliter simul. Ad tertium, de Ansel. dicēdum, ꝙ accipitur, de originaliter solū in prædicta auctho.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd Filius sit ex nihilo: illud enim est ex nihilo quod non est ex pręiacenti materia: sed Filius est huiusmodi: quia non est de aliquo sicut de materia. ergo &c. Pręterea. Omne quod habet esse ab aliquo, de se est non ens: sed Filius habet esse ab alio. ergo habet esse de nihilo. Pręterea. Omne ex quo aliquid est, naturaliter est prius illo: sed nihil est prius Filio. ergo ipse non est de aliquo. ergo de nihilo. Contra. Omne quod est factum, de nihilo est creatū. sed Filius est increatus. ergo &c. Pręterea. Secundum Dam. omne quod est ex nihilo vertibile est in nihil: sed Filius non est huiusmodi. ergo &c. Respon. Dicendum ꝙ cum dicitur aliquid esse ex nihilo, hoc pōt intelligi dupliciter. Vno modo, vt negatio includat præpositionem; & sic ordo importatus per prępositionem negatur, vt sit sensus: est ex nihilo, quasi non ex aliquo: sic autē non potest verificari de Filio, qui est substantia Patris. Alio modo vt præpositio includat negationem, & sic remanet ordo prædictus affirmatus, & ita non pōt verificari de Filio, quia nihilum, neq; est prius Filio duratione, cum sit ęternus, neq; natura, cum sua natura sit suū esse, & sic omnibus modis hæc est falsa, Filius est ex nihilo. Ad primum non est ex pręiacenti

In alio scrip. vt hic, q. 2. ar. 2. o.

De po, q. 3. ar. 1. ad. 7.

præiacenti materia, dicendum quòd verũ est: Sed tamen est ex substantia Patris, & ideo non sequitur quòd non sit de aliquo, hoc etiam remoto nõ sequeretur, quòd esset ex nihilo, quia Pater non dicitur de aliquo, & tñ non est de nihilo. idem autem est esse Patris, & filii. Ad secũdum. Omne quod habet esse, dicen
p.p.q. dum quòd verum est, nihilominus esse,
33.art. quod a Patre recipit Filius, est idem cũ
1.ad.2 natura quam etiam recipit a Patre, & sic naturæ filii in se consideratæ non debetur non esse, sicut naturæ creatæ, ratione cuius est ei naturaliter prius non esse quod habet ex se, q̃ esse quod habet ex
p.p.q. a. 10. Ad vltimum, Omne de quo ali-
42.ar. quid, dicendum quòd in diuinis perso-
3.c. nis non est ordo prioris, & posterioris,
De po. sed naturę, quo vna est ab alia, non vna
q.3.ar. prior alia: Et ideo prima propositio est
13. ad falsa, quæ dicit quòd omne quod est ab
quin. altero, sit eo posterius naturaliter.

Distin. Sexta.

Præterea solet q̃ri.

Hic quæruntur tria.

Primo vtrum Pater genuit Filium necessitate.

Secundo vtrum voluntate.

Tertio vtrum natura sit diuina essentia.

Quarto vtrum Pater natura genuerit Filium.

Vtrum actus notionales sint necessarii vel voluntarii. q. 14.

Articulus primus.

In alio scrip. vt hic, AD primum sic proceditur. Videtur quòd Pater genuit Filium necessitate. Necessarium .n. & contingens sufficienter diuidunt ens: sed generatio Filii non est contingens. ergo est necessaria. Præterea. Omne, quòd impossibile est non esse, necesse est esse: sed omne quod est ab æterno impossibile est non esse; ergo necesse est esse; sed generatio est æterna ergo necessaria. Præterea. Magis est diffusiua sui lux æterna, quàm temporalis, si ergo lux tẽporalis necessario diffundit se, multo magis lux æterna: sed gñatio Filii est quædam diffusio, siue candor lucis æternæ Sap. 7. ergo &c. Contra. Ansel. diuidit necessitatem, & coactionem, & prohibitionem: sed neutra Deo contingit. ergo &c. Præterea. Vbi est necessitas non est perfecta libertas: sed in Deo est perfecta libertas: ergo nulla necessitas. Respon. Dicendum, ꝙ necessitas inuenitur in aliquo dupliciter. Vno modo ex alio, Alio modo ex se. Primo modo in Deo nulla est necessitas: quia talis necessitas, vel est ex alio sicut ex fine, & sic est naturæ indigentis, sicut homo habet necessitatem cibi ad hoc ꝙ possit viuere, vel est ex alio vim iferẽte, Et sic est naturę ĩpotentis quæ cogi põt, vel prohiberi Vel ex alio naturam creãte, & sic est naturæ creatæ: quæ omnia longe sũt a Deo. Secundo autem modo necessitas est in Deo respectu omnium quæ in natura sua sunt: hęc autem necessitas nihil est aliud q̃ naturæ ipsius immutabilitas; & quia Filius est in natura Dei existens non autem creaturæ: ideo Flium genuit necessitate: sicut etiã est Deus necessitate: creaturas autem nulla necessitate cõdidit: Et ꝑ hoc patet solutio ad obiecta.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ Pater voluntarie genuit Filium. Omne .n. bonum est volitũ a Deo sicut, omne verum est scitum: sed generatio Filii est optima: ergo est a Deo volita, & ita Pater genuit Filium voluntate. Præterea. Vbi simul sunt natura, & volũtas, natura bene ordinata sem per conformatur volũtati: sed in Patre simul sunt natura, & voluntas, & natura est ordinatissima: ergo natura sẽp conformatur voluntati: sed Pater genuit Fi-

In alio script. vt hic, 4. cõ. c. 11. co. 7. De po. q. 2. arti. 3. c.

lium naturaliter, vt post dicetur. ergo & voluntate. Prӕterea. Si genuit Filium, aut ergo voluntate, aut contra voluntatem, aut prӕter voluntatem. Si cōtra voluntatem, ergo coactus: si prӕter voluntatem, ergo vel ignorans, vel inuitus: si voluntate, habetur propositum. Prӕterea. Filius procedit per modum intellectus vt verbum: sed omne verbum procedit ad esse per volūtatē, ergo etc. Contra. Voluntas est principium libere se habens ad opposita. Si ergo Pater voluntarie genuit oppositū, & velle, & facere potuit. ergo potuit non generare. Prӕterea. Augustinus negat in litera, ꝙ Pater non volens, nec nolens genuit Filium. Respon. Voluntas, ad aliquid dupliciter comparatur, vel vt principium, vel vt potentia ad obiectum, qđ est bonum: vnde cum generatio Filii sit optima hoc secūdo modo Pater genuit Filium voluntate: comparatur autē ad aliquid vt principiū dupliciter. vel sicut ad illud quod est ratio prӕdicādi, et sic comparatur ad processionem Spiritussancti, qui procedit per modum amoris, qui est ratio voluntariӕ productiōis creaturarū, vel sicut ad id quod est principiatum, & sic cōparatur ad creaturas; & his duobus modis Pater nō genuit Filium voluntate, Et hoc est quod alii dicunt ꝙ voluntate concomitante, nō accedente, vel antecedēte Pater genuit Filium, Et sic patet solutio ad primum, & ad reliqua duo quӕ procedunt de volūtate concomitante, siue comparata ad obiectum. Ad vltimum dicendum ꝙ etiam in cōceptionibus intellectualibus fit reductio ad principia quӕ naturaliter intelligūtur: alia autem a principiis per imperium voluntatis, Deus autē naturaliter intelligit seipsum, & propter hoc conceptio diuini verbi est naturalis, creaturas autem cōcipit & intelligit voluntate. Argumenta autem in contrarium concludunt de voluntate antecedente vel accedente.

l. principiandi

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd natura Dei nō sit diuina essentia, quia, ſm philosophum in secundo phisico. natura est principium motus, & quietis in eo in quo est: sed in Deo nullus est motus: ergo eius essentia natura Dei non dicitur. Prӕterea. Boe. in l. b. de duabus naturis ponens aliam naturę significationem dicit, ꝙ natura est vnumquodq; informans specifica differentia: in Deo autem nō est, neq; genus neq; differentia, vt Auicē. probat, ergo &c. Prӕterea. Secundum aliam assignationem Boetii natura est substantia quӕ agere, vel pati potest: sed agere vel pati est hypostasis. ergo secūdū hęc, diuina natura essentia dici non debet, sed magis persona. Prӕterea. Naturӕ nomen a nascendo est sumptum: sed nasci in diuinis, personӕ competit non essentiӕ, ergo &c. Cōtra. Essentia Dei magis est intima Deo, q̄ eśntia hominis ipsi homini: quia Deus est sua essentia non autem homo: sed essentia hominis dr̄ eius natura: ergo multomagis &c. Respon. Dicendū ꝙ naturӕ nomen sumptum est a substantiis viuentibus: quarū generatio natiuitas dicitur: cum autem omnis motus a termino denominetur, a quo etiam speciem trahit: illud dicitur in prӕdictis substātiis natura quod per natiuitatem accipitur ab vno, & ab altero cōmunicatur. Hoc autem est essentia speciei: quia generans generat sibi simile in specie, Et inde est ꝙ prӕdictarum rerū essentiӕ naturę dicuntur; & ex hoc translatum est nomen naturӕ ad significandum essentias omnium aliarum rerū, siue in eis sit natiuitas, siue non. In diuinis ergo ipsa essentia Dei, natura dicitur ratione eius ad quod significandum nomen translatum est, & ratione impositionis

p. p. q. q. 29. arti. 1. ad. 4. 4. cō. c. 35. r. 3.

tionis nominis: quia diuina essentia naturam cōmunicat. Ad primum dicendum ꝙ ſm philosophū. 5. meth. illa naturę acceptio sumitur per quandam similitudinem a natiuitate, quæ quidē in Deo est, q̄uis nō sit ibi motus: vnde nihil prohibet naturam in Deo dici. Ad secundum dicendum: ꝙ differentia dicitur natura, inquantum completiua est in tota essentia speciei, & non inquantum differentia est: vnde nihil prohibet, essentiā diuinam dici naturam q̄uis differētia in eo non sit. Ad tertium dicendum ꝙ q̄uis agere, & pati sit hypostasis, tamen principium actionis & passionis est essentia. Ad quartum dicēdum, ꝙ licet diuina essentia non nascatur, tamen per natiuitatem communicatur: & hoc sufficit ad rationem naturæ.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic ar. 3. o. AD quartum sic proceditur. Videtur ꝙ Pater non naturaliter genuit Filium: Hyl. enim in lib. de synod. non naturali necessitate ductus Pater genuit Filium. Præterea. In Deo voluntas, & natura idem sunt: si ergo generatio non fuit opus voluntatis: ergo nec naturę. Præterea. Per naturales rationes deuenerūt philophi in cognitionem naturæ diuinę: sed cognita natura, cognoscitur operatio naturæ. ergo potuerunt deuenire in cognitionem generationis Filii: sed hoc est falsum: ergo illud ex quo sequitur. s. ꝙ generatio Filii sit a natura. Contra. Dam. dicit ꝙ generatio est opus diuinæ naturæ existens. Præterea. Si non est opus naturæ: ergo non est Filius naturalis: ergo est filius adoptiuus. Respō. Essentia diuina est principium omnium actuum diuinorum ſm diuersam rationem attributorum: sicut volendi inquātum est voluntas, intelligendi, inquantū est intellectus, & sic de aliis; & quia de rationę generationis est vt genitum producatur in similitudinem generantis, cuius productionis principium est natura, quæ vt dicit Boe. est vis insita rebus ex similibus similia procreās: ideo essentia sub ratione naturæ est principiū in Patre generationis filii: ideo dicitur ꝙ Pater natura generat Filium. Ad primū de Hyl. dicendum ꝙ necessitatem naturalem vocat defectum cōtingentem ex natura contra voluntatem, & sic de tali loquendo natura, siue naturali necessitate, non intelligitur cum dicitur Pater genuit filium natura. Ad secundum voluntas & natura sunt idem dicendum, ꝙ q̄uis sunt idem re, differunt tamen rōne sicut scientia, & voluntas: vnde multa scit Deus quæ non vult. Vtrūq; enim verissime in Deo est, & actus vtriusq;. Ad tertium de philosophis, dicēdum, ꝙ deuenerunt in cognitionem naturæ diuinæ per creaturas: in creaturis autem imperfecte relucet natura diuina, & operatio eius, quæ est generatio: Et ideo in cognitionem naturę quantū ad operationem generationis, non clare deuenire potuerunt.

Distin. Septima.

Hic solet quæri etc.

Hic quæruntur duo.
Primo de potentia generandi in Deo.
Secundo de cōmunitate ipsius.
Circa primum quæruntur duo. Qō. 1.
Primo vtrum in Deo sit potentia ad generandum.
Secundo an illa potentia sit aliquid absolutum vel aliquid aliud.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ in Deo non sit potentia ad generandum. Quicquid enim exit ab aliqua potentia naturaliter prius est in potentia, q̄ in actu: si ergo Filius exit a potentia generandi, quæ sit in Patre, In alio script. vt hic, p. p. q. 41. art. 4. o. De po. q. 2. ar. 1. o.

naturaliter fuit prius in potentia ꝙ in actu: sed hoc de Deo est falsum: quia ęternum non est prius in potẽtia ꝙ in actu: ergo primum. Præterea. Omnis potentia aut est actiua aut passiua: potẽtia actiua est ꝑm philosophum principium transmutationis in aliud ꝑm ꝙ aliud, & potentia passiua est principium trãsmutationis ab alio: sed tale principium ad generandum nullum est in Patre: ergo nulla potentia. Item illud quod est per opus naturæ non exit ab ea mediante aliqua potẽtia, sicut esse immediate dat anima corpori: sed generatio est per se opus naturæ, vt dicit Dam. ergo nõ est opus potentię. Contra. Augustinus arguit. Si Pater non potuit generare ęqualem Filium sibi, impotens fuit: ergo potentia generandi Filium est in Patre.

Præterea. Cuius est actus eius est potentia: sed Pater filium genuit: ergo potentia generandi in eo fuit. Respon. Dicendum ꝙ duplex est potentia. s. passiua, & actiua. Passiua potentia est ꝑm ꝙ aliquid est receptiuum alicuius qd Deo non competit propter hoc ꝙ est omnino perfectus. Potentia vero actiua est vis quædam per quã aliquid alteri se cõmunicat, quod perfectionis est: Et ideo attribuitur Deo. Cõmunicat aũt se Deus dupliciter. Vno modo secundum similitudinem imperfectam, sicut creaturę, & sic ponitur in Deo potentia respectu creaturarum. Alio modo secundũ similitudinẽ perfectam, & sic cõmunicat se Deus Pater, Filio, & Spirituisancto, & respectu huius cõmunicationis ponitur in Deo potẽtia generatiua, & spiratiua.

Ad primũ de prioritate naturaliter, dicendum ꝙ hoc locum habet vbi potẽtia realiter differt ab actu, & obiecto suo quod hic non contingit. Ad secundũ dicendum ꝙ philosophus loquitur de potentia actiua naturali, quæ, & materiam præsupponit, & per motum suum effectum suum causat, quod non contingit potentiæ diuinę. Ad tertium dicẽdum quòd duplex est actus naturæ siue essentię. primus, qui est esse. secũdus qui est operatio. Primus immediate egreditur ab essentia. Secundus mediante potentia, & talis actus est generare.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd potẽtia generandi sit ad aliquid: Potentiæ enim distinguuntur ꝑ actus, & actus per obiecta. sed generare, quod est actus potentiæ generandi dicit ad aliquid. ergo & potentia generandi. (In aliis script. et hic, p. p. q. 41. art. 5. o. De po. q. 2. art. 2.) Præterea. Omnis actio propria egreditur a propria forma agentis: generare est actus proprius Patris, & egreditur a potentia generandi: ergo potentia est forma propria generantis, quæ est paternitas. ergo est ad aliquid, non quid.

Præterea. In diuinis idem est substãtia virtus, & operatio: ergo est in diuinis idem potentia generandi, & generatio: sed generatio, siue generare dicit ad aliquid: ergo & potentia generandi. Cõtra. In diuinis non differt esse & posse: ergo nec essentia, & potentia. sed essentia dicit quid: ergo & potentia. Preterea. Omnis scientia, & voluntas in diuinis essentialis est non relatiua: ergo & oĩs potentia. Respõ. Cum dico potentiam generandi duo dico. s. potentiam, & generare: potẽtia pertinet ad naturã, & dicit quid: generare ad personam, & dicit ad aliquid. Dicẽdum ergo quòd hoc compositum potentia generandi dicit essentialem tractum ad personam, sicut cum dicitur Deus gignens hoc quod est Deus significat essentiam, hoc quod est gignens, personam. Ad primum, potentię distinguuntur, dicendũ quòd hoc non est dictum, quòd in eodem prędicamento sint potentiæ. & actus: quia actus sunt in prædicamento actionis, potẽtia in prædicamento qualitatis: Et ideo nõ

sequitur

sequitur si generare est ad aliquid ꝙ potentia generandi sit ad aliquid: sed est dictu ꝙ diuersis potentiis diuersi actus debentur. Ad secundum dicendum ꝙ quãuis potentia ſm se sit cõmunis tamẽ potentia generandi actiue proprie est Patris, non rõne potentię secundũ se, sed ordinis ad actum notionalem: quia potentia generandi, prout dicit ordinẽ ad actum, non tm̃ dicit potentiã: sed potentiam sub ratiõe proprietatis, quę est paternitas, & sub tali rõne idest paternitatis non reperitur nisi in Patre: sicut sub ratione filiationis, non reperitur nisi in filio: sicut essentia in Patre est paternitas, in Filio est filiatio. Ad tertium dicendum ꝙ quãuis sint idem re, tamẽ differunt ratione, & propter differentiam rõnis reducuntur ad diuersa prędicamẽta.

Quęstio secunda.

Circa secundũ quęrũtur tria.

Primo, vtrum potentia generandi sit in Filio.

Secundo, vtrum Filius possit alium Filium generare.

Tertio vtrum Pater possit generare alium Filium.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ potentia generandi sit in Filio: Nulla enim scientia est in Patre, quę non sit in Filio: ergo similiter nec potentia: sed potentia generandi est in Patre ergo in Filio. Præterea. Pater generat Filium ęqualem sibi, non ęqualitate molis sed virtutis: ergo omnis virtus quæ est in Patre est ĩ Filio: ergo virtus generandi. Pręterea. Perfectior est generatio cœlestis, carnali: si ergo carnalis generatio cõmunicat genito potẽtiam generandi multomagis cœlestis. Contra. Genitum non est principium gñationis: sed Filius est genitus: potẽtia autem generandi est principium generationis: ergo in Filio non est potentia generandi. Præterea. In potentia generandi includitur paternitas: sed paternitas non est in Filio: ergo &c. Respõ. Dicendum cum dicitur potentia generandi hoc gerundium, generandi, potest esse gerundium verbi actiui vel verbi impersonalis, vel verbi passiui: primo modo potentia generãdi dicitur potentia per quam generet: secundo modo potẽtia per quam fit generatio: tertio modo potentia per quam ipse generetur. prĩo modo potentia generãdi est in solo Patre: quia solus Pater potest generare: tertio modo in solo Filio: qa solus Filius potest generari: secũdo modo in Patre, & Filio, & Spiritusancto: omnes enim habent potẽtiam. f. essentiam qua aliquid generatur. Ad primum de scientia dicẽdum ꝙ non est simile de scientia siue de voluntate: quia non sic ordinãtur ad actum notionalẽ sicut potentia gñandi quę est ad gñandũ: Non. n. gñationis est principium voluntas vel scientia, sed natura. Ad scdm de ęqualitate virtutis dicẽdũ, ꝙ, quãuis omnis potentia sit in Filio quę est in Patre, non tamen ad eundem actum: potentia vero generandi non tãtum nominat essentiam potentię, sed ordinem eius ad actum: vnde in argumentando est fallacia accidentis. Ad tertium de Patre carnali dicendum, ꝙ tota ratio cõmunicationis potentiæ generatiuæ carnalis non est perfectio ipsius generationis, & generãtis vel geniti, sed imperfectio admixta: quia non cõmunicatur totum vni genito quod est generantis, nec sufficienter saluatur in vno genito natura communis: hoc vero in Deo non contingit.

p. p. q. 41. ar. 6. ad. 14. con. c. 13. De po. q. 2. ar. 4. ad quntum decimũ

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ Filius possit generare alium Filium: Potentia enim non impedi

ta potest exire in actum: sed in Filio est potentia generandi non impedita. ergo potest exire in actum generationis. Præterea. Filius est imago Patris expressiua, ergo in omnibus est similis: ergo in posse generare. Præterea. Posse generare est aliqua dignitas in Patre: sed quicquid est dignitatis in Patre est in Filio: ergo &c. Contra. Secundum Ansel. minimum inconueniens, est Deo impossibile: sed si Filius generaret Filium sequeretur in Deo inconueniens: qa ille Filius generaret alterum, & sic in infinitum. ergo Filius non potest generare. Præterea. Qui non potest esse Pater nõ potest generare. sed Filius non põt esse Pater: quia sequęretur confusio personæ. ergo &c. Iuxta hoc quæritur vtrũ Pater possit generare alium filium; & videtur ꝙ sic. Quia per generationẽ in nullo diminuitur eius potentia: ergo qua ratione potest generare vnum, potest generare plures. Respon. Dicendum ꝙ Filius non potest Filium generare. Et ratio est quia ille Filius in nullo distingueretur ab alio: quia psonę distinguuntur per relationes originis. impossibile est autem ꝙ vna relatio originis vt Filiatio, multiplicetur ſm numerum: quia talis multiplicatio esset materialis: Deus autem caret materia: ergo in Deo non potest esse nisi vna filiatio, & ex vna filiatione non cõstituitur nisi vnus Filius; & ita in diuinis non possunt esse plures Filii, nec plures Patres, & hoc pertinet ad perfectionem vtriusq;: quia nihil de Filiatiõe est extra Filium, nec de paternitate extra Patrem. Ad primum de potentia impedita. dicendum ꝙ verũ est de potentia ordinata ad actũ illum. sed potentia Filii nõ est ordinata ad actum generationis. Ad secundum de imagine dicendum ꝙ si esset idem, iam non esset similis: quia similitudo secundum Boe. est rerum differẽtium: sed si esset Pater, esset idem. Ad tertium de dignitate, dicendum ꝙ eadem dignitas quæ est in Patre ex eo ꝙ potest generare, est in Filio ex hoc ꝙ generatur, quia dignitas est de essentialibus & absolutis: vnde sicut paternitas in Patre est essentia, ita & eadem essentia in Filio non est paternitas, sed filiatio, ita eadem dignitas numero quæ est in Patre paternitas per quã generat, est in Filio filiatio secundũ quã generatur. Ad illud quod vlterius quęritur patet solutio: quia impossibile est in diuinis plures esse filios; nec hoc est ex defectu potentię Patris, sed ex distinctione personarum quæ tolleretur.

l. personarum

p. p. q. 41. ar. 6. c.

p. p. vbi su. ad. 1. & q. 42. arti. 6. ad ter.

Distin. Octaua.

Nũc de veritate etc.

Hic quæruntur duo in generali.

Primo de veritate & proprietate diuinæ naturæ.

Secundo de incõmutabilitate.

Circa primum quæruntur duo.

Primo vtrũ esse, Deo proprie conueniat, & de ordine huius nominis, Quòd est ad alia diuina nomina.

Secundo an esse diuinum per diuersas differẽtias tẽporis habeat significari.

Quęstio prima.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ esse non proprie Deo cõueniat: Illud enim est proprium alicui qđ sibi soli conuenit: sed esse non tantum conuenit Deo, immo etiam creaturis. ergo videtur ꝙ esse nõ proprie Deo cõueniat. Præterea. Non possumus nominare Deum, nisi secũdum ꝙ ipsum cognoscimus: vñ Dam̃. dicit verbum est angelus .i. nuncius intellectus: sed nos non possumus cognoscere Deum in statu vię, nisi ex creaturis: ergo nec nominare: cum ergo qui est non dicat respectum al. quẽ ad creaturas: ergo videtur ꝙ non nomi-

In alio script. vt hic, p. p. q. 2. ar. 3. o. 1. cõ. c. 13. Opu. 3 c. 3.

netur Deus hoc nomine a nobis. Præterea propter hoc nomen sapientię dicitur deficere a perfecta significatiōe diuinę sapientiæ:quia est impositum a nobis secundum apprehensionem creatæ sapientiæ:ergo a simili hoc nomen qui est deficiet a repræsentatione diuinæ essentiæ:quia impositum est a nobis secdm apprehensionem esse creati;& sic nō est magis nomen proprium Dei, q̃ alia nomina. Præterea. Dam. dicit, quòd,q est non significat quid est Deus,sed qddā pelagus substantiæ infinitum. sed infinitum esse est ignotum, & per consequens innominabile:ergo hoc nomen, qui est non videtur esse diuinum nomen. Cōtra. Exo.3. Dominus dixit ad Moi. Si quæsierint nomen meum dices &c. ergo proprie Deo conuenit. Præterea. Hyl. dicit. Esse nō ē accidēs Deo,sed subsistēs veritas,& manens causa, & naturalis generis proprietas. ergo esse est proprium Dei. Respon. Dicendum φ aliquid attribui dicitur proprie alicui dupliciter. Vno modo,quia soli ei conuenit:& sic qui est,non proprie prædicatur de Deo cum de aliis etiam prædicetur sed tamen est proprie nomē Dei: potest enim esse nomen Dei, & nullius alterius: omnis enim res nominatur ex sua forma vel natura:Esse autem est ipsa natura Dei,quod nulli alii conuenit. Alio modo ratione indeficientiæ:quia.s.nihil eorum quæ includuntur in significatione nominis deficit ei,cui nomē attribuitur,&sic proprie,qui est de Deo prædicatur:quia nihil de esse sibi deest: habet enim totum esse suum simul, qd de creatura inquantum est mutabilis dici non potest:Et ideo in litera dicitur quòd solus Deus est cuius esse non nouit præteritum,& futurum. Ad primum dicendum φ quāuis qui est possit de alio prædicari,q̃ de Deo. non potest tamen esse alterius nomen, vt dictum est. Ad secūdum. dicendum φ ex creaturis tripliciter Deus nominatur. Vno modo quando ipsum nomē actualiter cōnotat effectum in creatura propter relationē ad creaturam in nomine importatam sicut creator,& Deus. Alio modo, quando ipsum nomen nominat principium alicuius actus diuini in creaturis, sicut sapientia, potentia,& volūtas. Tertio modo quando ipsum nomen nominat aliquid creatoris repræsentatum in creaturis:sicut viuēs:omnis enim vita exemplata est a diuina vita,& sic hoc nomen, qui est nominat Deum per esse creaturarum exemplariter deductū, ab esse diuino. Ad tertium dicendum. φ cum dicimus Deum sapientem intellectus noster deficit a repræsentatione diuina quātū ad duo.s. quantum ad id quod ei attribuit,& quantum ad modum attribuendi: attribuit enim ei formam sapientiæ quam concipit quæ deficit a Deo, & attribuit ei per modum concretionis qui in Deo non est:sed cum dicimus Deum esse,non est ibi nisi vnus defectus.s. quia esse significatur per modū concretionis, tamen per hoc non dicimus Deum esse aliquid;& ita hoc nomen minus improprie de Deo dicitur q̃ alia. Ad quartum hoc nomen qui est,dicendum quòd hoc pro tāto dicitur quia alia nomina significāt esse secundum rationem determinatam:sicut sapientia dicit esse aliqd: sed hoc nomen,q est dicit esse absolutū, & nō determinatum per aliqd additū.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur. Videtur quòd esse diuinum non possit per diuersas differentias temporis significari. Hieronymus enim in litera dicit quòd Deus est tantū qui non nouit fuisse,nec futurum esse. Præterea. Deus nō subiacet alicui mutabilitati, sed per differentiam temporis notatur mutabilitas:ergo nō possunt de Deo vere enun

In alio script. vt hic, q.2. ar ti.3.

ciari verba diuersorum temporum. Præterea. Augustinus dicit in lib.83. q. In æterno tantũ pręsens dicitur, neq; quicquam præteritum est quasi iam nõ fit: Sed Deus est æternus. ergo. Contra. Dicit hic August. ꝙ bene dicitur de Deo, est fuit, & erit. Præterea. Sicut est in omni loco Deus, ita in omni tẽpore. ergo per oẽm differentiã tẽporis põt significari. Respõ. Dicẽdum ꝙ differentia tpis datur intelligi per aliã dictionem. Vno mõ per modum significatiõis sicut significatur per aduerbia tẽporalia: & per alia nomina, & ita significatur tempus vt dispositio illius rei, cui huius modi dictiones adiunguntur. Alio modo per modum consignificationis, vt patet in verbis & participiis, & sic nõ designatur tempus vt dispositio rei, sed solum quantum ad modum significandi, & intelligẽdi: quia intellectus noster, propter hoc qd accipit a sensu vt patet per philosophum in. 3. de anima, & sensibilia sunt in tempore, ideo in qualibet compositione quam format cointelligit tempus. Primo ergo modo differentia temporis non potest attribui Deo p modum mẽsuræ, sicut attribuitur rebus mutabilibus, sed sic attribuitur ei p modum concomitantiæ: dicimus enim ꝙ Deus fuit heri, & erit cras: quia ipse nulli tempori deest: quãuis nullo tempore mensuretur. vnde dicitur in litera: fuit quia nunquam defuit: erit quia nunquã deerit. Alio modo differentia temporis Deo attribui potest: quia temporalitas significata non refertur ad ipsum Deũ, sed ad modũ intelligendi nostrum, sicut etiam masculinitas cõsignificata hoc nomine Deus, non ponitur circa Deũ; Et p hoc patet solutio ad obiecta.

l. aliquã

p. p. q. 10. ar. 2. ad. 4 q. 13. articu. 1. ad ter.

Quæstio secunda.

Circa secundũ quęrũtur duo.

Primo an Deus sit immutabilis oino.

Secundo an omnis creatura sit immutabilis.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ non sit in Deo imutabilitas. Omne enim quod habet se nunc aliter q̃ prius mutatum est: sed Deus post creationem habet se aliter q̃ prius. quia vt creator, & Deus: ergo mutatus est. Præterea. Non tantum est mutatio exitus a potentia in actum, sed etiam exitus ab ocio in actum, vt cũ quis de sciente sed non actu considerante fit actu cõsiderans: sed cum Deus de non operante fit operans, exit ab ocio in actum, ergo mutatur. Præterea. Illud mutatur cuicũq; aduenit noua forma accidentalis: ergo multomagis cui aduenit noua forma substantialis: ergo cum humanitas Deo aduenerit, ipse mutatus est. Sed contra est quod probat philosophus in 8. phisi. primum motorem esse immobilem: Deus autem est primus motor: ergo est immobilis. Item Iac. 1. Apud quem non est transmutatio. Respon. Omnis mutatio contingit, vel in sola abiectione alicuius formæ, vt cũ de sciẽte fit quis ignorans, vel in sola receptione, vt cum de ignorante, fit sciens, vel ẽt in vtroq; simul, vt cũ de albo fit nigrũ. Vbicunq; vero est abiectio, siue receptio ibi est passio; vbicũq; est passio ibi est potentia passiua. sed in eo ꝙ est pure actus scilicet in Deo, nulla est potentia passiua: ergo nulla potest esse in eo mutatio. Ad primum omne quod se habet aliter dicendum, ꝙ Deus non se habet aliter q̃ prius, nisi pm dici: sed res aliter se habet ad Deum, sicut cum quis alterius mutatione fit illi similis. Ad secundum de exitu ab ocio in actum, dicendum quòd actus dupliciter dicitur, vel ipsa actio quæ est in agẽte, vel effectus qui est in patiente, Exitus ab ocio in actum prio modo

In alio script. vt hic q. 3. ar. 1. p. p. q. 9. ar. 1. o. Opu. 3 c. 4.

do

do dictus importat mutationē in agēte, secundo modo non, sed in re suscipientem, sicut fieri de non lucente lucētē ponit mutationem in sole: sed fieri de non illuminante illuminātem nō. Talis vero exitus est cum Deus de non operante fit operans, & non primo modo, quia operatio Dei est sua essentia. Ad tertium de noua forma: dicēdum ꝙ aduentio nouæ formæ per compositionē & formarum successionem mutat, sed non per vnionem, quia vnio duorum, vel associatio potest fieri altero extremo solum, & nō vtroq; mutato: forma vero accidentalis non potest aduenire nisi primo modo: vnde semper mutat: sed forma substātialis potuit aduenire Deo per associationem in vno supposito: vnde non mutauit ipsum.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, q. 3. p. p. q. 9. arti. 2, o. opu. 3. c. 4.

AD secundum sic proceditur. Et videtur ꝙ nō omnis creatura sit mutabilis. In æuo enim secundum quosdā, nō est prius, & posterius: ergo in eis quæ mensurantur æuo nulla est successio: ergo nec mutatio. Præterea. Omnis mutatio, vel est secundū substantiam, vel secundum quantitatem, vel secundū qualitatem, vel secundū vbi: sed cœlum empyreum, nullo horum modorum est mutabile. ergo &c. Præterea. Author sex principiorum dicit, ꝙ forma est compositioni contingens, simplici, & inuariabili essentia consistens. ergo &c. Contra. Dam. dicit. Omne creabile est vertibile, vel secundum substantiam, vel secundū electionem: ergo omnis creatura mutabilis. Præterea. Omnis creatura pōt aliquid amittere, vel recipere. ergo pati, vel mutari. Respon. Mutatio sequitur possibilitatem: quia, secundum philosophum, motus est actus existentis in potentia secundum ꝙ hmōi. Cum igitur omnis creatura habeat possibilitatē admixtam: quia solus Deus est actus purus, ideo omnis creatura aliquo modo est mutabilis: id autem quod est in potētia potest comparari ad duo. s. ad agentem, & ad actum. Per respectū igitur ad Deū agentem, omnis creatura est in potentia quasi receptiua: quia quicquid habet creatura a Deo recipit. Est etiam in potentia obedientiæ vt adhuc recipiat, & sic omnis creatura est mutabilis, inquantum Deus potest subtrahere quod dedit ei, vel dare quod nondum dedit: Sed per respectum ad actum qui est forma, non omnis creatura est in potentia: quia sic cuilibet formæ esset ponere formā. Sic autē in potentia est quælibet creatura subsistēs, quia aduenit ei aliquid formaliter, vel substantialiter, vel accidentaliter: Formæ igitur non possunt esse mutabiles sicut mutationis subiectum, cum non sint in potentia ad aliquid formale, sed hoc tātum est rerum subsistentiū; nec tamen omnium, sed illorum quorū potentia nō est determinata ad hūc vel illum actum; & horum formæ dicuntur mutabiles, inquantū sunt mutationum termini. Sic igitur omnis creatura est mutabilis, cōsiderando obedientiā creaturæ ad Deum. Considerando vero habitudinem materiæ ad formam, vel potentiæ ad actum, res subsistentes, quarum potentiæ indifferēter se habent ad actus cōtrarios, sunt mutabiles vt subiectum motus, & earum formæ vt termini motus. Alia vero, nec vt subiecti causa, nec vt termini motus. Ad primum de æuo. dicendum, ꝙ mensuratio respicit esse actuale non potentiale, vnde non sequitur ꝙ non sint huiusmodi mutabilia a possibilitate mutandi, sed ꝙ non mutantur actu inquantum mensurantur æuo: est tamen & in æui terminis alia mutatio, adminus secundum successionē operationum, secundum quā mensurantur tempore. Ad secundum dicendū de cœlo empirco, ꝙ, quis non sit mutabile

mutatione variabilitatis de vna forma cōtrariam in aliā, est tñ mutabile mutatio ne receptionis. Ad tertiū de forma, patet solutio ex dictis: quia forma non est mutabilis, vt subiectum motus: aliqua tamen forma est mutabilis, vt terminus motus.

Eadem quoq; sola

propriæ ac veræ &c.

Hic quæruntur duo principaliter.
Primo de diuina simplicitate.
Secundo de simplicitate creaturæ.
Circa primum quæruntur tria.
Primo an in Deo sit oīmoda simplicitas.
Secundo an contineatur in prædicamēto substantię.
tertia. Tertio, si alia prædicamenta de ipso dicantur. Quæstio prima.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, q. 4. p. p. q. 3. ar. 7. o. 1. cō. c. 18. De po. q. 7. ar ti. 1. o. Opu. 3 c. 9. et 11. AD primum sic proceditur, & videtur φ diuina essentia non sit oīno simplex: Ens enim cui nulla sit additio prædicatur de omnibus, vt hoc quod dico ens, nulla facta additiōe, prædicatur de omnibus, sed non sic ens rationale. sed diuina essentia non prædicatur de omnibus: ergo fit ei aliqua additio vltra hoc quod est ens; sed quod recipit additionem non est omnino simplex. ergo &c. Præterea. Maior est simplicitas vbi est idēptitas sine distinctione, q̄ cū distinctione; sed in Deo est idēptitas cum distinctione personarum: ergo in Deo non est summa simplicitas. Præterea. Boe dicit. Omne quod est, esse participat vt sit, alio autem participat vt aliquid sit: Deus est, & ē aliquid. s. bonus. ergo habet esse quo est, & alter (l. aliqđ) quid aliud, quo aliquid est. ergo non est simplex. Contra. Omne compositum naturaliter est posterius suis componentibus, sed primo, nihil est prius. ergo cū Deus sit vniuersaliter primum nō est cōpositus. Præterea. Omne compositum dependet a componentibus: esse autem illius qui dat omnibus esse a nullo dependet. ergo tale non est compositū. Respon. φ vbicūq; est compositio ibi est inuenire potētiam & actum: quia, aut vna pars est in potētia respectu alterius, sicut patet in cōpositis ex materia & forma, vel ex quo est & quod est, vel ex genere & differentia, vel ex substantia & accidente; aut omnes partes sunt in potētia respectu eius quod ex compositione partium resultat adminus, vt mixtibilia sūt in potentia ad formam mixti, & partes quantitatiuæ ad totam quantitatem. In Deo autem non est aliquid de possibilitate, sed est pure actiuus alias. indigeret aliquo principio priori per quod reduceretur in actum: Vnde necesse est ipsum (l. purus actus) esse perfecte simplex absq; omni compositione. Ad primum, ens cui nulla fit additio, dicēdum, φ tale ens potest esse du (l. simplicē) pliciter, aut quia de natura sua non recipit additionem, & sic solus Deus est ens, cui nulla fit additio, & de tali ente nō est verū φ prædicetur de omnibus, aut quia ei non fit additio, potest tamen fieri, & sic est ens cōmune, & de hoc sequitur qd obiicitur. Ad secundum dicendum φ duplex est distinctio. Vna quæ causatur ex additione alicuius, & talis non est in Deo, & hæc impedit simplicitatem: alia quæ causatur ex origine, vt si dicatur aliqua distincta, quia vnum est ab altero, & hæc bene compatitur simplicitatem, & talis est in personis diuinis. Ad tertium de Boe. dicendum φ loquitur de his quę sunt per participationem, non quæ per essentiam, vt Deus.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, q. 4. p. p. q. AD secundum sic proceditur, & videtur φ Deus sit in prædicamento substātiæ. Quia omne est quod est, aut est substantia, aut accidens: Deus aūt non est accidens. ergo substantia, & sic

i.ar.5. substantia prædicatur de ipso, non autẽ
o.1.co. accidentaliter, ergo essentialiter, non vt
c.26. conuertibile. ergo vt genus. Præterea.
De po. Dicit philosophus in.9. me. ꝙ vnũquodq;
q.7.ar. mensuratur minimo sui generis, & dicit
3.o. ibi cõmentator, ꝙ minimum quo men-
Opu.3 surantur omnes substantiæ, est primus
c.12.et motor, sed ipse est Deus. ergo Deus est
opusc. in genere substantiæ. Præterea.
42.c.3 Substantia est quod non est in subiecto. sed ens p se. Cũ igitur hoc maxime Deo conueniat, videtur ꝙ ipse sit in genere substantiæ. Contra. Quod est in genere substantiæ, aut est sicut genus generalissimum, quod prædicatur de omnibus, aut sicut contentum sub illo per aliquã determinatam additionẽ: Sed Deus neutro modo est in genere substantiæ: quia nec prædicatur de alijs substantiis, nec recipit additionem. ergo &c. Præterea. Quicquid est in genere aliquo, habet esse suum determinatum ad aliquod genus, sed Deus non habet esse determinatum, sed infinitum. ergo etc. Respon. Ratio substantiæ duo continet. s. ꝙ ipsa est ens per se subsistens, non dependens ab esse aliorum; & ꝙ substat alijs quæ sibi insunt. Quo ad primum habet Deus modum, & rationem substantię, maxime & per prius: quo ad secundum non habet. Nec tamen est in genere substantiæ triplici ratiõe. Prima est, quia omne quod est in genere addit aliquid supra genus, & est compositum. Secunda, quia in omni tali differt sua quidditas, & suum esse: Nam genus secundum esse diuiditur, ꝟm rationem vero quidditatis est commune. Tertia ratio est, quia esse diuinum colligit in se nobilitates omnium generum, vnde ad nullum genus determinatur. Ad primum, omne ꝙ est &c. dicendum ꝙ diffinitio est entis creati tãtum, Ad secundum dicendum, ꝙ hoc intelligitur de propria mẽsura illius generis, vt vnitas in materiis, punctus in magnitudine, quę tamen nõ sunt in genere vt contenta, sed vt principia illius generis, non autem intelligitur de mensura vniuersali. Deus autem est mensura vniuersalis omnium rerum cuiuscũq; generis: vnde non potest esse in aliquo genere. Ad terium, non est in subiecto &c. dicendum ꝙ secundum hanc rationem Deus dicitur substantia; substantia autem quę est genus, dicitur a substinendo, non autem a subsistẽdo tantum, ideo Deus non (l. sub-stãdo) est in genere substantiæ. Vel dicendum secundum Auicen. ꝙ ens per se non est diffinitio substantiæ, cum non declaret quidditatem eius sed esse, diffinitio vero eius est, res habens quidditatem, cui debetur esse nõ in alio.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ alia prędicamenta dicantur (In alio scr:pt, vt hic, q.4) de Deo: De quocunq; enim prædicatur species, & genus, sed scientia, quæ est species qualitatis, ꝑdicatur de Deo, ergo & genus qualitatis. Item philosophus in.5. me. dicit ꝙ vnum in substantia facit idem, in quantitate æquale, in qualitate simile, sed in Deo vere dicitur æqualitas, & similitudo. ergo oportet aliquid dici de Deo per modum quantitatis, & qualitatis. Præterea. Quanto aliqd genus entis habet esse debilius, tanto minus cõuenit enti perfecto. sed relatio habet esse debilissimũ, quod patet quia fundatur super alia entia, ergo minime conuenit Deo. si ergo ipsa prædicatur de Deo multo magis alia. Contra. Dicit Boe. lib. de Tri. ꝙ in Deo nõ sunt nisi duo prædicamenta. s. substantia, & ad aliquid. ergo alia non prædicãtur de Deo. Respon. Dicendũ quicquid inuentum ꝙ in creaturis prædicatur de Deo, prædicatur eminenter, tanquam de causa, vnde remouẽdum est qd p.p.q. est ibi imperfectionis, & retinendum so- 14. ar. lum quod est perfectionis. In vnoquoq; 1, ad.1

vero noué prędicamentorum tria est reperire, rationem cōmunem accidentis, & rōnem propriam sui generis, & rōnem propriam suarum specierum. Quantum ad primum, oīa genera accidentis important imperfectionem: quia dicūt dependentiam ad subiectum (accidentis.n. esse, est inesse). Quantum vero ad secundum: similiter omnia dicunt dependentiam ad subiectum, & ita imperfectionē, præter relationem: Nam quantitas dicit mensuram substātiæ, qualitas eius dispositionem, & sic de omnibus aliis. Relatio vero secundum propriam sui generis rationem dicit respectum, non ad subiectum, sed ad suū correlatiuum, ideo secundum propriam rōnem sui generis, substātia, prout dicitur a per se stando, & relatio, reperiuntur in Deo. Quantū ad tertium. s. propriam rōnem suarū specierum, contingit aliquando aliqua prędicamenta dicere perfectionem, & tunc species secundum differentiam speciei, & non secundum rōnem generis prædicabitur de Deo, sicut scientia, prout dicit certam cognitionem, prædicatur de Deo, & non secundum rōnem sui generis. s. qua est qualitas. Hoc etiam apparet in pluribus aliis. Ad primū, de quocunq; prædicatur species dicendum ꝙ scientia, prout prædicatur de Deo, non est species qualitatis, vt dictum est. Ad secundum, in Deo dicitur ęqualitas, dicendum ꝙ ęqualitas, & similitudo dicitur in Deo, non ratione quantitatis, vel qualitatis secundum genus, sed secundum speciem, vt dictum est. Ad tertium de debilitate relationis dicendum, ꝙ attenditur debilitas eius, quia non ponit aliquid absolutum in subiecto, sed tantum per respectum ad aliud, & ex hoc habet magis ꝙ veniat in diuinam prædicationem: quia quanto minus addit, minus repugnat simplicitati diuinæ.

1. con. c. 56.

p. p. q. 42. ar. 1. o.

Quæstio secunda.

Circa secundū quęrūtur tria.

Primo an aliqua creatura sit simplex.
Secundo an anima sit simplex.
Tertio an sit tota in qualibet parte corporis.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ aliqua creatura sit simplex. Illud enim quod non habet compositionem partium, vel accidentium, vel formarum, vere simplex est. sed prima materia, & plures formę sunt huiusmodi. ergo &c. Præterea. Vbi stat resolutio intellectus, illud est simplex, stat autē in ente, vel in esse generali, quia prima creaturarum est esse. ergo ipsum est simplex. Prӕterea Principia componentia creaturam sunt creaturæ, sed in principiis huiusmodi non est ire in infinitū. ergo sunt aliquę creaturę, non compositæ. Contra. Boe. dicit ꝙ in omni quod est citra primum differt quod est, & esse. ergo est compositum. Præterea. Vbi est limitatio, & compositio: quia limitatio non fit nisi per additionem, sed omnis creatura habet esse limitatum. ergo & compositum, & ita nulla creatura simplex. Respon. Dicendū ꝙ duplex est creatura. s. perfecta, quę subsistit, & imperfecta, quæ nō subsistit, sed est in alio, vel vt accidens, vel vt principium: Primo modo loquēdo de creatura, omnis creatura est composita, saltem ex substantia, & accidente, & esse, & quod est. Secundo vero modo loquēdo de creatura, oīs talis creatura est composita. i. cum alio cōponibilis, vel veniens in compositionē cum alio. Neutro autem modo Deus est compositus, quia neq; primo modo, ratione simplicitatis, neq; secundo, ratiōe perfectionis: Et ideo esse immunem a cōpositione, est solius Dei proprium. Ad primum de prima materia dicendum, ꝙ

quis

In al scrip vt hic q. 5

quis in se nō sit composita,tamen est cō ponibilis alteri. Ad secundum de esse dicendum, ꝙ resolutio intellectus non exigit vt terminus sit simplex omnimoda simplicitate,sed illa quæ opponitur compositioni ex pluribus. Ad tertium de principiis dicendum,ꝙ principia cō posita sunt compositiōe huiusmodi cū hoc,non huiusmodi ex his.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, q.5. AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ anima sit simplex. Aia.n. est forma corporis:forma enim, neq; est materia,neq; compositum, vt dicit philosophus in primo de anima.ergo anima non est composita. Preterea. Anima secundum totam sui essentiā est forma corporis,sed materia nō potest esse forma alicuius. ergo nulla pars animæ est materia,sed tota est forma, & ita est simplex. Preterea. Omne quod habet in se esse completum non vnitur alteri nisi accidentaliter,si ergo anima haberet esse completum,quale est esse cō positi,nōn vniretur corpori,nisi accidē taliter.ergo non faceret vnum nisi per accidens. Contra. Nulla forma simplex potest esse subiectum, sed anima est subiectum scientiarum,& virtutum. ergo non est forma simplex. Præterea. Forma simplex nō habet esse per se, nec potest esse motor. Sed anima habet esse p se.s.cū separatur a corpore,& est motor corporis.ergo nō est forma simplex. Præterea. Nulla forma simplex habet in se vnde indiuiduetur,cum omnis forma,quantum est de se, sit cōmunis. sed anima de se non ex corpore indiuiduatur, alioquin remota causa indiuiduationis tolleretur indiuiduatio.ergo &c. Respon. Dicendum ꝙ circa compositionem animæ est triplex opinio: Quidam enim dicunt ꝙ anima quid compositū est ex materia & forma,sed hoc non 1.p.q.5.ar.10. potest esse:quia sic in anima reciperentur formæ rerum materialiter,cum vnū quodq; recipiatur in alio secundū modum recipientis,& ita non reciperentur secundum esse intelligibile & vniuersale,vnde anima non esset intellectus: Et ideo alii dicunt ꝙ componitur ex quo est,& quod est,intelligentes per quo est, naturam,per quod est vero suppositū, vt humanitas est quo est Sortes Sed hoc iterum non potest stare,quia suppositū a quidditate,vel natura non differt, nisi secundum ꝙ concernit materiam significatam. Vnde secundum Auicen. quidditas simplicitatis est ipsum simplex, & sic hęc opinio aliquo modo redit in primam:Et ideo secundum alios dicēdum est ꝙ componitur ex esse,& quod est:Cū enim anima rationalis sit res subsistens, habet proprium esse,quod non est ipsa anima:quia solus Deus est suum esse. Ipsum vero esse animę potest dici quo est eius,sicut actus currendi dicitur quo aliquis currit,& hoc eē se habet ad subiectum animę,sicut actus ad potentiam, cum aia non habeat esse a se,sed a Deo, & ita etiam in anima inuenitur compositio actus,& potentiæ.Hæc autem compositio in anima negari non potest, nisi vel ab eis qui negant animam per se sine corpore posse subsistere vel ab aliis qui dicunt animam esse de natura diuina. Ad primum,anima non est compositū, dicendum ꝙ verum est ex materia,& forma,sed solum compositione prædicta. Ad secundum dicendum ꝙ ipsa substantia animę,nec est materia,nec habet materiam partem sui,quāuis sit quasi materialis respectu esse superuenientis,& hoc non prohibet quin sit forma corporis. Ad tertium,omne quod in se habet esse completum,dicendum ꝙ tale vnitur alteri accidentaliter,si secundum aliquid esse accidētale vniatur alteri,anima autem non secundum aliquod esse accidētale,sed secundum suum esse essentiale

1.con. c.50. quol. 3.a.20 Despû. ar.1. De aia ar.6.o



corpori vnitur. Sed quia aliæ rationes videntur probare quod secundum suã essentiam sit composita, ideo respondendum est ad eas. Ad illud ergo quod primo obiicitur de forma simplici dicendũ quod si sit simplex, vt sit suum esse, tunc est vera propositio, quia non potest talis forma esse subiectum alicuius accidentis, vt patet in Deo. Si autem nõ sit suum esse, sic non potest esse subiectum actuum indiuiduatiuum, qui sequuntur materiam: potest tamen esse subiectum proprietatũ quæ sequuntur pricipia spẽi, et intentionum, & huiusmodi accidentium anima est subiectum. Ad secundum quod anima est motor, & habet esse per se, dicendum quòd nihilominus est simplex quantum ad suam essentiam, sed prędicta conueniunt sibi, non inquantum est forma simplex, sed inquãtum est talis forma simillima primæ formę, quę est Deus: Et ideo participat maxime nobilitates diuinas scilicet quod intelligit, & potest mouere, & quod habet esse per se. Nõ sic est de aliis formis materialibus, quia non tantum accedunt ad Dei similitudinem, sicut anima intellectiua. Ad tertium, forma simplex &c. dicẽdum quod sicut esse animę dependet a corpore quãtum ad suũ principium, quia nõ fit nisi in corpore, sed nõ quantum ad finem: quia remanet corrupto corpore, similiter autem & indiuiduum eiusdem dependet a corpore q̃tũ ad principium, sed nõ quantum ad finẽ.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic. q. 5. p. p. q. 76. ar. 8. o. 2. con. c. 72. De spũ.

AD tertium sic proceditur, & videtur quod anima non sit tota in qualibet parte corporis: Omne enim compositum ex anima & corpore est animal, si ergo esset tota in qualibet parte corporis quęlibet pars corporis esset animal. Pręterea. Aut intelligitur hoc de totalitate ex parte essentię, aut potentiarũ. Si essentiæ ergo essentia habet partes & non est simplex. Si potentiarum, secundum qualibet potentiam est in qualibet parte corporis, quod falsum est, ergo falsum est quod sit in qualibet parte tota. Præterea. Cum corpus viuat ab anima immediate informante, si anima est in qualibet parte. ergo quælibet pars viuit per animam immediate, ergo nõ dependet vita vnius partis corporis ab altera, sed hoc falsum est: quia vita omniũ membrorum dependet a corde. Præterea. Corpus habet diuersas partes distinctas, si ergo anima esset in qualibet parte corporis tota. ergo totum esset in pluribus locis simul, quod falsum est. Contra. Forma substantialis adest cuilibet parti materiæ, sed anima est forma substantialis corporis animati: ergo adest cuilibet parti tota. Præterea. Anima æquę cito sentit lęsionem in qualibet parte, hoc autem non esset nisi ęquæ præsens esset cuilibet parti. ergo &c. Respondeo. Dicendum quod totalitas alicuius formę potest accipi tripliciter. Vno modo secundum perfectionem suę rationis. Alio modo secundum integritatem virtutis, Et tertio modo secundum extensionem, sed hic tertius modus non est nisi materialium formarum, quę scilicet sunt obligatę ad materiam, & recipiunt quantitatem per accidens ex dimensione, quę est cõditio materię, sicut color extenditur per extensionem superficiei, & color secundum extẽsionem corporis, & sic, sicut totum corpus nõ est in qualibet parte, ita nec forma tota secundum istam totalitatem, talis autem forma non est anima: vnde nõ potest ei attribui totalitas, nisi vel ratione perfectionis suæ naturæ, vel ratione virtutis. Primo modo constat quod est tota in qualibet parte, sicut & quęlibet alia forma (nam tota ratio caloris inuenitur in qualibet parte corporis calida,) Secundo autem modo nõ tota est in qualibet parte corporis: quia secundum diuersas potentias

ar. 4. De ar. 1 o.

l. superficies.

potentias diuerſa organa perficit. Ad primum, compoſitum ex anima & corpore eſt animal, dicẽdum, ꝙ hoc non eſt verum de quolibet corpore, ſed de corpore organico completo potentia vitam habente. Ad ſecundum de totalitate dicendum, ꝙ accipitur hoc totum pro pſectione naturæ ſuæ; quia, ſecundum philoſophum, totum & perfectum idem eſt. Ad tertium, quælibet pars viuit immediate, dicẽdum prout ly viuit dicit actũ primum vitæ, qui eſt eſſe, quælibet pars viuit imediate æqualiter ab anima, ſed prout dicit operationem cõſequentem vitam, qua vita conſeruatur, non æqualiter, ſed ſic primo & principaliter operatur in corde, vbi deficiente operatione animę, deficit etiam in aliis membris, & ſic deficit vita, quæ habet conſeruari per huiuſmodi operationem. Ad quartum dicendum, ꝙ anima non eſt in corpore: vel in partibus corporis ſicut in loco, ſed ſicut forma in materia, & ideo non ſequitur ꝙ ſit in pluribus locis: immo totum corpus reſpondet animę, loco vnius materiæ.

Diſtinct. Nona.

Nũc ad diſtinctione. &c.

Hic quæruntur duo.
Primo de diſtinctione Filii a Patre.
Secundo de coæternitate.
Circa primum quæruntur duo.
Primo vtrum propter diſtinctionẽ poſſit dici filius alius a Patre.
Secundo vtrum Pater & Filius propter eandem diſtinctionem poſſint dici plures æterni.

Quæſtio prima.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic, p.p.q. 1. ar. 1.o.

AD primum ſic proceditur, & videtur quòd Filius non ſit alius a Patre: quia ſecundum priſci. alius eſt relatiuum diuerſitatis ſubſtantiæ, ſed Pater, & Filius ſunt vnius ſubſtantiæ, ergo vnus non eſt alius ab alio. Præterea. Alius, & aliud non diuerſificant rem ſecundum modum ſignificandi, ſed Pater nõ dicitur aliud a Filio, ergo nec alius. Præterea. Proprietas non facit aliũ, ſed alterum, ſed Pater, & Filius ſola proprietate differunt, ergo vnus nõ eſt alius ab altero, ſed tm̃ alter. Contra. Quæcũq; realiter differũt vnus eſt alius ab altero, ſed Pr̃, & Filius realiter differũt: qa ſunt tres res, ſm̃ Auguſt. ergo Pater eſt alius a Filio. Reſpond. Pater eſt alius a Filio, ſed non aliud: Et ratio eſt: quia adiectiuum in neutro ſubſtantiuatur: Et ideo aliud ſignificat diuerſitatem ſimpliciter, quæ eſt diuerſitas ſubſtãtiæ, & quia vna eſt ſubſtãtia, ſiue eſſentia Patris, & Filii, ideo non poteſt dici Pater eſt aliud a Filio, nec econuerſo. Sed in maſculino, & feminino genere ſemper adiectiuum adiectiue tenetur: Et ideo ſignificat hoc quod eſt alius, & aliam diuerſitatem ſecundum exigentiam termini cui adiunguntur. vnde ſi ſit terminus perſonalis ſignificat diſtinctionem perſonarum: ſi autem ſit terminus ſubſtantialis, ſignificat diuerſitatem ſubſtantiæ: ideo hæc eſt vera, Pater eſt, alius a Filio, & econuerſo: hæc tamen eſt falſa, Pater eſt alius Deus a Filio: ſed ſi hoc ꝙ dico aliud, neutri generis, adiectiue teneretur, & non ſubſtantiuaretur, tunc ſignificaret diuerſitatem, ſecundum exigentiã termini cui adiungeretur. Vnde hæc eſt vera, Pater eſt aliud ſuppoſitum, a Filio: quia per ly aliud denotatur diſtinctio ſuppoſitorum, ſed hæc eſt falſa, Pater eſt aliud in eẽntia a Filio: quia per ly aliud denotatur, diſtinctio eſſentiæ. Ad primum, aliud eſt relatiuum &c. dicendum ꝙ verum eſt, ſed ſubſtãtia eſt duplex, prima, & ſecunda; dicendum ergo ꝙ in diuinis cum dicitur, Pater eſt alius a Filio, ly alius eſt relatiuum diuerſitatis perſonæ & ſubſtantiæ, quæ eſt hypoſtaſis, non

secundæ. Ad secundum ꝙ diuersus modus significandi masculine, vel neutraliter facit ad diuersum intellectum diuersitatis, vt dictum est. Ad tertium proprietas non facit alium sed alterum, dicendum, ꝙ verum est in humanis, nō autem in diuinis: quia proprietas in diuinis distinguit personas, nō autem in humanis: & ideo in diuinis facit alium in persona, & si non in humanis.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ Pater, & Filius non possint dici plures æterni. In symbolo dicitur: Et tamen non tres æterni. ergo non sunt plures æterni. Præterea. Quicquid in diuinis a se dicitur, singulariter de tribus, & non pluraliter prædicatur. sed ęternus a se dicitur: nō enim relatiuum est. ergo singulariter de tribus dicitur, & non pluraliter. Præterea. Sicut vna est deitas trium personarum, ita & est vna ęternitas, sed nō potest dici Pater, & Filius sunt duo dii, propter vnitatē diuinitatis. ergo etiā propter vnitatem æternitatis non potest dici Pater, & Filius sunt æterni. Contra. In symbolo Athanasii dicitur, ꝙ tres personæ sunt sibi coæternæ. Preterea. Adiectiuum recipit numerum a substantiuo, sed æternus est adiectiuum. cum ergo adiungitur duobus, vel pluribus debet prædicari in plurali, & sic idem qđ prius. Respon. Quædam nomina significant in diuinis substantiam substantiue, & quia subiectum non prædicatur in plurali numero, nisi forma a qua imponitur multiplicetur; substantia autē, siue diuina essentia non multiplicatur, ideo talia nomina non prædicantur in diuinis in plurali. Quædam autem sunt quæ significant subiectum adiectiue; & quia adiectiua dicunt adiacētiam, & inhærentiam respectu subsistentis, siue suppositi, in diuinis autē est pluralitas suppositorum, ideo talia nomina quæ significant subiectum adiectiue solum, vt verba & participia plurali in numero, prædicantur de pluribus personis. Quędam vero aliquando substantiue, aliquando adiectiue accipiuntur, vt nomina significantia proprietates consequentes essentiam secundum modum intelligendi, vt æternitas, vel bonitas, & huiusmodi, ſm ꝙ substantiue accipiuntur, non debet dici de tribus in plurali, sed in singulari, secundum ꝙ adiectiue censentur sic dicuntur in plurali. Ad primum ergo patet solutio, ꝙ si æternus sumatur substātiue, tunc prædicatur in singulari de tribus, & sic accipitur in symbolo Athanasii: sed si adiectiue, tunc prædicatur pluraliter. Ad secundum, æternus a se dicitur, dicendum ꝙ quia adiectiuum est quis de se nō sit relatiuum recipit tamē numerum a supposito: Et ideo quādoq; de pluribus suppositis prædicatur, & in plurali numero. Ad tertium dicendum ꝙ Deus non est adiectiuum vt recipiat numerum ab alio, sicut æternus: vnde non posset pluraliter prædicari, nisi propter pluralitatem suæ formæ, quam pluralitatem non est ponere in Deo. Ad quartum, tres personæ sunt coæternę. dicendum ꝙ coæternus propter habitudinem personæ ad personam quam importat propter prępositionem per compositionem additam, semper debet in plurali numero prędicari, non in singulari. Ad quintum patet solutio ex iam dictis

Quæstio secunda.

Circa secundū quęruntur duo.

Prio vtrū P̄r sit aliquo mō prior Filio. Secundo si generatio Filii est æterna, quibus verbis significari debeat.

Articulus primus.

In alio scri. vt h.

AD primum sic proceditur. & videtur quòd Pater prior sit Filio: Sicut

cut enim se habet corruptio ad desitionem, ita se habet generatio ad inceptionem, sed omne quod corrūpitur desinit esse. ergo omne quod generatur incipit esse; & ita Filius cum generatur est posterior Patre. Preterea. Nihil accipit aliquid nisi quod non habet, sed omne qđ generatur accipit esse a generante. ergo omne quod generatur ante generationem non habet esse, & sic idem qđ prius. Preterea. Principium naturaliter prius est eo cuius est principium, sed Pater est principium Filii. ergo Pater, natura est prior Filio. Praeterea. Dare esse, prius est dignitate q̄ suscipere. ergo Pater, cū det esse Filio dignitate prior est eo. Contra. Quo aliquid est prius, nō est primum simpliciter nec vniuersaliter. ergo non est Deus sed Filius est Deus. ergo nihil est prius ipso. Respon. In Patre, & Filio duo sunt. s. essentia cōmunis, & relatio distinguens. Quo ad primum non potest esse prioritas: quia idē est in vtroq;, quo ad secundum vero nō potest, quia correlatiua simul sunt natura, tēpore, & intellectu. Dicendū ergo q̄ Pater nullo modo prior est Filio, nec natura, nec duratiōe, nec dignitate, nec intellectu. Ad primum, quod generatur incipit esse, dicendum quòd verū est de generatione quae est cum mutatione, quę opponitur corruptioni, sed generatio qua Filius generatur nō dicit mutationem, sed solum emanationem. Ad secundum, nihil accipit nisi quod nō habet, dicendum quòd aliquis accipit esse ab alio, non tantum quia non habet eē, sed quia habet non a se, sed ab alio, & sic Filius accipit esse a Patre, non quia non habet esse, sed quia habet esse ab alio nō a se, & hoc habet ab ęterno. Ad tertium, principium naturaliter &c. dicendum quòd pricipium potest dupliciter cōsiderari, Vel id quod est principium, & hoc est prius naturaliter eo cuius est principium, vel secundum ratione͂ principiis, & sic sunt simul natura, sicut & quęlibet Relatio In Deo autem ipsa relatio principii constituit personam cui contingit relatio principii, & ideo nullo modo Pater est Filio prior, cuius est principium. Ad quartum de dignitate: dicendum quòd vbi differt esse dantis & accipientis dignius est dare q̄ accipere, sed hic non differt.

p.p.q. 27.ar. 2.ad.1. De po. q.3.ar. 13.ad ter. De po. vbi su. ad pri. De po. vbi su. ad qu.

Articulus secundus.

Ad secundum sic proceditur, & videtur quòd generatio Filii significari debeat per pręsens tempus. Pręsens enim maxime ęternitati compe tit eo quòd non habet successionem, sed generatio diuina est ęterna. ergo debet significari per pręsens tempus. Prętera. Perfectior est potentia semper actui coniuncta, q̄ non cōiuncta, sed potentia Patris est perfectissima. ergo semper actui generationis est coniuncta: sed per praesens significatur actui cōiuncta, per pręteritum non. ergo generatio diuina perfectius significatur per praesens tempus q̄ per praeteritum. Contra. Quod semp est in fieri non est perfectū. ergo quod semper est perfectum male significatur vt in fieri. sed generatio Filii semper est perfecta, praesens autē tempus significat eam vt in fieri ergo &c. Praeterea. Augustinus dicit. melior est qui semper natus est quàm qui semp nascitur. Respon. Successiuorum nō simul est esse & perfectio: quia cum completa sunt, non sunt. Quāuis autem generatio creaturae sit successiua, generatio tamen Filii Dei non est: quia non est in tēpore hoc, sed in momento ęternitatis, Et ideo q̄uis generatio creaturae nō sit, cum perfecta est, generatio tamē creatoris simul est & perfecta est. Et ideo tam verbo praeteriti temporis significante perfectionem, q̄ verbo praesentis temporis significante actualitatē significari po

In alio script. vt hic,

p.p.q. 42. ar. 2.c. De po. q.3.ar. 13.c.

test. Vnde bene dicimus Filium generati, & Filium natum: sed quia simul est & perfecta est, ideo perfectius significatur per vtrūq; verbum simul, siue per aduer-
l. verbum
bium pręsentis tēporis & aduerbiū pręteriti temporis, vt cū dicitur Filius semper est natus. Ad primum pręsens maxime &c. dicendum ꝙ verum est, quia ponit esse in actu, tamen in his quæ per modum fieri significant importat imperfectionem: quia talia dum habent esse imperfecta sunt, & ideo in talibus congruentius vtimur pręterito tempore, & aduerbio pręsentis temporis, q̄ verbo tantum pn̄tis tēporis. Ad secundum dicēdū ꝙ q̄uis sit actui coniuncta semper generatio diuina, tamen quia significatur vt in fieri, siue per modum successionis, quorum esse cum est non est perfectum, ideo ad significandum perfectionem diuinæ generationis, non tantum verbis pręsentis, sed pręteriti temporis debemus vti. Ad ea quæ in contrarium opponuntur patet responsio ex dictis.

Distinct. Decima.

Nunc post æternitatem filii &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quinq;.

Primo vtrum Spiritussanctus procedat vt amor.

Secūdo vtrum sit amor quem habet Pater in Filium, & econuerso.

Tertio vtrum sit nexus, vel vnio Patris, & Filii.

Quarto vtrum ex processione sua possit dici proprie Spiritussanctus.

Quinto de numero personarum.

Articulus primus.

In alio scrip. vt nic. p. p q.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ Spiritussanctus non procedat vt amor: Nunquā. n. natura communicatur nisi per actum naturę, sed amor non significat actum naturæ, sed magis 27. a
voluntatis. ergo, cum per processionem 4.c.
Spiritussancti communicetur tota natu 4.co
ra, videtur ꝙ Spiritussanctus non proce c.23.
dat vt amor. Præterea. Non est idem modus processionis creaturę, & psonæ diuinæ, sed creaturę procedunt a Deo per actum voluntatis, vt Hyl. dicit. ergo nulla persona procedit per actum volūtatis. ergo nec per modum amoris. Præterea. Modus processionis personæ est proprius personę procedenti. sed amor cōmunis est tribus personis. ergo nulla persona procedit vt amor. Contra. Non est perfecta summi boni cognitio sine adiunctione amoris. ergo vbi est processus aliquis per modum perfectæ cognitionis oportet ꝙ sit alius per modum perfecti amoris. ergo, cum filius pcedat per modum intellectus a Patre, siue vt verbum ergo Spiritussanctus procedit per modū volūtatis, siue vt amor. Præterea. Spiritussanctus procedit vt donum, vt Augustinus dicit; sed prima ratio doni, est amor. ergo procedit per modum amoris. Respon. Processus personarum est ratio processionis creaturarum, secundum illud Apostoli ad Eph. iii, Ex quo omnis paternitas in coelo & in terra nominatur. In creaturis autem duplex est processio. s. per modum naturę & per modum voluntatis. Ergo in creatore duplex est processio. Vna per modum naturę, altera per modū voluntatis: vt hęc duplex processio sit ratio duplicis processionis in creaturis. Et ideo sicut Filius procedit per modum processionis naturę, ita Spiritussanctus per modum processionis volūtatis, quæ quidem processio est amoris. Ad primum, natura non cōmunicatur, dicendum ꝙ sicut per primū processum naturæ cōmunicatur tota natura: ita per primum processum voluntatis cōmunicatur tota voluntas, sed quia voluntas in Deo

Deo idem est cum natura, ideo etiam cõmunicatur tota natura per processum voluntatis; Quãuis enim in natura inferiori non nisi per actum naturæ cõmunicetur natura tamen in diuinis põt cõmunicari per actum voluntatis, quia voluntas est ipsa natura. Ad secundũ dicendum ꝙ quãuis sit processus creaturæ per modum amoris, non tamen est idem modus: quia creatura procedit vt amatum solum, vel volitum, sed Spiritussanctus vt ratio amandi & volendi, quia vt amor. Sic creatura procedit a Deo vt exemplatum, sed Filius vt exemplum, qa vt ars, & imago Patris. Ad tertium dicendum ꝙ charitas, & amor potest tripliciter accipi, essentialiter, notionaliter, personaliter, essentialiter, quando in nomine amoris intelligitur processio ſm modum intelligendi tantum, sicut & in nomine operationis, quæ tamen est diuina essentia, & sic est cõmunis tribus. Personaliter autem, quãdo in nomine amoris importatur processio realis, & sic solus Spiritussanctus amor est. Notionaliter vero inquãtum significat ipsam relationem, quæ est principium amoris personalis, & sic amor significatur, non per nomen, sed per verbum, vt cum dicitur Pater, & Filius diligunt se: Diligere enim est amorem emittere, & sic est commune Patri, & Filio, sicut, & cõis Spiratio.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ Spiritussanctus non sit amor quem habet Pater in Filium, & ecõuerso: quia qui procedit vt in alium tendens non procedit vt in se subsistens. sed Spiritussanctus procedit vt in se subsistens, ergo non vt in alium tendens; & ita non est amor tendens a Patre in Filium, & econuerso. Præterea. Si Spiritussanctus est amor mutuus a Patre in Filium, & econuerso ergo sicut Filius recipit amorem a Patre: ita Pater a Filio, & ita Pater recipit aliquid a Filio: quod falsum est. Præterea. Nullus amor mutuus est vnitus, quia duorũ duo sunt amores. sed Spiritussãctus est amor vnitus. ergo non est amor, mutuus, & ita nõ est Patris in filium, & Filii in Patrem. Contra. Hieronymus super Psal. Dñe quis habita. in ta. t. dicit ꝙ sicut Spiritussanctus est amor Patris in Filium, ita & Filii in Patrem. Præterea. Perfectior est dilectio mutua q̃ non mutua, sed Spiritussanctus est dilectio perfectissima. ergo & mutua. Respon. Circa processionem Spiritussancti duo possunt considerari. s. processio, & modus procedendi. Ex processione, inquantum huiusmodi non habet ꝙ sit a Patre in filium, vel econuerso, sed ꝙ sit persona per se subsistens, & distincta. Ex modo autem procedendi inquantum. s. procedit vt amor, habet ꝙ sit ab vno in alium: & sic est mutuus, non tamen est ab vno in alium vt in recipientem amorem, sed vt in terminum & obiectum amoris: sicut cum dicitur. Diligo Deum, Deus nihil recipit a me, sed tãtum est obiectum amoris mei. Ad primum, qui procedit &c. dicendum ꝙ eo quod est procedens in se subsistit, sed rõne modi procedẽdi sic est ab vno in alium tendens. Ad secundum dicendum ꝙ non sequitur, si Spiritussanctus est amor Filii in Patrẽ ꝙ Pater recipiat a Filio, sed ꝙ obiectum amoris Filii est tantum sicut visum est. Ad tertium dicendum ꝙ amor, mutuus qui est talium qui habent diuersas voluntates non est vnitus, sed Pater & Filius vnam penitus voluntatem habent, & ideo vnitũ amorem.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic.

AD tertium sic proceditur, & videtur quòd Spiritussanctus non sit nexus Patris & Filii: Nexus enim non est nisi separatorum, sed Pater & Filius non sunt separati: quia Pater est in filio, & econuerso. ergo eorum nõ est

aliquis nexus. Præterea. In nexu cō ueniunt qui connectuntur, sed Pater & Filius non conueniunt in vna persona. ergo nec nectuntur in vna persona, & ita Spiritussanctus non est nexus illorū. Præterea. Quod ab aliquibus discre tum est,& distinctum, non est vnitiuum illorum,sed Spiritussanctus a Patre, & Filio,est distinctus ergo non est vnitiuus illorum. Contra. Augustinus dicit ꝙ amor est copula amantis & amati. sed Spiritussanctus est amor Patris,& Filii ergo est copula vtriusq;. Præterea. Secundum August. Spiritussanctus est amoris suauitas, quo genitus genitori coniungitur. Respon. Dicendum ꝙ aliquid potest dici nexus duorum dupli citer.Vno modo sicut in quo duo vniū tur:vt si dicamus prolem esse nexum Pa tris,& Matris,& sic Spiritussāctus ex ipsa processiōe dicitur nexus Patris,& Filii, inquantum procedit cōiter ab vtroq;. Alio modo sicut quo duo vniuntur vt vinculum coniungens aliqua duo, & sic etiam Spiritussanctus habet ꝙ sit nexus Patris, & Filii inquantum procedit vt amor Patris,in Filium,& econuerso, si cut dictum est. Ad primum, nexus nō est &c.dicendū ꝙ Pater & Filius duplici ter possunt considerari.Vel inquantum conueniunt in essentia,& vniuntur in a more essentiali,vel inquātum distinguū tur in personis,& sic vniuntur per con sonātiam amoris personalis,qui est Spi ritussanctus. Ad secundum,Pa.& Fi.&c. dicendum ꝙ verum est formaliter cōue niunt tamen originaliter: quia vnius p sonæ sunt origo .s. Spiritussancti,& sic est nexus eorum. Ad tertium dicendū ꝙ non est verum vniuersaliter. Nam a duobus corporibus glutinosis intelligi tur aliquid ab eis discretum procedere, quo nihilominus illa nectūtur & vniun tur.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & vi detur ꝙ persona quæ procedit vt amor non proprie dicatur Spiri tussanctus. Quod.n.est cōmune tribus personis nō efficitur proprium, nisi ad iuncto aliquo proprio,sed Spiritus,no men cōmune est tribus,sanctus similiter ergo hæc duo per se non faciunt nomē alicuius personæ propriū. Prætereas. A quo habet res cognosci ab eo debet proprie nominari. Sed a notione persō narum habet persona cognosci. ergo debet ab ea denominari. Sed hoc nomē Spiritussanctus,non nominat aliquā no tionem tertiæ personæ in Trinitate. er go non est propriū nomē eius. Prætea rea. Sicut processio quæ est per modū amoris est sancta,ita illa quę est p modū naturæ,sed per istā nō dicitur Filius san ctus. ergo nec p istā dicitur Spūssanctus. Cōtra. Dicit Aug. ꝙ qa psona est cōis, ideo recte habet nomen cōe.s. Spiritus sanctus. Prætereā. Communi vsu tra ctatorum scripturæ appellatur Spiritus sanctus. Respon. Hoc quod dico Spi ritussanctus pōt dupliciter accipi. Vel vt oratio,& sic est cōmune toti Trinita ti,vel vt dictio, & sic est ex vsu ecclesiæ appropriatum nomē personæ, Spiritus sanctus. Cuius ratio vna est ex modo procedendi:Nam nobis processus gene rationis corporalis est,sed processus a moris est spiritualis. Alia est ratio ab effectu:quia amor,qui est donum eius,fa cit nos spiritales. Ad primum qđ op ponitur de nomine cōmuni &c. dicen dum ꝙ Spiritussanctus prout accipitur vt oratio,est nomen cōmune, sed prout dictio,est nomen personæ appropriatū ex vsu ecclesiæ. Ad secundum dicendū quòd hoc verum est quando inuenitur nomen conueniens ad hoc. sed a parte hac non inueniebatur, quia in creaturis inuenietur aliqua res subsistens procede

In ali scripț vt hic p.p.q 37. ar. 1.0.

p.p.q. 36. ar. 1.0.

re per viam generationis non autẽ per viam amoris,& ideo ex nominibus quæ a nobis sunt creaturis imposita potuit aliquid transferri ad significãdum proprie personam Filii,non autem ad designãdum proprie personam Spiritussancti. Ad tertium dicendum ꝙ Filius nõ dicitur sanctus,dicendum ꝙ ratio est,quia sanctitas est conditio voluntatis potius q̃ naturę,ideo potius additur nominationi personę procedentis per modum voluntatis q̃ per modum naturæ.

Articulus quintus.

In alio script. vt hic, p.p.q. 30. ar. 2.0. 4.con. c.26. De po. q.9.ar. 9.0. Op. 3. c.56.& 62.

AD quintum sic proceditur,& videtur ꝙ non sint tantum tres personæ in diuinis. Non enim plus distat voluntas a natura q̃ intellectus,sed alia est persona procedens per modum volũtatis ab illa quæ procedit per modũ naturæ.ergo oportet esse aliam quæ procedit per modum intellectus,& sic alia persona debet esse verbũ,& alia Filius. Præterea. Sicut est perfectio naturæ & liberalitatis in Patre,& Filio: Sic in Spiritusancto. Si ergo propter perfectionem naturę & liberalitatis conuenit Patri,& Filio vt spirent tertiam personam,similiter spirare quartã conuenit spirituisancto. Præterea. In Deo nõ est solum natura,& voluntas,sed multa alia attributa.ergo qua ratione penes hæc duo accipiuntur aliqui modi processionum personalium,ita penes alia debent accipi. Econtra videtur ꝙ sint tantum duę personę. Personæ.n. non distinguuntur nisi per relationem originis,sed relatio originis est ſm quam aliquis est ab alio.ergo videtur ꝙ sit vna tantum persona quæ sit ens ab alia,& reliqua a qua alius.ergo sunt tantum duę personæ. Respon. In Deo sunt tres personæ tantum,& hoc secundum fidẽ,& rationem:quia personæ nõ distinguũtur nisi per relationes originis. Duplex autem est modus originis siue processionis.s.per modum naturę,& per modum voluntatis.sicut duplex est agens.s.a natura & a proposito. Istæ autem duplex modus processionis non distinguit personam a qua est processio,sed personas procedentes,quia quãuis ab eodem possent aliqua procedere diuersis modis,non tamen idem diuersis modis poterit procedere;& ideo sunt duę personę procedentes,vna per modum naturæ.s. Filius:reliqua per modum voluntatis scilicet Spiritussanctus & vna a qua est vtraq; processio scilicet Pater; Et ideo tres sunt personę in diuinis Plures autẽ esse non possunt,quia processiones personarum non possunt multiplicari secundum numerũ:quia in Deo nulla est materia:multiplicatio autẽ secundum naturam in eadem specie est secũdum materiam. Ad primum de intellectu dicẽdum ꝙ processio naturæ est per expressionem speciei vnius in altero. Necesse est enim vt genitus habeat speciem generantis,species autem in natura in materiali,cuiusmodi est diuina,ratio est intelligendi inquantum hmõi,non autem ratio amandi,nisi ſm quod adiungitur ratio boni;& ideo in diuinis ipsa processio per modum naturę est per modũ intellectus,non autem per modum amoris. Ad secundum dicendum ꝙ sicut natura in Patre est principium generationis inquantum est idem re ꝙ paternitas,quæ in Filio non est,q̃uis sit in eo eadem natura,& propter hoc non generat;ita liberalitas in Patre & Filio est principium Spiritussancti ratione communis spirationis:quæ quia in Spiritusancto non est,q̃uis in eo sit liberalitas non producit ex se aliam personam. Ad tertium dicendum ꝙ alia attributa,vel non habent rationem principii actiui in cõmuni sicut bonitas,vel habent rationem principii actiui in communi;sicut potentia:habent tamen omnia ta-

tione principii exemplaris: Et ideo secundum alia attributa processiones in diuinis non sumuntur nisi secundum naturam, & intellectum, & voluntatem. Ad vltimum dicendum quod relatio constituens personam debet esse indiuisibilis propter hoc quod persona est incommunicabilis, sed quia ab alio diuiditur secundum diuersos modos: ab alio existendi: Et ideo secundum hoc non accipitur vna tantum persona, sed duę.

Distinct. Vndecima.

Hic dicendū est etc.

Quęstio vnica.

Hic quęruntur quattuor.

Primo vtrum a Patre, & Filio procedat Spiritussanctus.

Secundo an procedat ab eis inquantum sunt vnum.

Tertio inquantum sunt vnū in essentia.

Quarto an Pater, & Filius sint vnus spirator Spiritussancti.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p.p.q. 36 ar. 2.o. De po. q. 10. ar.4.o. Op. 1. c. 34. & deinceps opu.3. c.49. 4.con. c.24.& 25.

AD primum sic proceditur. Videtur quod Spiritussanctus non procedat a Filio: Dicit enim Dam. Spiritum a Patre dicimus, & Spiritum Patris nominamus. Pręterea. Nullum simplex potest esse a duobus, sed Spiritussanctus est simplex. ergo non est a duobus. Pręterea. Spiritussanctus non minus conuenit cum Patre quam Filius. si ergo Filius communicat cum Patre in spiratione Spiritussancti, videtur quod Spiritussanctus communicet cum Patre in generatione Filii, sed hoc est falsum. ergo primum. Prætera. Aut perfecte spirat Pater Spiritumsanctum, aut non. si non. ergo est aliqua imperfectio in Patre, quod est impossibile, si perfecte, ergo superfluit Filius. Contra. Io. xvi. dicitur. Ille me clarificabit quia de meo accipiet. ergo aliquid accipiet a Filio. sed quicquid est in illo est totus ipse, ergo se totum accipit a Filio. ergo procedit ab illo. Prætera. Io. xv. dicitur. Cū venerit Paraclitus quem ego mittam &c. sed si non procederet ab eo nō mitteret eum. ergo procedit ab ipso. Respon. Dicendum quod necesse est ponere Spiritumsanctum a Patre, & Filio procedere; Aliter enim sequitur adminus triplex inconueniēs, Quorum primum est quod Pater, & Filius non sunt perfecte vnum, quod est hæresis Arrii: Ex hoc enim quod perfecte Pater, & Filius sunt vnum, sequitur quod Pater, & Filius in omnibus communicāt, nisi in paternitate, & filiatione. Esse autem principium Spiritussancti, neque ad rationem Paternitatis pertinet neque ad rationem filiationis: vnde oportet quod in hoc Pater, & Filius communicent. Secundum est quod Filius, & Spiritussanctus non essent personæ distinctę. Quod est error Sabellii: Nam cum tres personæ sint vnius essentiæ, non potest esse personarum distinctio nisi secundum relationes originis prout vna persona est ab alia, Spiritus aūt sanctus a Filio non distinguitur per hoc quod est a Patre. Si ergo non distinguitur ab eo per hoc quod vnus eorū est ab alio, nulla erit distinctio inter eos, non autem Filius est a Spiritusancto: quia ex hoc quod Filius est, solum a Patre est. restat ergo vt Spiritussanctus sit a Filio. Tertium est quod Spiritussanctus sit creatura, quod est error Macedonii. In his enim in quibus processus necessarius est vnius ab altero, necesse est quod vnum sit ab vno, sed in his quæ producuntur vt volita possibile est ab vno procedere plura. Si ergo pręter processionem Filii qui naturæ ordine a solo Patre procedit, procedat vt est a solo Patre Spiritussanctus, sequitur quod Spiritus non procedat a Patre naturæ ordine, sed solū quia Pater sic voluit, hic autē modus est quo a Deo creaturę procedunt. sequitur ergo Spiritū- sanctum

sanctum esse creaturam, quod est hæreticum: ideo oportet dicere ꝙ Spiritussanctus sit a Patre, & Filio. Ad primũ de Dam. dicendum ꝙ Dam. non negat ita esse, tamen nõ affirmat: quia dicitur fuisse tempore quo incepit controuersia super hac quæstione inter græcos, & latinos: vnde in persona grecorum loquẽs dicit. Non dicimus, nõ tamen negat ita esse. Ad secundum dicendum ꝙ verũ est a duobus diuersis per essentiam: quia quæ differunt per essentiam differunt et per virtutem, & operationem. Ad tertium dicendum ꝙ quia Spiritussanctus procedit a Filio, ideo Filius non potest procedere a Spiritussancto: quia impossibile est ꝙ respectu eiusdem idem se habeat in ratione pricipii, & eius quod est a principio. Ad quartum dicendum ꝙ perfecte spirat Pater, non tamen Filius superfluit: quia sunt vnum in spirando, & hoc non est ex imperfectione Patris, quia indigeat Filii adiutorio, sed ex perfectiõe Filii: quia in omnibus assimilatur Patri, quæ non repugnant proprietati eiusdem.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, p. p. q. 36. ar. 4. c. 4. con. c. 25. fi. AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ Spiritussanctus non procedat a Patre, & Filio inquantum sunt vnum. Spiritussanctus procedit a Patre & a Filio, vt nexus amborum: nexio autem non est vnius, sed plurĩũ: ergo procedit ab eis vt sunt plures, non vt sunt vnum. Præterea. Spiritussanctus est amor mutuus Patris, & Filii, vt dictũ est supra: sed amor mutuus ẽ a duobus. ergo & Spiritussanctus. Præterea. Actus sunt suppositorum. si ergo spirare est actus Patris, & Filii, oportet ꝙ sit actus eorum, inquantum sunt supposita quædam, sed suppositũ Patris distinguitur a supposito Filii. ergo procedit ab eis Spiritussanctus inquantum sunt distincti. Contra. Pluses sunt Pater, & Filius suis proprietatibus ergo si ab eis Spiritussanctus procedit vt sunt plures. ergo procedit a Patre: vt Pater est, & a Filio, vt Filius est. ergo Pater paternitate, Filius filiatione refertur ad Spiritũsanctum quod falsum est. Præterea. Pater, & Filius inquantum sunt plures distinguuntur, non autem vniuntur, sed Spiritussanctus est vnio Patris, & Filii. ergo non procedit ab eis inquantum sunt plures. Respon. Actus est alicuius vt agentis, & alicuius vt principii actionis: si ergo, ly inquãtum replicet conditionem agentis, sic Pater & Filius, inquantũ sunt plures, spirant Spiritumsanctum. Si autem replicet conditionem principii actionis, sic inquãtum sunt vnum in virtute spiratiua, spirant Spiritumsanctum. Ad primum de nexu dicendũ ꝙ nexus non est vnius, sed plurium, non tamen solum vt plures sunt, sed vt coniunguntur in aliquo vno. Ad secundũ dicendum quod amor mutuus est plurium, sed tamen vnicorũ in aliquo vnõ. Ad tertium dicendum quòd spirare est plurium suppositorum, conuenientium tamen in vna virtute spiratiua. Ad quartum dicendum quòd quãuis procedat ab eis, vt plures sunt secundum rõnẽ agentium, non tamen secundum formã eos pluriscantem. s. paternitatem, & filiationem: inquantum sunt spirationis principium, sed secundum formã vnam in qua conueniunt. Ad quintum dicẽdum quòd inquantum plures sunt solũ, non conueniunt spirando Spiritumsanctum, sed inquantum sunt plures agentes per vnamvirtutẽ spiratiuã in vtroq.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur. Videtur quòd Spiritussanctus procedat a Patre, & Filio, inquantum sunt vnum in natura: Natura non cõmunicatur nisi per actum naturæ. ergo cũ per spirationẽ natura cõmunicetur Spi- In alio script. vt hic,

rationis erit natura ipsa principium. ergo Pater, & Filius, inquantum sunt vnũ in natura spirant Spiritumsanctum.

Præterea. Non potest esse in duobus suppositis distinctis vna proprietas: quia proprietates numerantur secundũ supposita. ergo non spirant, vt sunt vnũ in notione aliqua, sed in essentia. Præterea. Ansel. dicit ꝙ ridiculum est dicere ꝙ propter relationem tota essentia Patris & Filii sit in Spiritusancto, & nõ potius propter essentiam. Contra. In vnitate essentiæ conueniunt tres personæ. ergo si spirare conuenit duobus, secundum ꝙ sunt vnum in essentia, conuenit etiam tertiæ personæ. Præterea.

Omnis actus proprius aliquorũ egreditur a forma aliqua, quæ est propria ipsorum: vnitas autem essentiæ non est forma propria illorum duorum. ergo non est essentia in eis spirandi principium, quod est actus proprius illorum.

Respon. Essentia tantum in Patre, & Filio non potest esse spirationis principium, nec solum proprietas relatiua: quia si essentia secundum rationem essentiæ esset principium actus notionalis, essentia distingueretur. Proprietas autem relatiua esse non potest principium concreandi diuinam naturam, vt dicit Ansel. Dicendũ est ergo ꝙ essentia quæ est in Patre, & Filio ratione alicuius notionis, quæ cõmunis est Patri, & Filio, quæ est idem re ꝙ essentia, & dicitur communis: spiratio est principium spirationis Spiritussãcti: Et hoc est quod cõmunius dicitur ꝙ spirãt Spiritumsanctum inquãtum sunt vnum in potẽtia spiratiua, vt potentia referatur ad essentiam: Hoc autem quod dico, spiratiua, ad notionem: potẽtia enim spirandi, sicut & potentia generãdi, dicit essentiam, cum modo tamen existendi, hoc vel illo: & dicit essentiam principaliter in recto, relationem autem in obliquo, vt habetur supra distin. vii. Ad primum, natura non communicatur nisi per actum naturæ, dicendum ꝙ verum est, sed determinata communicatio naturæ debet esse per actum naturæ acceptæ sub aliqua propria ratione, Et ideo cummunicatio, per quam procedit Spiritussanctus, est actus naturæ, inquantum est idem re, ꝙ communis spiratio. Ad secundum de suppositis distinctis, dicendum ꝙ duobus distinctis per essentiam nõ potest inesse proprietas vna, sed duobus quæ quidem sunt in essentia vnum. Ad tertium de Ansel. dicendum ꝙ non intendit dicere ꝙ relatione Pater, & Filius non spirent Spiritumsanctum, sed quod non solum, sed essentia sub ratione relationis. Ad ea quæ in contrarium opponuntur dicendum ꝙ ipsa vnitas essentiæ nõ est tota causa spirationis, nisi inquantũ ipsa est coniuncta cum notione cõmunis spirationis. Hoc vero non est in tertia persona, & ideo non conuenit ei actus spirationis.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur. Videtur quod Pater, & Filius debeant dici vnus spirator: Spirator enim dicitur ab actu spirandi, ergo ab vno actu spirandi debet dici vnus spirator, sed vnus est actus spirandi in Patre, & Filio. ergo sunt vnus spirator. Præterea. Tres personæ ab vno actu creandi dicũtur vnus creator. ergo duæ personæ ab vno actu spirandi debent dici vnus spirator. Præterea. Pater, & Filius dicũtur vnum principium Spiritussancti, sed non nisi spirãdo. ergo debent dici vnus spirator. Contra. Quicunq; spirant sunt spiratores. sed Pater, & Filius spirãt ergo &c. Præterea. Hyl. dicit: Spiritumsanctum procedere à Patre, & Filio authoribus, sed non sunt authores, nisi prout sunt spiratores. ergo Pater, & Filius non sunt vnus spirator Spiritussancti,

In aliis script. vt hic, p.p.q. 36. ar. 4. ad secũdũ primũ.

sancti, sed plures. Respon. Dicendum ꝙ circa hoc est duplex opinio: Quidam enim dicunt ꝙ Pater, & Filius sicut dicũtur vnum principium Spiritussancti, ita debent dici vnus spirator, non tñ vnus spirans, si spirans adiectiue teneatur: qa adiectiua recipiunt numerum a suppositis, substantiua autẽ a forma significata. Vnde cum spirator sit substantiuum, spirans adiectiuum, Pater, & Filius debent dici duo spirantes, propter pluralitatẽ suppositorum: vnus autẽ spirator, propter vnitatem virtutis spiratiuæ. Et ad authoritatẽ Hyl. respondent ꝙ posuit ly authoribus pro, spirantibus, & hoc dicit Alanus in regulis theologiæ. Alii dicunt ꝙ quia spirandi actus est Patris, & Filii, aliquo modo vt sunt plures, ideo pluraliter debet prædicari, vt dicatur Pater, & Filius sunt spiratores. Secus aũtem est de actu creandi qui est trium solum, sꝫm ꝙ sunt in essentia vnum: Et ideo Pater, & Filius dicuntur vnus creator, sed duo spiratores, & ꝑm vtrãq; opinionem de facili patet responsio ad obiecta. Ad *primum, actus vnus est*, dicendũ ꝙ quãuis sit vnus, tamen significatur vt egrediens a pluribus suppositis. Ad secundũ de creatore dicendum, ꝙ non est simile, quia actus ille egreditur ab eis vt sunt vnum omnino, sed actus spirandi egreditur ab eis, vt sũt aliquo modo distincti. Ad tertium de principio dicendum ꝙ non est simile, quia principium respicit ad rationem spirandi, siue relationẽ quę est vna, spirator vero respicit supposita, siue psonas, quæ sunt multæ.

In scr. vt h. p.p. 36. 4.a pri.

Distin. Duodecima.

Item quæritur etc.

Quęstio vnica.

Hic quęruntur quattuor.

Primo an Spũssanctus procedat prius a Patre q̃ a Filio.

Secundo an magis vel plenius ab vno, quàm ab alio.

Tertio an ęque immediate ab vtroq;.

Quarto an Patri sit attribuenda authoritas in spiratione Spiritussancti.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ Spiritussanctus prius procedat a Patre, q̃ a Filio: Spiritus enim sanctus procedit a Patre, aut ergo iam nato Filio, & ita Filius est prior Spiritusancto, aut nondum nato; & ita Spiritussanctus prius procedit a Patre, q̃ a Filio: quia non potest procedere a Filio nisi iam nato. Pręterea. Prius est cõmune q̃ proprium. ergo quod inest alicui secundum cõmune prius est q̃ quod inest secundum proprium, spirare autẽ Spiritumsanctum inest Patri secũdum cõmunem notionem cum Filio: generare autem Filium, secundum proprium, ergo prius inest actus spirandi, q̃ generandi. ergo spiratio Spiritussancti a Patre prior est q̃ gñatio Filii. ergo prius procedit a Patre, q̃ a filio. Præterea. Pater est principium de non principio, Filius principium de principio, sed naturaliter prius agit & producit principium, sine principio q̃ principium de principio. ergo quicquid a Patre, & Filio procedit, prius procedit a Patre, q̃ a Filio. Cõtra. Athan. dicit ꝙ in Trini. nihil est prius aut posterius. Pręterea. In vno non est prius aut posterius, Spiritussanctus procedit a Patre, & Filio, secundũ ꝙ sunt vnum. ergo non secundum prius & posterius. Respon. In diuinis, secundum August. est solus ordo naturæ. s. secundum originem, qua vnus ex alio, non ordo secundum prius & posterius, quo vnum sit prior altero. Vnde Pater Filio; aut Spiritusancto nullo modo prior est, nec econuerso: quia secundum naturam vnum sunt, secundũ proprietates personales correlatiue se ha-

In alio scr. pt. vt hic.

p.p.q. 42.ar. 3 o. D: po. q. 10. ar.3.c.

bent: relatiua autem sunt simul natura duratione, & intellectu, & sic vna persona nullo modo est prior altera, & eadē ratione Spiritussanctus non prius procedit a Patre, q̄ a Filio. Ad primum: aut iam nato, dicendum ꝙ non est diuisio sufficiens: quia, quāuis natum, & non natum opponantur contradictorie, nō tamē procedere iam nato Filio, aut nō nato. sicut quāuis homo, & non homo opponantur contradictorie, non tamē esse album hominem, aut album nō hominem. Neutrum ergo dicēdum; & est simile si dicatur, splendor procedit ab igne, aut ergo iam orto calore, aut non dum orto: vtrūq; enim falsum est, sed simul dum oritur. Ad secundum, prius cōmune, dicendum ꝙ hoc intelligitur vbi cōmune icluditur in rōne propria, sicut prius est animal q̄ homo, nō tamē album q̄ homo, quāuis album sit prius cōmunius. Spiratio vero nō includitur in ratione generationis, vnde nō oportet ꝙ sit prior, quāuis cōmunior. Ad tertium prius naturaliter agit pricipiū sine principio; dicendum ꝙ verum est, vbi diuersa virtus est vtriusq; principiū, non tamē vbi vna est, & eadem.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ Spiritussāctus magis procedat a Patre quàm a Filio. Omnis causa primaria plus influit in suum causatū quàm causa secūdaria, sed Filius est quasi causa secundaria, Pater autem quasi causa primaria. ergo & Spiritussanctus magis procedit a Patre quàm a Filio. Preterea. Propter ꝙ vnumquodq; & illud magis. si ergo propter Patrem spirat Filius: quia Filius habet a Patre ꝙ spiret. magis spirat Pater quàm Filius. Preterea. Spiritussanctus habet a Patre ꝙ procedat a Filio, & non econuerso. ergo plus habet a Pre, quàm a Filio. ergo plus procedit ab ipso. Contra, Vbi est vnitas, ibi non est magis, & minus, Pater, & Filius sunt vnum in spirando. ergo vnus non spirat magis altero. Preterea. In Trinitate est summa equalitas. ergo non est ibi neq; maius, neque minus. Respon. Quāuis virtutē spiratiuā Filius habeat a Patre, quia tamē illa vna, & eadem est in Patre, & Filio tota, non magis procedit Spiritussanctus a Patre quàm a Filio, nec plenius: sicut Filius non est minus Deus, quàm Pater a quo accipit deitatem: quia vnam, & equalem accipit. p.p.q. 36.ar. 3. ad secundū: Ad primum de causa primaria dicendum, ꝙ nec Pater, nec Filius proprie est causa Spiritussancti, sed principium: quia tantū est ad cuius esse sequitur aliud. i. diuersum in essentia, cū etiam eadē sit virtus spirandi in vtroq;, non tamen vnus eorum est principium primarium, alter secundarium. Ad secundum, propter quod vnūquodq; tale, dicēdū ꝙ veritatē propositio habet vbi est rō causalitatis, hoc aūt nō est in propositio. Ad tertiū Spūssanctus a Patre, dicendū ꝙ hoc non facit, ꝙ plus habeat a Patre, quàm a Filio, cum totum eque habeat ab vtroq;, sed ipsa spiratio aliquo modo comparetur ad Patrem, quo non ad Filium: quia in filio est a Patre. & nō econuerso.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur. Videtur ꝙ Spiritussanctus procedat a Patre mediante Filio. In alio script. vt hic, p.p.q. 37. ar. 3.0. Op. 1. c.42. Illud enim per quod aliquid procedit videtur esse medium in processione, sed spiritussanctus procedit a Patre per Filium. ergo procedit a Patre mediante Filio. Praeterea. Spiritussanctus est tertia in Trinitate persona, tertium vero non exit a primo nisi per medium. ergo Spiritussanctus non exit a Patre, nisi mediante Filio. Praeterea. Duorum ab eodem principio aeque, & immediate procedentium, vnum nō est principium alterius: si ergo Filius, & Spiritussanctus eque im

mediate a Patre procedunt, Filius non esset principium Spiritussancti. Contra. Æque immediate procedit creatura a tribus personis, propter vnā virtutem creandi. ergo simpliciter spiritussanctus a duobus, propter vnā virtutē spirandi. Praeterea. Si non esset ęque immediata processio, non esset aequalis germanitas. ergo nec ęqualis dilectio. Respon. Dicendum ꝙ Pater, & Filius sunt spiratores spiritussancti per virtutem spiratiuam, quae vna est in vtroq;. Cum ergo processio spiritussancti comparetur ad virtutem spiratiuam, immediate ab vtroq; procedit. Si autem comparetur ad Patrem, & Filium, vt sunt spirantes, sic a Patre procedit spiritussanctus quodammodo mediate, & quodammodo immediate. Mediate quidem quantū ad hoc quòd Spiritussanctus procedit, a Filio: hoc.n. Filius habet a Pre: Immediate aūt inquantū Pr, & Filius simul spirāt Spūmsanctū, sicut Seth fuit ab Adam & mediate, & imediate. Mediate qdē inquātū Seth fuit ab Eua quę fuit ab Adā, immediate vero inqtū Eua, & Adā simul genuerunt Seth. Ad primū, id per qd aliquid procedit &c. dicendū ꝙ verū est. Nā hęc ꝑpositio, ꝑ notat habitudinē causalitatis, vel instrī; sed hic notat solam habitudinem authoritatis, nihilominus tamen verum est, quia Filius est mediū vno modo, inquantum a Patre habet quòd spiret. Ad secundum de tertia persona dicendum, quòd verum est vbi primum, & secundū omnimodo sunt diuersa in nullo vnita, sed hic Pater, & Filius sunt vnū in spirando. Ad tertium dicendum ꝙ verum est quādo procedunt ab eodem principio eodem modo, aliter non. Nam Eua, & Abel processerūt immediate ab Adam; tamen Abel procedit ab Eua. Vel dicendum, quod falsum est. Nam creaturę immediate procedunt a Deo, & tn̄ īter eos est ordo causalitatis.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur. Videtur quòd respectu processiōis Spiritussancti non sit assignanda Patri, vel attribuenda authoritas, Pater.n. non se habet ad processionem Spiritussancti, nisi per aliquam relationem originis, quę est cōmunis spiratio. si ergo in spirando Spiritumsanctum attribuitur Patri authoritas, videtur ꝙ authoritas sit idē quod cōmunis spiratio, & sic non tm̄ erit Patris, sed, & filii. Pręterea. Pr, & Filius in spirando Spiritūsanctum, cōueniūt, si ergo Pri attribuitur authoritas, Filio attribuitur subauthoritas, & ita quantum ad aliquid Filius esset sub Patre, & inferior eo: quod est hęreticū. Pręterea. Eadem potentia est quā Pater Spiritumsanctum spirat, & Filius, si ergo potentia spirandi in Patre dicitur authoritas, pari ratione in Filio authoritas dicetur, quod non conceditur. Cōtra est quod dicitur in glo. Roma. v. super illud charitas Dei diffusa est &c. In Patre, inquantum manet authoritas, in Filio natiuitas, in Spiritusancto cōmunitas. Respon. Dicendum quòd nomen authoritatis apud nos designat primam originem. Illæ.n. dicitur author alicuius sermonis, qui primo illum inuenit. De ratiōe autem originis duo sunt, quorum vnum est, vt ab ea sit aliquid. Aliud est, vt non sit ab aliquo. Quāuis ergo in diuinis personis non sint prius, & posterius, tamen secundū pręd icta duo, nomen authoritatis ibi conceditur: A Patre nanq;, Filius, & Spiritussanctus habent quicquid sunt, vel possunt, vel operantur: ipse vero Pater a nullo aliquid habet. sic ergo in spirando Spiritumsanctum Patri attribuitur authoritas: quia Filius habet a Patre ꝙ spiret: Pater autē a nullo. Ad primum ergo dicendum quòd in nomine authoritatis includuntur tres proprietates. Dicitur enim Pa-

De po: q. 10. ar.1.ad nonū.

ter author in spiratione Spiritussancti secundum ꝙ Spiritussanctus est a patre qd ad cõmunem spirationem pertinet, & iterum secũdum ꝙ Filius a Patre habet hoc quod spiret per generationẽ; & sic includit paternitatem, & iterum qd Pater non habet hoc ab alio, quod pertinet ad innascibilitatem. Quãuis ergo cõmunis spiratio cõueniat Patri, & Filio: non tamen authoritas spirandi. Ad secundum dicendum ꝙ quidam vtũtur nomine sub authoritatis in Filio, sicut nomine authoritatis in Patre, intelligentes per præpositionem designari ordinem originis, & non minorationis, sed quia hoc nomen in vsu sanctorum non inuenitur, & quandam subiectionem importat: videtur ideo aliis esse tacendũ, nec sequitur ꝙ si in Patre sit authoritas, ꝙ in Filio sit subauthoritas: quia Authoritas nihil dicit quod non pertineat ad originem, subauthoritas autem importat subiectionem. Ad tertium dicẽdum ꝙ quãuis eadem potentia spirandi sit in Patre, & Filio, non tamen secundũ eundem existentiæ modum: Nam Filius habet eam a Patre, Pater autem a nullo; & ideo in Patre habet rationem authoritatis, non autem in Filio.

vbi su. ad decimãse pti;

Distinct. Tertiadecima.

Post hæc considerã-

dum est &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo vtrũ in Deo sit aliqua processio.
Secũdo vtrum sit vna, vel plures.
Tertio qualiter nominari debeat.
Quarto vtrum Spiritussanctus dicatur ingenitus.

Articulus primus.

In alio script. vt hic,

AD primum sic proceditur. Videtur ꝙ in Deo nulla sit processio: Processio enim dicit quendam motum, sed in Deo nullus est motus. ergo nec processio. Præterea. Processio importat separationem procedentis ab eo vnde procedit, sed in Deo nulla est separatio. ergo nec processio. Præterea. Omnis processio, est progressio ab alio in aliud. sed emanatio rei per se subsistẽtis non est vt in aliud. ergo non est processio: talis autem est emanatio personæ a persona. ergo &c. Contra. Ioan. 16. dicitur. Spiritus Paraclitus qui a Patre procedit. Præterea. In anima est imago Trinitatis, sed in anima inuenitur notitia procedere a mente, & amor ab vtroq;. ergo est processio in diuinis personis. Respon. Dicendum quòd processio dupliciter accipitur. Vno modo secundum exitum alicuius ab alio, & sic effectus dicũtur procedere a suis causis, & principia a suis principiis. Alio modo secundum motum alicuius in aliquid, sicut dicitur id quod mouetur secundum locum procedere in locum; & quia in Deo non est motus aliquis, ideo processio secundo modo Deo conuenire non potest, nisi per quandam metaphoram inquantum similitudinem suã in alio producit, & sic incipit esse secundum suam similitudinem vbi prius hoc modo non erat, & per hunc modum dicitur procedere in creaturas. Est autem in diuinis exitus alicuius ab alio, sicut a principio, secundum illud Ioan. 16. Exiui a Patre, & veni in mundum; Et ideo quantum ad hoc vna persona dicitur procedere ab alia, inquantum est ab ea sicut a principio. Ad primum, processio dicit motum, dicendum, ꝙ processus rei a re, a qua differt essentialiter motus est, vel mutatio, sed talis processio non est in Deo. Ad secundum de separatione dicendum, ꝙ hoc habet locũ in processione per differentiam essentialem. Ad tertium dicẽdum, ꝙ processio localis est in aliquid sicut in terminũ motus. sed

p. p. q. 27. ar. 1. o. 4. con. c. 11. Depo. q. 10. ar. 1. o

1. prĩcipiata.

sed quod procedit a causa non oportet ꝙ in alterū procedat;& sic sumitur processio in diuinis personis.

Articulus secundus.

In alio scr pt. vt hic p.p. q. 27. ar. 3.o. 4. con. c. 23. De po. q. 10. ar. 2.o.

AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ tantum in diuinis sit vna processio: Sicut enim paternitas nominat proprietatē originis, vt a quo est aliquis, ita processio, vt ꝗ est ab alio, sed in diuinis non potest esse nisi vna paternitas. ergo nec nisi vna processio. Præterea. In omnibus habentibus vnā naturam specie est vnus modus communicationis naturę, sed per processionem personarum cōmunicatur natura diuina, quæ nō tantum vna est in specie; sed etiam in numero. ergo non est nisi vnus modus processionis in diuinis. Præterea. Operationes distinguuntur ab inuicem penes terminos,& principia, sed processio in diuinis semper est ab eodē principio, quia ex virtute naturæ eius a quo est processio,& ad eundem terminū per processionem acceptum, quia per diuinam processionē semper accipitur natura diuina, ergo videtur ꝙ non sit in diuinis nisi vna processio. Præterea. Si sint duæ processiones, aut differunt ex parte essentię, aut ex parte relationum. sed non primo modo: quia essentia non distinguitur in diuinis, nec secūdo: relationes enim ſm rōnem intelligēdi cōsequuntur processionem: eo enim est Filius, quia a Patre procedit. ergo videtur ꝙ non differant. Contra. Secundum vnam processionem est tantū vnus procedens, sed sunt duæ personæ procedentes. ergo & duę processiones. Respon. Circa hoc sunt tres opiniones: Quidam enim dicunt ꝙ processiones realiter seipsis distinguuntur, sicut primę differentię alicuius generis. Sed contra hoc est, ꝙ processiones significantur per modum quorūdā actuum, quorum diffinitionem oportet accipere penes prīcipia, vel penes terminos. Et ideo alii dicunt ꝙ differunt secundum diuersum modum processionis; quia generatio est processio naturę, reliqua est processio voluntatis. Sed contra hoc est, ꝙ hęc differentia est differētia rationis tantum: natura enim,& voluntas sunt idem re in diuinis, processiones autē realiter distinguuntur: Et ideo tertii dicunt ꝙ cum differentia sola secundum relationem originis faciat realem distinctionē in diuinis, processiōes autem realiter distinguuntur, oportet ꝙ per relationes originis distinguantur. Procedere autē, & nōn procedere sunt drię originis, siue processiōis: Et ideo quia Filius procedit a non procedente. i. Patre, Spiritussanctus autem procedit a procedente. i. Filio non solum a non procedente. i. Patre, ideo processio Filii realiter distinguitur a processione Spiritussancti. Ad primum. Non est in diuinis nisi vna paternitas dicendum, ꝙ verum est, & ratio huius est quia determinatū modum dicit originis: Et ideo non pōt multiplicari ſm diuersam rōnem originis in diuinis, sed processio dicit originē in cōmuni: Et ideo potest secundum duos modos originis determinari. s. ꝙ sit processio ab vno non procedente, & ꝙ sit processio a procedente,& non procedēte,& ideo nō est simile. Ad secundum, de cōmunicationis natura dicendum, ꝙ ꝗuis in creaturis nō possit esse nisi vnus modus communicationis vnius naturę, potest tamē esse in creatore, in quo idē voluntas est,& natura: Et ideo non solū per actum naturę, sed per actum voluntatis natura cōmunicatur. Ad tertium, operationes distinguuntur penes terminos, dicendum, ꝙ & similiter processiones, quia essentia, non sub ratione essentiæ, sed sub ratione paternitatis, vel cōmunis spirationis, est principium cōmunicationis naturæ, similiter natura, non

ſecundum ſe, eſt terminus proceſſionis, ſed filius, qui eſt ipſa natura. Ad quartum, relationes &c. dicendum, ꝙ verum eſt, inquantum ſunt relationes, inq̃tum tamen ſunt proprietates conſtituentes perſonas, ſic præcedunt proceſſiones ſecundum modum intelligendi.

Articulus tertius.

In alio ſcript. vt hic, p.p. q. 27. art. 4 o. 4. con. c. 23.

AD tertium, ſic proceditur, & videtur ꝙ proceſſio amoris generatio debeat dici. Generatio.n. eſt motus ad ſubſtãtiam, ſed proceſſio eſt actus ad producendum ſubſtantiam .ſ. ypoſtaſim ſpũſſã. ergo & gñatio. Pręterea. Dam. dicit ꝙ generare eſt de ſua ſubſtãtia ſibi ſimilem in ſua natura producere, ſed per proceſſionem Spirituſſancti producitur ex ſubſtantia Patris ſimilis ei in natura, ergo proceſſio debet dici generatio. Preterea. Sicut Filius habet ſpecialem modum procedendi, ita & Spirituſſanctus; ſpecialis autem modus origini Filii deſignatur nomine generationis, non autem nomine proceſſionis, ergo etiam aliquo nomine ſpeciali deſignatur proprius modus originis Spirituſſancti, ergo origo Spirituſſancti non debet dici proceſſio. Contra. Quicquid procedit per modum generatiõis procedit vt genitus, ſed Spirituſſanctus non procedit per modum generationis vt genitus, ergo non procedit per modum generationis. Reſpon. Dicendũ, ꝙ Spũſſanctus procedit vt amor proceſſio autẽ amoris inquantũ hmõi non eſt in conformitate naturę: Sic .n. vbicũq; eſſet amoris proceſſio inueniretur naturæ cõformitas, quod patet in nobis eſſe falſum. Quod autem Spirituſſancti proceſſio ſit in cõformitate naturæ hoc eſt inquantum procedit vt amor diuinus: quia in Deo non poteſt eſſe aliquid diuerſum a ſua natura. Sic ergo proceſſio Spirituſſancti ex ratione modi procedẽdi non dicit conformitat naturę, quã

ſupfluit ly ſpcr modũ gñonis

importat generatio Filii ex ratione generationis: Et ideo Spirituſſancti proceſſio dici nõ debet generatio: ſicut nec Spirituſſanctus debet dici Filius, quãuis ſit ab alio. Ad primum dicendum, ꝙ proceſſio Spirituſſancti non habet ꝙ ſit ad ſubſtantiam, inquantũ eſt proceſſio amoris. ſed ſolum inquãtum eſt proceſſio amoris diuini, Et ſimiliter dicẽdũ, ad ſecundum. Ad tertium dicendum, quòd quãuis hoc nomen, proceſſio, ſit commune ad generationem Filii, & ad proceſſionem ſpirituſſancti, tamen ſpirituſſancti proceſſio nomen commune ſibi appropriat, eo ꝙ differẽtia quã addit ſpirituiſancto proceſſio. ſupra communem proceſſionem, nõ poteſt noſtro nomine deſignari, cum nihil in creaturis ineniatur procedere vt amor qđ ſit pſona ſubſiſtens habens complete naturam ſui principii: nomina.n. imponimus ſecundum quòd in rebus creatis inuenimus quæ noſtræ cognitioni primo occurrunt.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur quòd ſpũſſanctus dicatur ingenitus. Dicit enim Dam. quòd ingenitus vno modo idẽ eſt ꝙ increatus. ſed tres perſonę ſunt increatæ, ergo ingenitę. Pręterea. Hieronymus dicit in litera, ſpirituſſanctus Pater non eſt, ſed ingenitus atq; non factus. Pręterea. Ingenitum relationem non dicit: quia ſic eſſentia nõ diceretur ingenita, ergo videtur quòd ſit de abſolutis, ſed abſoluta cõueniunt tribus perſonis, ergo ingenitum conuenit ſpirituiſancto. Contra eſt quod in litera dicitur quòd ſolus Pater dicitur ingenitus. Reſpon. Ingenitũ poteſt dupliciter accipi, vel priuatiuæ, & ſic non cadit in diuinis: quia priuatio defectum importat cũ ſit eius quod natum eſt haberi, & non habetur, Vel negatiue, & hoc dupliciter, vel in

In al: ſcript vt hic p.p. q. 30. a. 4. o. opu. c. 8.

genere aliquo determinato, vel simpliciter siue extra genus. Primo modo relinquit aliquid. s. eē ab alio per generationem solum, & sic conuenit spirituisancto. Secundo modo nihil relinquit: vnde tollit esse ab alio simpliciter. Sed hoc est dupliciter, vel quia est negatio pura, & sic conuenit diuinę essentię, quę non est ab alio, nec aliquid ab ipsa, vel negatio fundata super contrario. s. super hoc quod est omnia eē ab illo, & sic conuenit Patri. Ad primum de Dam. dicendum, quod ęquiuoce accipitur ibi ingenitus sicut ęquiuoce dicitur generatio de creatione, & productione de substantia. Ad secundum de Hiero. dicendum, quòd ingenitum accipit negatiue, negatione in genere existentis ab alio. Ad tertium, ingenitus non dicit relationem, dicendum, quòd secundum quod conuenit Patri sic dicit aliquam relationem: quia notionem Patris, & sic non conuenit essentię, s͠m autem quòd conuenit essentię, & spirituisancto nō dicit aliquam notionem, nec est aliquid de absolutis: quia sic conueniret etiam Filio, sed remouet notionem quandam scilicet generationem passiuā.

Distinct. Quartadecima.

Præterea diligēter &c.

Questio vnica.

Hic quæruntur quinque.

Primo vtrū sit aliqua temporalis processio spiritussancti.

Secundo vtrum temporalis processio ponat in numerum cum ęterna.

Tertio vtrum in processione spiritussancti tēporali, detur ipse spūssanctus, vel tantum eius dona.

Quarto in quibus donis detur.

Quinto vtrū spiritussanctus detur auiris sanctis.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur quod non sit aliqua processio spiritussancti temporalis: Non enim est ponere temporalem generationē Filii nisi ratione naturę assumptę in idemptitate personę, sed spiritussanctus nullam naturam assumpsit in idēptitate personæ, ergo non debet aliqua eius processio temporalis dici. Præterea. Processio spiritussancti, & eiusdem spiratio sunt idem, sed nō est spiratio temporalis, ergo nec processio. Prӕterea. Spiritussancti processio, siue actiue, siue passiue intellecta, est operatio Dei sed secūdum philosophū, substantia Dei, & omnis operatio eius est in momento ęternitatis, nō ergo in tempore. Contra spiritussanctus non habetur nisi vt procedes a Patre, & Filio, sed contingit ipsum haberi ex tempore. ergo & ipsum procedere ex tempore. Præterea. Donum procedit a dante in recipientem, sed Spiritussanctus datur ex tempore, & recipitur, ergo, & procedit ex tempore. Respon. Quia spiritussanctus procedit per modū amoris, ideo procedit per modum tendentis in aliud, ergo spiritussancti processio duplicem habet comparationem, & ad id a quo procedit, & ad id in quod procedit. Quantum ad primam comparationem processio spiritussancti semper est æterna: quia æternaliter procedit a Patre, & Filio. Quantum ad secūdam vero distinguendum est. Nam dupliciter dicitur spiritussanctus in aliquid procedere; Vno modo in obiectum amoris, qui est ipse spiritussanctus, & sic ab æterno procedit a Patre in filium, in quo etiā omnes sancti amātur, inquantū sunt mēbra eius. Alio modo quantum ad effectum amoris, per quem spiritussanctus in aliquo esse dicitur, & sic dicitur procedere in sanctos, vnde cum effectus sit

In alio scrip. vt hic. p. p. q. 43. art. 2. o.

téporalis,& processio ex hac parte erit temporalis absq; vlla spiritussancti mutatione. Ad primum de generatione Filii dicendum, quòd non est simile: qa generatio Filii dicit respectum ad illum a quo est, sed processio spiritussancti nō tantum dicit respectum ad illud a quo est, sed ad illud ad quod est, quod potest esse temporale: Et ideo non est simile. Ad secundum de spiratione dicendum, quòd quāuis spiratio, & processio sint idem in re, tamen spiratio dicit respectū ad id a quo est tantum, processio vero ad illud a quo ē, & ad illud ad quod est: Et ideo potest procedere temporaliter spiritussanctus, quāuis non spirari temporaliter. Ad tertium de operatione diuina, dicendum, quòd, nec propter actiuam processionem, nec propter passiuam dicitur processio temporalis, sed propter effectum temporalem.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, p. p. q. 43. ar. 2. c. et ad ter.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ processio temporalis ponat in numerum cum ęterna. Tēporale enim, & æternum non possunt idem esse in essentia, ergo nec processio tēporalis, & ęterna, ergo distinguuntur, & vna ponit in numerum cum alia. Pręterea. Quæcunq; habent ordinem, & distinctionem nō sunt vnum numero, sed processio æterna, & tēporalis habent ordinem: quia ęterna prior est, ergo, & distinctionē, & sic idem quod prius. Præterea. Idem non est signum suiipsius. sed processio tēporalis est signum æternæ, ergo temporalis, & ęterna non sunt idē, & ita ponunt in numerum. Contra. Processio temporalis addit respectum temporalē ad processionem æternā, sed respectus huiꝰ cum nō sit realis ex parte procedētis nihil variat in re, ergo eadem est processio æterna, & temporalis. Præterea. Sicut differt a parte solis lucere, & illuminare, sic a parte spiritussancti procedere æternaliter, & procedere ad sanctificationem creaturæ; sed lucere, & illuminare nō differunt in sole realiter, ergo procedere æternaliter, & temporaliter non differunt realiter in spiritussancto. Respon. Processio temporalis & ęterna spiritussancti comparatę ad id a quo sunt, essentialiter idē sunt, sed per comparationem ad id ad quod sunt, cum processio temporalis addat supra processionem æternam quēdam respectum tēporalem, qui non est essentialiter siue realiter in spiritussācto, sed in creatura temporali, ideo differt a processione æterna quantum ad illum respectum, sed non realiter ex parte spiritussancti, & sic ponit in numero cū æterna. Ad primū. Temporale differt &c. dicendum, ꝙ æterna processio non est idem cum temporali, quantum ad id qđ temporale est. Ad secundum de ordine, dicendum, ꝙ non habet ordinem nisi ratione effectus cōnotati, siue noui respectus, & sic differunt. Ad tertium de signo dicendum, ꝙ temporalis dicitur signum æternæ ratione effectus connotati: effectus. n. eius est amor gratuitus, q est similitudo quædam amoris increati, qui est spiritussanctus, & per consequens signum eius &c.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic q. 2. a. 1. o

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ spiritussanctus nō detur ſm sui substantiam. Secūdum philosophum. n. Deus eodem modo habet se ad omnia, licet nō omnia eodem modo habeant se ad ipsum; sed si ſm substantiam daretur alicui modo cui non prius datus erat, alio modo se haberet ad illum ꝙ prius, ergo ſm substantiam alicui nō datur. Præterea. Cum aliquis iustificatur per gratiam nihil est in eo quod prius nō fuerit, nisi sola gratia, ergo nō datur ei spiritussanctus ſm substantiam, immo solum quo ad eius dona. Præterea.

terea. Quod ſm ſe eſt vbiq;, ſm ſe nun ꝗ poteſt procedere, ſed spiritusſanctus ſm ſe in omni creatura eſt, ergo ſm ſe in nullam creaturam poteſt procedere. Contra. Roma.v.dicitur.Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per spiritumſanctum qui datus eſt nobis, ergo, & vtrūq;. Præterea. Spiritusſanctus pſonaliter eſt donum, ſed donum dicitur ex eo ꝙ datur, vt dicit Auguſt. ergo perſonaliter datur. Iuxta hoc quæritur qd detur per prius. Spiritusſanctus an donum eius. Reſpon. Dicendum ꝙ ad hoc aliquid datur vt habeatur, habetur autem aliquid per aliquem modū vnionis. ſicut habetur veſtimentum vel albedo. Homo autem quando iuſtificatur non ſolum vnitur dono Dei, quod formaliter in anima recipitur, ſed ipſi Deo per cognitionē, & amorē actualiter, vel habitualiter: qa qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt.1.Corin.vi. Ille ergo qui iuſtificatur, non ſolum habet donum. Spiritusſancti, ſed ipſum spiritumſanctū & & ſic non ſolum donum spiritusſancti datur, ſed ipſe. spiritusſan. Ad primum dicendum, ꝙ in hoc ꝙ spūſanctus datur, vel habetur, in spūſan. non eſt aliqua relatio ſm rem ad creaturam, ſed ſm rōnem tantum, in creatura autē ſm rem: Et ideo ratio non ſequitur. Ad ſecundum dicendū, ꝙ licet spiritusſanctus fuerit in iuſtificato ante iuſtificationem aliquo modo; non tñ fuit in eo vt ab ipſo habitus, ſicut non dicimus ꝙ lapis habeat spiritusſan. ḡuis ſit in eo per eſſentiam præſentiam, & potentiam: Et ideo quando incipit eſſe in homine, vt ab eo habitus, tunc dicitur ſibi dari. Ad tertium ꝙ spiritusſanctus eſt vbiq;, ſed non vt habitus ab vnoquoq;. Ad id quod vltimo quæritur quid per prius detur, dicendum, ꝙ ſimul tempore dantur donum creatum, & increatum, non tamē natura: poſſunt enim hæc duo do na conſiderari vel ex parte recipiētis, & ſic cum donum creatum ſit, diſpoſitio ad recipiendum donum increatum, per prius datur donum creatum ꝗ increatum. Si autem cōſideretur ex parte dantis, cum donū increatum, quod eſt amor qui dicitur spiritusſāctus, ſit ratio quare dans det alicui donum creatum, per prius datur donum increatū ꝗ creatū.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur quòd in omni dono detur spiritusſāctus: Dona enim poſteriora non dantur ſine dono priori, quod eſt ratio dandi alia dona, ſed spiritusſāctus eſt donum primum, & ratio dandi non tm̄ dona gratū faciētia, ſed gratis data, ergo non dantur ſine ipſo, & ita datur cum illis. Præterea. Dari tēporaliter ſpiritumſanctum nihil aliud eſt niſi eum nouo modo eſſe in creatura, ſm quem prius non fuerat, ſed per quodlibet donum gratię, ſiue gratis datæ, ſiue gratū facientis nouo modo eſt in creatura, ergo per quodlibet donū spiritusſanctus temporaliter datur creaturæ. Præterea. In omni creatura eſt spiritusſancti, ſed quodlibet donum eius eſt quędā creatura, ergo in quolibet dono datur spiritusſanctus. Contra. Sap.i. spiritusſanctus diſciplinę effugiet fictum, quicunq; aūt caret gratia gra.fa. pro ficto habetur, ergo talem fugit, ergo ei non datur. Pręterea. Cui datur spiritusſan. eius, ſed ſit non ſit niſi bonorum, ergo non datur niſi bonis. Reſpon. Dicendum, ꝙ spiritusſanctus dicitur dari alicui, vel procedere in aliquem ſm ꝙ nouo modo incipit eſſe in eo. Modi autem quibus Deus eſt in creatura diſtinguūtur ſm diuerſos modos, quibus creatura creatori vnitur, quod quidem contingit tripliciter. Vno modo ſicut effectus cauſę efficienti, cuius ſimilitudinem gerit, & ſic eſt modus cōmunis, prout eſt

[Right margin: In alio ſcript. vt hic, q.2.ar.1.o. — p.p.q.9.art.3 c.]

in omnibus per essentiam præsentiam, & potentiam. Alio modo sicut obiectio operationis, inquãtum creatura cognoscit, & amat creatorem, & sic dicitur esse in sanctis. Tertio modo quantum ad esse in vna persona, & sic dicitur diuinitas esse in Christo. illa ergo dona solũ quæ faciũt cognoscere, & diligere Deũ, quæ sunt dona gratiæ gratum faciẽtis, faciunt Deum nouo modo esse in nobis: Et ideo ſm illa tantum dicuntur Filius, & spiritussanctus in nos procedere, vel mitti ad nos, vel dari nobis: nam secundum omnia alia dona non alio modo est in nobis q̃ per essentiam, præsentiam, & potentiam. Ad primum ergo dicendum, ꝙ dona posteriora dantur per virtutem prioris, possunt tamen dari sine hoc ꝙ primum donum detur, & sic omnia dona dantur per virtutẽ Spiritussancti, nõ tamen oportet ꝙ in omnibus spiritussanctus detur. Ad secundum dicendum, ꝙ obiectio procedit ex falso: non enim per quodlibet donum spiritussanctus nouo modo est in homine, vt dictum est. Ad tertium dicendũ, ꝙ ratio illa probat ꝙ spiritussanctus sit vbicunq; est donum eius per essentiam, præsentiam, & potentiam, quod quidem verum est, sed hoc non sufficit ad hoc ꝙ spiritussanctus dicatur homini dari, sic enim daretur etiam lapidi quãdo fit albus, quia simili modo est in albedine.

In alio script. vt hic, q. 3. o. p. p. q. 43. art. 8. o.

Articulus quintus.

AD quintum sic proceditur, & videtur ꝙ spiritussanctus detur a viris sanctis: Quia remissio peccatorum non fit nisi per spiritumsanctum. sed viri sancti remittunt peccata. Ioan. xx. Quorum remiseritis peccata &c. ergo possunt dare spiritumsanctum. Præterea. Efficacius est lumen spirituale q̃ corporale. sed corpus illuminatum corporali lumine potest aliud illuminare. ergo multomagis homo illuminatus lumine spirituali potest alium lumine spirituali illuminare. ergo &c. Præterea. Quod est alicui datum suum est, qd suũ est, alteri dare potest. ergo sanctus vir spiritumsanctum sibi datum potest alteri dare. Contra. Dans superior est q̃ datum. sed spiritussanctus est superior omni creatura. ergo non potest dari a creatura. Præterea. Donum procedit a dante, sed spiritussanctus nõ procedit nisi a Patre, & Filio. ergo non datur nisi a Patre & Filio. Respon. Dare spiritumsanctum temporaliter est dare illud in quo datur spiritussan. sed quia spiritussan. non datur nisi in dono gratiæ gratum fa. ideo non potest dari nisi a dante gratiam gratum fa. Hanc autem gratiam solũ Deus dat efficaciter, & per authoritatem, quis ad hmõi gratiæ dationem hõ põt aliqd operari, ministrando ministerialiter sacramẽta, vel impetrando alii gratiam: Et ideo spiritussanctus a solo Deo datur. Ad primum. Viri sancti remittunt peccata, dicendum, ꝙ verum est ministerio, vel vitæ merito, solus tamen Deus authoritate. Ad secundum de lumine corporali dicendum, ꝙ non est simile: quia lumen spirituale est nobilius & potentius q̃ lumen corporale, ideo ex sua dignitate habet ꝙ a nullo creato potest produci, præsertim cum ex nihilo producatur. Ad tertium. Quod suum est quilibet dare potest, dicendum, ꝙ suum aliquando dicitur multipliciter. Vel vt alicuius possessio, & sic verũ est, vel vt eius pfectio & sic nõ. Secundo igitur modo non primo dicitur spiritussanctus alicuius.

3. p. q. 84. arti. ad. 3

Distinct. Quintadecima.

Hic cõsiderãdũ &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur sex.

Primo vtrũ missio sit in diuinis.

Secundo quid significet missio.
Tertio cui conueniat mitti.
Quarto vtrum alicui personæ conueniat vt mittat seipsam.
Quinto vtrum Spûsſanctus mittat Filiû.
Sexto vtrum secundû eadem dona mittantur Filius, & spiritussanctus.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p.p. q. 43. art. 1. o. 4 con. c. 23 co. 2. et 24 r. 2

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ missio non sit in diuinis: qa quod mittitur separatur a mittente, vnde super illud Ezech. xvi. Conuertens restituam eos &c. dicit Hiero. Quod coniunctum est, & in vno corpore copulatum mitti non potest; Sed diuinæ personæ coniunctę sunt, & non solum in vno corpore, sed in vna essentia copulatæ, ergo mitti non possunt. Præterea. Quod mittitur necesse est ꝙ nô sit vbiqꝫ: quia mittitur vbi non erat, sed diuinæ personæ sunt vbiqꝫ, ergo non mittûtur. Præterea. Secundum Dio. Angelis superioribus, ratione suæ dignitatis, non conuenit ad nos mitti, sed solû Deo assistere, ergo multominus conuenit personis diuinis. Contra. Gal. iiii. dicitur. Vbi venit plenitudo têporis misit Deus Filium suum, ergo persona Filii mittitur. Præterea. Quod datur absenti, dicitur mitti, sed peccator est absens a Deo, ergo spiritussanctus, qui infunditur, siue datur peccatori, congrue dicitur mitti. Respon. Missio in diuinis accipitur non proprie. sed similitudinarie, A creaturis vero ad diuina fit translatio similitudinum quo ad ea quæ sunt perfectionis, non quæ imperfectionis. In missione quidem proprie dicta creaturæ, quatuor reperiûtur. Vnum ex parte mittentis. s. authoritas. Alterû ex parte missi. s. separatio, siue diuersitas eius a mittente. Tertium ex parte termini a quo. s. loci mutatio. Quartum ex parte termini ad quem. s. effectus aliquis. Primum; & vltimum perfectionis sunt ideo conueniunt diuinę missioni. Scdm, & tertium imperfectionis: Et ideo non côueniunt personis diuinis sed quia authoritas in mittente respectu missi non est in diuinis personis, nisi quatenus vna persona est ab alia, ideo missio in diuinis significat exitum missi a mittente. Ad primum de Hiero. dicendum, quòd illa authoritas intelligenda est in inferioribus, vbi propter imperfectionem oportet ꝙ missum sit separatû, & aliud a mittente. sed non in diuinis, vbi nihil imperfectionis est. Ad secundum, vbiqꝫ est persona diuina, dicendum, ꝙ verum est, non tamê ômni modo est vbiqꝫ. Ideo propter nouum modû existendi in creatura, quo modo prius in ea non erat, dicitur mitti. Ad tertium dicêdum ꝙ nô est simile: quia Angeli superiores non operantur circa nos nisi mediantibus angelis inferioribus, sed personę diuinę operantur immediate circa nos. Vel dicendum ꝙ missio Angelorum superiorum ad nos, esset imperfectionis in eis: quia locum mutarent, sed diuinæ personæ, cum ad nos mittuntur, locum non mutant, ideo missio non dicit imperfectionem in eis.

Articulus secundus.

AD secundû sic proceditur, & videtur ꝙ missio significet notionem: dicit enim Beda ꝙ missio spiritussancti est eius processio, sed processio est notionale, ergo & missio. Præterea. Quicquid importat originem in diuinis est notionale, missio importat originê ab altero, ergo &c. Contra. Nulla notio communis est Filio & spirituisancto, missio vero cômunis est vtriqꝫ, ergo non significat aliquâ notionem. Preterea. Secundum Dio. omne nomen cônotans effectû in creatura, essentiale est, sed missio est huiusmodi, ergo &c. Respon. Missio in diuinis duo importat, sicut iam dictû est. s. exitum missi a mit- In alio script. vt hic,

tente,& sic significat ꝙ notionale est;cõnotat etiam nouum effectum in creatura, & sic significat ꝙ essentiale est: quia omnis causalitas creaturæ est ſm attributa essentialia: Dicēd ū est ergo ꝙ missio non tantum essentiale, vel notiale, sed vtrūq; significat. Quidam tamen dicunt ꝙ principalius significat quod notionale est, alii autem dicunt ꝙ principalius significat quod essētiale est,& hoc videtur verius:quia missio non ponit de se exitū missi a mittēte ſm eē,sicut patet de seruo misso a domino,sed importat solum quantum ad aliquem effectum authoritatem mittentis respectu missi; sed quia in diuinis non potest esse authoritas in mittēte nisi quatenus missus procedit ab eo,ideo ex consequenti significat ꝙ notionale est:Et per hoc patet solutio ad omnia argumenta, præterquā ad tertium. Ad quod dicendum,quòd notio potest dupliciter significari ī diuinis,aut proprie,sicut paternitas: vel innascibilitas,aut cõmuniter,sicut esse ab alio,vel a quo est alius,& hoc modo significatur notio in missione non primo modo,ideo cõmunis est duabus personis ab alio existentibus.

p.p.q. 43.art. 1.c.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & uidetur ꝙ missio conueniat toti Trinitati: Sicut enim dicit Dam. in diuinis omnia vnum sunt,prçter in generationem,generationem,& processionem, sed missio nullum horum est, ergo videtur ꝙ toti Trinitati conueniat. Præterea. Persona dicitur mitti,quia esse incipit in creatura nouo modo, sed hoc conuenit cuilibet personç,ergo, & missio. Præterea. Missio est manifestatio personæ in effectu sibi appropriato, sed hoc conuenit cuilibet personæ,ergo, & missio. Contra. August.in lib. cõtra perfidiam arrianorum. ait Solus Pater legitur non missus: quia solus non habet authorem de quo sit genitus, vel a quo procedat. Præterea. Omne mobile reduci oportet ad aliquod primū mouens inmobile. ergo omne mittens ad aliquod primum mittens non missibile. Respon. Missio duo importat. s. emanationem ab alio ratione authoritatis,quā importat,& manifestationem per effectum sibi appropriatum,qua cognoscitur esse ab alio, Pater autem siue trinitas quãuis possit manifestari in effectu aliquo sibi appropriato,non tamen pōt cognosci vere eē ab aliquo alio, iō neutri conuenit missio sed aduentus, siue datio,siue inhabitatio,sed missio conuenit tantum Filio,& Spirituisancto. Ad primum, omnia vnum sunt dicendum, ꝙ in missione generaliter dicta intelligitur cõmuniter generatio, & processio,distinguitur vero cum additur cuius personç sit missio. Ad secundum, persona dicitur mitti &c.dicendum, ꝙ non tantum propter modum essendi in creatura dicitur persona mitti, sed propter modum talē,quo cognoscitur esse ab alio. Ad tertium,missio est manifestatio personæ dicendum, ꝙ non solum est manifestatio personç secundū se, sed secūdum ꝙ ipsa est ab alio, quod Patri, & Trinitati non conuenit.

In alio script. vt hic, q.2.o. p.p.q. 43.art. 4 o. et 8. De po. q. 10. artic.4 ad.14

l.mi[illegible] bile.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur,& videtur ꝙ nulli personç conueniat mittere seipsam: mittens.n. respectu missi semper habet authoritatē, sed eadem persona non habet authoritatem respectu sui,ergo non mittit se. Prçterea. Vbi est missio ibi est distinctio mittentis a misso, sed eadē persona non distinguitur a se,ergo nec mittit se. Prçterea. Hçc prçpositio a cum dicitur quis mitti ab aliquo importat habitudinem principii,sed nullus habet habitudinem huiusmodi ad seipsum, ergo nec mittitur a seipso. Contra. Sicut generari

In alio script. vt h[illegible]c, q.3.ar. 1

nerari est Filium esse a Patre ita Filium mitti est Filium cognosci esse a Patre, vt dicit Augustin. quarto de Trini. sed ista cognitio potest causari a Filio, ergo missio Filii potest esse a Filio. Præterea. Missio temporalis est, sed omne temporale est a tota Trinitate, ergo, & missio. Respon. Circa hoc sunt tres opiniones: Quidam enim dicunt, cum missio includat in se notionē, & nulla persona procedat a seipsa, nulla persona mittit seipsam, & glosant authoritatem August. dicentis quòd Spiritussanctus mittit se s'm hunc modum: quia a Spiritusancto est effectus, rōne cuius dr̃ p̄sona mitti. Alii aūt dicunt ꝙ missio aliqñ proprie sumitur, & sic cū dicat exitū missi a mittente, & cum nulla persona exeat a seipsa, nulla p̄sona mittit seipsā. Aliqñ aūt missio sumitur large pro datione, & sic cū persona possit dare seipsam: quia in datione non significatur distinctio dati a dante, sed ab eo cui datur, sic persona pōt mittere seipsam. Sed quia hę duæ opiniones non saluant verba August. ideo moderni dicunt ꝙ persona potest mittere seipsam: Et ratio eorum est: quia cum aliquid dicitur facere totum coniunctū sufficit ꝙ pro altera sui parte verificetur, sicut cum dicitur ꝙ pictor facit parietem album: quia sufficit ꝙ faciat parietem album esse: q̄uis non faciat eum esse parietem: Missio autē duo importat scilicet exitum missi a mittente, & nouū modum existēdi in eo ad quē fit missio, & rōne huius nouitatis nomināt aliquā factionem in misso, q̄uis non s'm rem se s'm rōnem: Et ideo ad hoc ꝙ vna persona dicatur mittere alteram sufficit ꝙ alterum eorum quę requirūtur in missione faciat. s. nouum modum existendi in creatura. Vndecum nouus modus existēdi in creatura fit a persona missa, q̄uis ipsa non exeat a seipsa, missio pōt prædicari de ea, vt dicatur ꝙ mittat seipsā.

S. p. q. 43. art. 8. c.

Ad primum, mittens habet authoritatē dicendū, ꝙ nō semper oportet quòd habeat authoritatē respectu missi, sed sufficit ꝙ respectu effectus in quo fit missio. Ad secundum. Vbi est missio ibi est distinctio mittentis a misso, dicendum, ꝙ falsum est, vt est ostensum, Vel dicēdum ꝙ triplex est distinctio. s. secundum essentiam, secundum personam, & secundum rationem, seu modum intelligendi, hoc vltimo modo potest idem distingui a se, & sic mitti. Ad tertium, hęc prępositio, a importat habitudinē principii dicendum, ꝙ non semper importat respectu totius coniuncti habitudinem, sed aliqñ respectu partis, sicut cum dicitur, scutū factum est album a pictore.

Articulus quintus.

AD quintum sic proceditur, & videtur quòd non s'm eadem dona mittatur Filius, & Spiritussanctus: Missio enim idē est quòd processio, sed alia est processio Filii, & Spiritussancti, ergo & alia missio, ergo s'm alia dona mittitur hic, & iste. Præterea. Filius dicitur mitti in effectu sibi appropriato, vt illuminatione intellectus, Spiritus autē sanctus inflāmatione affectus, sed alius est effectus hic, & ille ergo &c. Cōtra. Filius præcipue mittitur cum sapiētia datur. sed sapientia est primum donū Spiritussancti, ergo in eodem dono. s. sapiētia datur Filius, & Spiritussanctus. Præterea. Ioan. xvi. dicitur de spiritusancto, docebit vos omnem veritatem, & ita docere veritatē appropriatur spiritui sancto, & similiter appropriatur Filio. ergo secundum idem donum datur Filius, & spiritussanctus. Respon. Dicēdum ꝙ de missione Filii, & spiritussancti dupliciter loqui possumus. Vno modo quantum ad concomitantiam, & sic semper hæ duæ missiones simul sunt: quia nec spiritussanctus nec Filius mittitur nisi in donis gratiæ gratum fa. quæ om-

In alio scrip. vt hic. q. 4. ar. 2. p. s. q. 43. ar. 5. ad tert. 4. con. c. 23. co. 2.

nia cōnexionem adinuicem habēt. Alio modo quantū ad missionum distinctionem,& hoc attenditur ſm appropriationem donorum ad diuinas personas. Quidam enim habent similitudinem cū proprio filii, inquātum procedit vt verbum,sicut illa quæ pertinent ad cognitionem,vt donum sapientiæ,& scientię, & in huiusmodi donis dicitur mitti Filius.Quædam vero dona habent similitudinem cū proprio Spiritussancti, qui procedit vt amor,sicut illa quæ pertinent ad effectum,vt charitas; & in huiusmodi donis dicitur proprie mitti spiritussanctus,quāuis omnia dona ex hoc ipso ꝙ dona sunt ad Spiritumsanctum pertineant,qui est primū donum;Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Distinct. Sextadecima.

Nunc de spiritusancto &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo de missione visibili ſm se.
Secundo ad quos fieri debeat.
Tertio in quibus speciebus.
Quarto per quos missio visibilis administrata sit.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p.p. q. 43.ar. 7.o.

AD primum sic proceditur,& videtur ꝙ missio visibilis diuinæ personæ non cōueniat:Ex hoc.n.dicitur persona mitti visibiliter ꝙ in creatura in qua persona mittitur,est vt in signo.sed oēs creaturæ signum sunt creatoris.ergo in omnibus creaturis persona diuina mittitur.Sed hoc est falsum. ergo falsum est quòd in aliquibus mittatur. Præterea. In omni sacramento est Spiritussanctus sicut in signo visibili, si ergo propter hoc dicatur visibiliter mitti, quia in re visibili est sicut in signo, tunc visibiliter mittetur in omnibus sacramentis.

Præterea. August.dicit in litera ꝙ ex hoc Spiritussanctus visibiliter mitti dicitur quia facta est quædam species creaturæ ex tempore,in qua visibiliter ostenderetur: sed in apparitionibus veteris test.in visibilibus creaturis ostendebantur tres personæ diuinę,si ergo ratione creaturæ visibiliter mitti dicitur, videtur quòd missio visibilis Patri conueniat. Præterea. Per missionem inuisibilem efficitur aliquis dignus Dei amore.sed nemo scit vtrum amore vel odio dignius sit,Ecclesi.ix. ergo permissionē visibilem non fit manifestatio inuisibilis missionis.ergo visibilis missio frustra ē. Præterea. Nihil manifestatur per id qd non sufficienter ducit in illud. sed nulla creatura visibilis sufficiēter ducit in cognitionem gratiæ.ergo in nulla creatura visibili debet fieri missio ad manifestandam gratiam. Respon. Sicut processio temporalis præsupponit ęternam, & addit aliquem effectum in creatura,sic missio visibilis præsupponit inuisibilem, & addit aliquid supra illam, & hoc patet: quia in missione inuisibili exiguntur duo .s. quòd persona sit missa ab alio, & iterum effectus inhabitantis gratiæ. Ista duo simul exiguntur in missione visibili, & additur similiter hoc tertium.s.quòd totum repræsentetur per visibile signum, vnde columba visibilis repræsentabat Spiritumsanctū inhabitare per gratiam illum ad quem dirigebatur. Ad primum; Aliæ creaturæ sunt signum Dei.Dicēdum quòd illæ creaturæ in quibus fiebat missio erant signum Dei,, vt inhabitātis per gratiam illum ad quem mittebantur,& hoc non significat quælibet creatura. Ad secundum de sacramentis, dicēdum,quòd aliter sunt signa gratiæ sacramenta,& illę creaturæ in quibus fiebat missio:nam sacramenta ve.le. fuerunt signa gratiæ futuræ, sacramenta vero no.le. & si sint signa

gna gratiæ præsentis, non tamen vt habitæ, sed vt habendæ: quia nõ solũ sunt signa sed causa gratiæ, sed creaturæ in quibus fiebat missio, sunt signa gratiæ vt habitæ. Ad tertium de apparitione dicendum, quòd missio visibilis est missio apparens, & ideo supra apparitionem addit rõnem missionis quæ importat originem vnius personę ab alia, & inhabitationem per gratiam, apparitio solam cognitionem. Vnde apparitio potest conuenire Patri, non autem visibilis missio. Ad quartum. Non potest cognosci inuisibilis missio, dicendũ, ꝙ homo per se non potest eam cognoscere, sed per reuelationem diuinam potest, talis autem reuelatio fit in missione visibili. Ad quintum. Nulla creatura &c. Dicendum, ꝙ quãuis non sufficiẽter ducat in cognitionem gratiæ, tamẽ propter suam nouitatẽ aliqualiter ducit: quia excitat videntes in admirationem, & inquisitionem, & tunc inquirentibus per gratiam inuisibilem .i. suggestionem spiritussancti & per doctrinam prædicationis *exterius*, potest *missio* inuisibilis designata edoceri.

Articulus secundus.

In alio scrip. vt hic. p.p. q. 43. ar. 6. ad. 1

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ patribus vete. test. debuerit missio visibilis fieri: Missio enim visibilis signum est inuisibilis missionis. sed ad pa.v.t. facta est missio inuisibilis. ergo & visibilis debuit fieri. Præterea. Apost. & aliis de primitiua ecclesia facta est missio visibilis propter plenitudinẽ gratię manifestandam, cum ergo modo sit plenitudo gratię: quia sicut tunc, ita & nunc est tempus plenitudinis gratiæ, ergo modernis fidelibus debet fieri missio visibilis. Præterea. Beata virgo inter cæteras creaturas puras plenissimam gratiam habuit. cum ergo missio visibilis sit ad ostendendũ plenitudinem gratiæ inhabitantis, ei maxime debuit fieri missio visibilis. Cõtra videtur quòd Christo fieri non debuit: quia visibilis missio est signum inuisibilis missionis. sed ad Christum nulla missio inuisibilis facta est, cum ab instanti conceptionis suæ plenus fuerit gratia, & veritate. ergo visibilis missio non debuit ei fieri. Respon. Visibilis missio fit ad designandum redundantiã plenitudinis gratiæ in alios: Et ideo ad illos tãtum facta est quorum gratiæ plenitudo in alios redundauit, vnde cum plenitudo gratiæ Christi, & Apostolorum eius in alios redundauerit, ideo ad eos missio visibilis facta est. Ad primum de pa.v.t. dicendum, ꝙ quãuis plenitudinẽ gratiæ habuerint, non tamen ſm illum statum in alios redundabat: quia non erat tempus spiritualis propagationis per semen verbi Dei, sed cultus diuinus carnali propagatione a patribus in filios procedebat. Ad secundum de modernis fidelibus, dicendum, ꝙ non est simile: quia per istos de primitiua ecclesia erat plantanda, ideo redundantia plenitudinis grãæ erat per signa visibilia aliis manifestanda, sed ecclesia iam plantata est, & in fide Christi confirmata, ideo nõ sic necessaria est nunc missio visibilis. p.p. vbi su art. 7. ad. 6

Vel dicendum, ꝙ in primitiua ecclesia conuersi ad fidem rudes erant, & credebant multum signis visibilibus, nunc autem fideles prouecti sunt, ideo non sic indigent nunc visibilibus signis. Ad tertium de beata virgine dicendum, ꝙ quãuis ei vna cum omnibus aliis in die pentecostes missio visibilis generalis facta fuerit, tamen specialis fieri non debuit: quia eius gratia non ordinabatur ad redundandum in alios per sacramentorũ administrationem, & prædicationem, vt Apostolus dicit. ii. ad Thi. ii. Mulieres in ecclesia loqui non permitto. Ad quartum de Christo dicendum, ꝙ non oportet ꝙ visibilis missio significet missionẽ

inuisibilem de nouo factam, sed sufficit ꝙ de preterito. Ad Christū autē in sua conceptione inuisibilis missio facta est, inquantum homo erat.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, p.p.q. 43.ar. 7.ad.2.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ missio visibilis non solū fiat in specie corporali. Triplex enim est genus visionis .s. corporalis, imaginaria, & intellectualis. sed per quamlibet potest fieri diuinorum manifestatio. ergo sicut facta est missio inuisibilis secundum visionem intellectualem, visibilis autem secundum visionem corporalem, ita etiam aliqua fieri debuit secundum visionem imaginariam, & ita per species imaginarias. Præterea. Spiritum veritatis non decet aliqua fictio. sed apparere ī aliquibus speciebus quibus nō subsit rei veritas est fictio, cū ergo columba nō fuerit verum animal, nec linguæ ignis vere linguæ, nec verus ignis, vt quidā dicunt, sequitur ꝙ in his creaturis apparerē nō debuit spiritussanctus, qui est Spūs veritatis. Præterea. Sicut vtile erat manifestare inuisibilem missionem Spūssancti, ita erat vtile manifestare inuisibilem missionem Filii. ergo sicut in signis visibilibus apparuit Spiritussanctus ad manifestationem suæ inuisibilis missionis, ita in signis visibilibus debuit apparere Filius ad manifestandum ꝙad aliquē inuisibiliter mittatur. Respon. Missio visibilis fit ad manifestationē plenitudinis gratię in alios redundantis. Huiusmodi autē redundātia duplex est, vel per loquutionem, vel per opationē, & ſm hoc Christo, & aliis duplex facta est apparitio vel missio: In Christo quidem ad significandum redundātiam operationis, facta fuit in baptismo in specie columbæ, per quā spūalis fęcunditas intelligitur. Similiter ad significandam redundātiam doctrinę, vel instructionis, apparuit nubes lucida, & vox Patris in transfiguratione Matth. xvii. Vnde addidit, Ipsum audite. In apostolis vero ad significandum redundantiam operationis per modum ministerii apparuit Spiritussanctus in flatu. Ioā. xx. per quem ostendebatur descensus potestatis illius operationis a capite Christo in eos. Vnde ibidem Dominus dixit. Accipite Spiritumsanctū, quorum remiseritis peccata. Sed ad significandū redundātiam doctrinę, vel instructionis apparuit in linguis igneis. Ad primum de visione imaginaria dicendum, ꝙ in speciebus imaginabilibus fieri non debuit missio, sicut in sensibilibus. Et ratio est: quia species quæ est in imaginatione nō necessario est rei pręsentis, sicut species quæ est in sensu, vnde per eam non repręsentaretur pręsentia gratiæ, sicut per speciem sensibilem repræsentatur: missio autem visibilis fit ad repræsentādum missionem inuisibilem per gratiā inhabitantem. Ad secundum de fictione dicendum, ꝙ dato ꝙ non fuerit vera columba, & verus ignis, tñ ibi non fuit aliqua fictio; Et ratio est; quia ista similitudo columbæ, & linguæ igneę nō ordinabatur ad manifestandam veritatem in ipsa colūba, siue in lingua ignea. sed ad manifestandam inuisibilem missionē quam perfecte repręsentauit sicut iam dictum est. Quidam tamen dicunt ꝙ ista columba fuit verum animal, & ille ignis verus ignis, Sed probabilius dicitur contrarium, vt apparet ex ipso textu: dicitur enim ꝙ descendit in columbę speciæ, & apparuerunt linguę tanꝗ ignis. Ad tertium de visibili missione Filii dicendum, ꝙ non est simile: quia post tempus plenitudinis gratię, in quo missio visibilis debuit fieri, Filius habuit semper speciem propriam visibilem .i. humanā naturam sibi vnitam: Et ideo non decebat ꝙ in aliena specie appareret. Sed Spiritussanctus nō habuit naturam ali- cuius

retractat sententiā quā hic tenet S.D. & eā quā reiicit nūc amplectitur. 3. p.q.39 ar.7.o

cuius speciei sibi vnitam: Et ideo poterat in aliena specie apparere.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, De po. q. 6. ar. 1. ad. 4 arti. 7. ad ter.

AD quartum sic proceditur, & videtur quod istæ species visibiles ministerio Angelorum formatæ nõ sint: August. n. iii. de Tri. dicit quod sermones Dei in no. te. non per angelos, sed per ipsum Deum facti sunt. ergo similiter & appari tiones. Præterea. Si huiusmodi species formatæ sunt ministerio Angelorũ, Angeli vniebantur eis sicut motor mobili vnitur. ergo potius Angelus quam persona diuina in eis apparuit, quod est contra scripturam. Præterea. Sicut missio visibilis Filii facta est per corpus assumptum, ita missio Spiritussancti per species visibiles. sed corpus Christi assumptum Angeli non formauerunt. ergo nec species hmõi visibiles. Cõtra. August. dicit. iiii. de Trini. Quomodo missio ista sine creatura rõnali vel intellectuali fieri potuit nõ video. ergo omnis missio visibilis fit per Angelos. Præterea. Dio. dicit. Lex diuinitatis est infima per media in suprema reducere. sed hominũ reductio fit mediantibus Angelis. Cum ergo visibiles missiones fierent ad reductionem hominum. ergo fiebat mediantibus Angelis. Respon. Dicendum est omnes apparitiones ve. te. factas esse per Angelos. De visibilibus autem missionibus no. te. duplex est opinio: Quidam enim dicunt eas esse factas per Angelos. Alii autem dicunt quod non: concordando autem vtrosque potest dici quod in visibili missione est species repræsentans exterius, & gratia repræsentata interius, primum fit ministerio Angelorum, secundum virtute diuina tantum, & ideo vtraque opinio habet aliquid veritatis. Ad primum sermones Dei &c. dicendum. quod loquitur August. de sermone quẽ Filius in corpore assumpto protulit, quem constat immediate a Deo esse

p. p. 43. art. 7. ad. 5

prolatum, non de illis sermonibus in quibus fiebant sensibiles apparitiones. Ad secundum, si Angelus formabat species. Dicendum quod non est incõueniens simul Angelũ mitti in specie exteriori, & psonas diuinas in gra interiori. Vel dicẽdũ, & melius quod Angelus in persona diuina in hmõi spẽbus apparebat, non vice propriæ personæ, & ideo non Angelus sed psona diuina in his creaturis dicitur mitti etiam rõne exterioris apparitionis. Ad tertium, sicut corpus assumptum, dicendum, quod non est simile: quia corpus assumptum est vnitum Filio in persona, vnde propter suam dignitatem nõ decuit vt ab Angelo, sed a Deo formaretur. Sed species visibiles non vniuntur Spirituisancto in persona: Et ideo non oportuit vt immediate formarentur a Deo. Ad dictum August. respondendũ est quod dictum eius est referẽdum ad illud quod est exterius, non ad interius significatum. Ad quintum de Dio. dicendũ, quod dictum eius habet veritatem in effectibus, quia creatura fieri possunt, nõ autẽ talis effectus est gratia: Et ideo, quantum ad interius qd est in missione visibili Angeli non habent operationem, sed quãtum ad id quod exterius est.

Distin. Decimaseptima.

Iam nunc accedamus. &c.

Quæstio Prima.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum charitas sit aliquid creatum in anima.

Secundo vtrum charitas sit ex charitate diligenda.

Tertio vtrum charitas possit cognosci haberi ab habente ipsam.

Quarto vtrum charitas detur secundũ capacitatem naturalium.

In alio script. vt hic, sed a Ꝑ q. 23. a. 6.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur quòd charitas non sit aliquid creatum in anima. Perfectius enim est agens sine medio ꝙ per medium, Deus autē agit in nobis actus meritorios qui sunt actus charitatis. ergo cum sit agens perfectissimum agit eos non per aliquid creatum medium. ergo charitas est ipse Deus. Præterea. Sicut anima se habet ad corpus vt vita ipsius, ita Deus ad animam, vt dicit August. sed anima non viuificat corpus per aliquam formam mediam. ergo nec Spirituſſanctus animam per habitum medium. Præterea. Propinquiora, & similiora sunt Deo opera gratiæ ꝙ opera naturæ, sed operationē naturæ operatur sine medio. s. creando. ergo & opera gratiæ. s. recreando. Præterea. Oē qd non est bonum per essentiā potest actu vel intellectu carere bonitate, sed charitas non pōt carere bonitate actu vel intellectu. ergo est bona per essentiam, & sic est Deus. Contra. Nō fit aliquid simile nisi forma aliqua inhęrente, per charitatem autē fit nostri ad Deū assimilatio. ergo ipsa est forma inhærens, non ergo increata. Præterea. Ex cōiunctione charitatis viuit anima, sed non viuit nisi ex eo ꝙ coniungitur ei vt forma: non enim corpus motū ab Angelo viuit. ergo coniungitur animæ vt forma. ergo est forma creata. Respon. Dicendū ꝙ opinio magistri fuit quòd in nobis nō est aliquis habitus charitatis creatus eliciens actum dilectionis gratuitæ: attendit enim ipsius actus dignitatem, ratione cuius ponit ꝙ nulla pura creatura in istum actum sufficeret, sed ipse Spirituſſanctus hunc actum in cordibus hominum operatur. Sed hoc non videtur conuenienter dictum: quia oīs operatio debet esse proportionata suo principio: quia cum res quælibet sit propter suam operationem oportet quòd ſm conuenientiam suæ operationis res operans disponatur, sicut secundum conuenientiam finis ea quæ sunt ad finem. Actus autem gratuitæ dilectionis est actus liar. vt exequentis: ꝗuis sit Spirituſſancti vt mouētis: Et ideo oportet ꝙ sicut in actu dilectionis gratuitæ est aliquid supra actum dilectionis naturalis, ita in volūtate humana sit aliquid supernaturale, quod est principiū actus talis, & hoc dicimus habitū charitatis. Sic ergo i hoīe ē duplex charitas. s. charitas creata informans voluntatem & Spirituſſanctus qui est charitas increata mentem inhabitans. Ad primum ergo dicēdum, quod medium est duplex, vnū quasi media causa agens, & id medium quandoꝗ attestatur impotentiam agentis, sed non semper, quia quandoꝗ exigitur propter congruentiam effectus, & non propter impotētiam agētis. Aliud medium est causa formalis, quę est principium alicuius esse, & operationis, & tale medium nunꝗ attestatur impotentiā agētis, sed magis virtutę cum pertineat ad perfectionem effectus quæ demōstrat perfectionem agentis. Ad secundum de vita corporis, & animæ. dicendum, ꝙ similitudo est in genere causæ, sed nō in specie, quia anima est vita corporis formaliter: Et ideo non viuificat per formam mediā, Deus est vita animæ effectiue solum. Ad tertium de operibus naturæ dicēdum, quòd Deus sine omni medio efficiente dat esse naturæ, non tamē sine medio informante, & tale mediū est charitas. Ad quartum dicendū, quòd charitas nō dicitur bona sicut subsistēs in bonitate, sed sicut quo aliquid formaliter est bonum, & hoc modo nihil prohibet aliquid creatum dici bonum per essentiam sicut quælibet bonitas creata. Vel potest dici quòd etiā si charitas nullo modo esset bona per essentiam, tamen non potest non esse bona,

ex

ex hoc ipso ꝙ in sui ratione includit cõiunctionem ad Deum, qui est bonus per essentiam.

Articulus secundus.

In alio script. ut hic, ar. 5 pa 2ª. q. 25. art. 2. o.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ charitas non sit ex charitate diligenda. Quatuor enim sunt diligẽda tantum ex charitate, vt in tertio lib. dicitur. s. Deus, anima proximus, & corpus, sed charitas nullum horum est. ergo, &c. Præterea. Sicut se habet sensus ad sentire, ita affectus ad diligere. sed sensus proprius non sentit se sentire. ergo nec affectus diligit se diligere, charitas autem est in affectu. ergo charitas, siue charitatis actus ex charitate non diligitur. Præterea. Omne quod diligitur aliqua dilectione actuali diligitur, si ergo actus charitatis amatur oportet ꝙ aliquo alio actu ametur. & iste actus quo diligitur eadem ratiõe erit alio diligendus. ergo erit abire in infinitũ, qđ nec natura patitur, nec itellectus capit. Præterea. Fides non est de numero credendorum, nec spes de numero sperandorum. ergo nec charitas de numero diligendorum. Contra. August. dicit in litera Qui proximum diligit, consequens est vt ipsam dilectionem diligat. sed proximus diligendus est ex charitate. ergo, & ipsa charitas. Præterea. Propter quod vnũquodq; tale & illud magis. si ergo proximus diligendus est propter charitatem: quia. s. amicus Dei est vel esse potest, multomagis ipsa charitas diligenda est ex charitate. Resp. Dicendum ꝙ duplex est amor. Vnus beneuolentiæ quo quis vult bonum amato. Alius concupiscentiæ quo quis vult amatum alicui. res autem non subsistens non habet aliquod bonum, sed ipsa põt esse bonum alterius, vnde non potest beneuolentię amore diligi. sed cõcupiscẽtiæ tantum. Res vero subsistens, & præcipue rationalis, potest hẽre aliquod bonum quod operatur propter beneuolẽtiam, & valetudinem, vel huiusmodi, & iterum ex tali re potest aliquod alicui bonum prouenire, vnde hmõi res põt amore concupiscentiæ diligi. In amore autem beneuolentiæ semper includitur amor concupiscentię: quia beneuolẽtia est respectu eius cui bonum optatur, cõcupiscentia autem respectu eius quod ei optatur. Ex hoc patet ꝙ charitas, cum non sit res per se subsistens, non põt diligi amore beneuolentię, sed concupiscẽtię tantum: qui tamen amor includitur in amore beneuolentię quo ex charitate aliquos diligimus: quia hoc nobis, & eis optamus ꝙ charitatem habeamus. Ad primum ergo dicendum, ꝙ in dilectione illorum quatuor includitur dilectio charitatis, vt dictum est. Ad secundum dicẽdum, ꝙ sensus proprius est potentia alligata organo corporali, nulla autem talis potentia potest cognoscere suum actum, vt Auic. probat: hoc enim est solummodo potentiarũ immaterialium, cuiusmodi est volũtas: Et ideo nõ est simile. Ad tertium dicendum, ꝙ cũ in amore beneuolẽtiæ quo quis se amat includatur amor concupiscentiæ quo charitatem amat, patet ꝙ eodem modo quo se amat, & suum actum amat, & sic non est abire in infinitum. Ad quartũ dicendum, ꝙ fides, & spes non possunt super se reflecti: quia sunt absentiũ: nihil autem est sibiipsi absens: amor autẽ põt esse pręsentis: Et ideo non est simile.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, arti. 4 pria pę q. 112. ar. 5. o. De ver. q. 10

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ charitas certitudinaliter ab habente cognoscatur: ita enim dicitur in litera. Magis nouit quis dilectionem qua diligit, ꝙ̄ fratrem quẽ diligit. sed fratrem suum certitudinaliter cognoscit. ergo multomagis charitatem qua ipsum diligit. Pręterea. Dicit philosophus, ꝙ incõueniens est habere nos

ar. 10 o quo. 8 ar.4. o. Ro. 8 le.7. fi. fcd e Cor. c. 12. le.1. co. 2. c.13. le. 2. co. 2

nobilissimos habitus, & ꝙ nos lateant. sed charitas est habitus nobilissimus, ergo videtur ꝙ ab habente certitudinaliter cognoscatur. Præterea. Quicúq; habet fidem scit se habere fidẽ, sed fides non magis est præsens animæ q̃ charitas, ergo qui habet charitatem scit se habere illam. Præterea. Magis est præsens animæ quod est præsens per essentiam, q̃ quod per similitudinem tãtum, sed charitas est pręsens animæ per essentiam, ergo anima cognoscit magis charitatem, q̃ ea quorum habet similitudinẽ in se. sed illa cognoscit, ergo multomagis charitatem. Contra. Ecclesiast.ix. Nemo scit vtrũ odio vel amore dignus sit. Præterea. Ad Cor.iiii. Nihil mihi conscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum. Cum ergo nullum maius signũ possit haberi de charitate q̃ non habere cõscientiam peccati mortalis, & hoc non sufficit. ergo nec ꝑ aliquod aliud signũ potest cognosci. Respon. Dicendũ, ꝙ secundum philosophum.ix.me. vnumquodq; cognoscitur scdm ꝙ est in actu, & non secundum ꝙ est in potentia. Habitus autem est medium inter potentiã puram, & actum, vnde nec ipse habitus percipi potest, nisi ſm quòd completur per actum, & inde est ꝙ exercendo actus aliquorum habituum percipimus nos illos habitus habere. hoc autem contingit ex hoc quòd percipimus actum ꝓuenire ad id quod est proprius effectus talis habitus, sicut quando aliquis scit per actum suum se cõtingere ad proprium effectum tẽperantiæ cognoscit se ipsam habere. Proprium aut effectum charitatis quem addit suprã dilectionem naturalem scire non possumus: quia hic effectus est quædã ineffabilis vnio ad Deũ. de qua dicitur Io.xvi. vt sint vnũ sicut & nos vnum sumus, Et ideo nullus secũdũ certitudinem scire potest se habere charitatem, potest tamẽ ęstimare ex aliquibus coniecturis, vel etiam diuinæ reuelationi credere. Ad primum de authoritate Aug. dicẽdum, ꝙ intelligitur de cognitione ex parte ipsius cogniti: quia charitas inq̃tum pręsens est de se cognoscibilis est, & non ex parte cognoscibilitatis. Vel dicendum ꝙ quãuis possit cognosci dilectio, inquantum dilectio est, nõ tamen inq̃tum Deo grata est, & hoc importat charitas. Ad secundum de philosopho dicẽdum, ꝙ loquitur de habitibus acquisitis, non infusis. Vel dicendum, quòd loquitur de cognitiuis habitibus, quorum id quod proprium est in eorum actibus relucet, sicut in actu sciẽtiæ est certitudo per causam, in qua expresse scientia demonstratur, & multoplus est hoc in intellectu principiorum, non autem de habitibus affectiuis, quia quod proprium est eorum relucet non in eorum actibus, sicut esse causarum Deo non relucet in actu charitatis. Ad tertium de fide dicendum, quòd non est simile: quia actus fidei per ipsum obiectum, quod est creditũ, distinguitur ab actibus aliorum habituum .s. potentíæ imperfectæ, quę non potest de se in tale obiectum: Et ideo habẽs fidem scit se habere illam, non autem habens charitatẽ scit se habere eam. Vel dicendum, quòd proprius effectus fidei est nobis notus ꝑ fidem. s. assentire his quæ ecclesia catholica credit, non autem proprius effectus charitatis: Et ideo non est simile. Ad quartum, charitas est pręsens animæ. Dicendum quòd quãuis sit pręsens secundum essentiam, non tamen in ratiõe obiecti: itellectui enim nostro nihil ſm statum vię præsens est vt obiectum, nisi per aliquam similitudinem ipsius ab ipso vel a suo effectu acceptam.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ charitas detur secundum capacitatem naturalium. Mat.xiiii. Dedit

i alio ript. : hic, da p q |. 24. t.3.o.

Dedit vnicuiq; secundum propriam virtutem.glo.Hiero.non pro largitate,vel particularitate alii plus vel minus recipiunt,sed secundum virtutem recipientium.sed ante aduentum charitatis non est in anima virtus,nisi quæ est secundũ naturalia, ergo secundum capacitatem naturalium datur charitas. Præterea. Secundum ꝙ materia nobilius est disposita ad formam dat ei Deus nobiliorem formam.ergo similiter vbi sunt nobiliora naturalia dat Deus nobiliorẽ gratiam,& ita gratia datur secundum capacitatem naturalium. Præterea. Sicut gloria præsupponit gratiã, ita gratia præsuponit naturam. sed gloria datur ſm modum gratię. ergo gratia datur ſm modum naturę, vt qui meliora naturalia habuerit maior sibi gratia infundatur. Pręterea. Angeli cõsequuti sunt meliora gratuita secũdum proportionem naturalium.ergo & homines similiter consequuntur. Contra. Homines assumuntur ad æqualitatem angelorum per gratiam,habent autẽ inæqualem naturam.ergo gratia nõ datur secundum proportionem naturalium. Pręterea. Possibile est illum qui meliora naturalia habet semper carere gratia,& illum qui inferiora naturalia habet perseuerare in gratia. ergo gratia non datur ſm capacitatem naturaliũ.

n alio cript. .d.31. .1.ar. .c.

Respon. Dicendum quòd intensio, & remissio alicuius formæ receptę attenditur secundum ordinem recipiẽtis ad causam influẽtem,Homo autem ad causam gratię non ordinatur post statũ naturæ lapsę secũdum ipsam naturam,sed secundũ modum li.ar. vel ſm sacramentum:Et ideo intensio,& remissio gratiæ in adultis attenditur secundum intẽsionem li.arbi.in Deum: paruulis vero omnibus datur ęqualis gratia propter eiusdem sacramenti susceptionem ꝗuis nõ habeat naturalia ęqualia,& simile est de charitate sicut de gratia. Ad primum non est in anima ante aduentum charitatis virtus &c.Dicendum quòd falsum est:quia non tantum capacitas naturalium ibi est.sed etiam vsus hominis per actum li.arbi.cum illa capacitate. Ad secundum de materia dicendum, quòd simile est,sicut materiæ secundum sui dispositionem datur forma,sic capacitati naturæ ſm suum vsum datur gratia. Ad tertium,sicut gratia est dispositio ad gloriam,dicendum,quòd nõ est simile: quia gratia est immediata dispositio ad gloriam, sed natura non est immediata dispositio ad gratiam: quia inter naturam, & gratiam cadit conatus medius, vt dispositio. Ad quartum de Angelis dicendum,ꝙ illis data est gratia ſm conatum, sed conatus in eis fuit proportionatus ipsi naturę,cum non haberent in se motum contrarium sensualitatis impedientem sicut est in nobis: Et ideo proportio gratię cõsequuta est proportionem naturalium. Vel potest dici ꝙ ex ordinatione diuina naturæ angelicę gratia debebatur:Et ideo illi in quibus natura angelica erat perfectior,plus de gratia recipiebant: natura vero hominis per peccatum impedita est a gratiæ susceptione, vnde non est simile: fuisset autem fortasse simile in statu innocẽtię.

p.p.q. 62.ar. 6.o.

Hic quæritur &c.

Quęstio secunda.

Hic quæruntur quinq;.
Primo vtrum charitas secundum essentiam augeatur.
Secundo de modo augmenti.
Tertio vtrum quolibet actu augeatur.
Quarto vtrum augeatur in infinitum.
Quinto vtrum diminuatur.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ charitas non augeatur;Non In alio script.

vt hic, ſcda ſc q. 24. ar.4. o pri. ſ æ q. 52. ar.1.o: q. 66. ar.1.o: De vir. ar.11. quoli. 9.arti. 13.o.

enim augetur ſecundum quantitatẽ mo lis, quia ea caret, nec ſecundum quantitatem virtutis. ergo non augetur. probatio minoris. Quantitas virtutis diuiditur ſecundum obiecta in quæ poteſt. ſed in omnia obiecta charitatis poteſt parua charitas, ſicut & magna. ergo non augetur ſecundum quantitatem virtutis. Præterea. Quod mouetur eſt corpus, vt probat philoſophus, charitas autem non eſt corpus. ergo non mouetur, ſiue mutatur. ſed augmentum eſt ſpecies motus. ergo non augetur. Præterea. Quod ſecundũ eſſentiam augetur, ſcdm eſſentiam mutatur. ſed quod ſm eſſentiam mutatur eſſe deſiſtit. ergo ſi charitas ſm ſuam eſſentiam augetur, eſſe deſiſtit, & ſic non augetur ſed corrumpitur. ergo ſi charitas ſm ſuam eſſentiam augetur, non augetur, quod eſt impoſſibile. Præterea. Cuius cauſa ſemper ſe habet eodem modo, illud neq; augetur, neq; minuitur, neq; variatur. ſed cã immediata charitatis eſt Deus, qui ſemper eodẽ modo ſe habet. ergo charitas non augetur. Pręterea. Augmentum charitatis nõ poteſt reduci proprie niſi ad motũ alterationis. ſed alteratio, vt probat philoſophus. vii. phiſi. non eſt niſi circa formas ſenſibiles. ergo non eſt circa charitatem. ergo ipſa non augetur. Contra. Aug. charitas meretur augeri vt aucta mereatur, & perfici. Præterea. Secundum eſſentiam charitatis mẽſuratur eſſentia meriti, ſecundum eſſentiam meriti eſſentia pręmii; cũ ergo ſit differentia præmiorum ſecundũ maius, & minus, erit differentia meritorum ſm magis, & minus. ergo & charitatis. ergo charitas augetur. Reſpon. Dicendum ꝙ augmentum, & diminutio ſunt mutationes circa paruum, & magnum, vnde ſecundum ꝙ aliquid ſe habet ad magnum & paruum, ita ſe habet ad hoc quod augeri, & minui poſſit: magnitudo autem, & paruitas attribuitur aliquibus dupliciter. Aut ſecundum ꝙ ipſa dicuntur magna vel parua. Aut ſecundum ꝙ magis vel minus inſunt. Primo modo augentur, vel diminuuntur ſubſtantiæ, quorum eſt eſſe magna vel parua ſecundũ quãtitatẽ molis vel virtutis. Secundo autẽ modo dicuntur augeri vel minui formę, quę poſſunt ineſſe ſecundum maius, & minus, ſicut albedo, & color: & hoc eſt ea augeri ſecundum eſſentiam ſuam: quia accidentis eſſe eſt ineſſe. Secus autẽ eſſet de forma ſubſiſtente, ſicut anima, quę nec poſſet minus ineſſe, nec minor eſſe, & ſic charitas, cum ſit quędam forma accidẽtalis, dicitur augeri vel minui ſecundum ꝙ magis vel minus ineſt ſubiecto, & hoc eſt ipſam augeri ſecundum ſuam eſſentiam. Sciendum tñ eſt ꝙ aliud eſt formã magis in eſſe ſubiecto, & aliud formam firmius eſſe in ſubiecto, vel liberius in ſubiecto operari: quia iſta duo attenduntur ſecundum diſpoſitiones concomitantes formam. ſ. principiũ ſecundum eſſentiam ipſius formæ. Vnde dicere charitatem augeri ſecundum maiorem radicationem in ſubiecto, vel ſecundum feruorem maiorem, non eſt dicere ipſam augeri per eſſentiam, ſed ſolummodo eam magis ineſſe, eſt eam augeri per eſſentiam. Ad primum. Minima charitas, dicendum, quod iam patet ſolutio: quia non augetur charitas quantum ad numerum obiectorum, ſed quãtum ad intenſionem propriam in ſubiecto, vt dictum eſt. Ad ſecundũ, quod mouetur eſt corpus, dicendum, ꝙ verum eſt, ſi moueatur vt ſubiectum motus, nõ tamen ſi mouetur ſicut id, circa quod attenditur motus, & hoc modo non prio mouetur charitas. Ad tertium dicendum, ꝙ non oportet ſi ſecundum eſſentiam mutatur ꝙ charitas corrumpatur: quia eius eſſentia nõ eſt per ſe terminus motus, ſed aliquid coniunctum eſſentiæ eius

eius, sicut diuersa terminatio quãtitatis virtualis eius, quę non est ipsa quantitas virtualis, quãuis sua quantitas virtualis sit sua essentia. Ad quartũ de cã charitatis dicendũ, ꝙ quædam est cã quæ est sua operatio, & hæc operãdo nõ mouetur nec mutatur, licet producet effectus diuersos, & talis causa est Deus. Est autẽ alia causa quæ non est sua operatio, & talis mutatur agendo aliquo modo, sicut exiens de ocio in actum, & de hac verum est quod obiicitur. sed talis non est Deus, qui est causa charitatis. Ad quintum, alteratio non est &c. dicendũ, ꝙ verum est de alteratione quæ includit passionem, quę consistit in abiiciẽdo aliquid a subo per actionem formę cõtrariæ, non autem de alteratione quæ includit in se passionem, quæ consistit in recipiendo solum: sic enim est circa substantias & qualitates spirituales, & talis qualitas est charitas.

Articulus secundus.

n alio ...ript. ...t hic, ...da sę ... 24. r.5.o. ...n.fæ 52. t.2.o. AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ charitas augeatur p additionem. Philosophus enim dicit primo de generatione. Augmentum est præexistentis quantitatis additamentũ, si ergo charitas augetur hoc est per additionem. Præterea. Deus non agit aliquid de nouo in anima nisi per nouũ influxum, nõ aũt potest intelligi nouus influxus nisi aliquid de nouo infundatur. ergo cũ charitas de nouo augetur oportet ꝙ aliqua charitas de nouo infusa præexistenti addatur. Præterea. Ex eisdem res generatur & nutritur, & augmentatur, sed per influentiam diuinam charitas generatur. ergo, & augetur. Præterea. Charitas non augetur per recessum a contrario solum: quia ẽt in statu innocentiæ augeri posset. ergo per accessum ad terminum. sed minor res ad maiorẽ q̃titatem non accedit nisi per additionem. ergo charitas augetur per additionem. Contra simplex simplici additum nihil auget. ergo cũ charitas sit simplex, per additionem charitatis non augetur. Præterea. Additionem sequitur compositio, compositionem virtutis diminutio. sed charitas augetur virtute. ergo illud augmentum non est per additionem. Respon. Circa hoc fuit duæ opiniones. Quidam.n. dicunt ꝙ augetur per additionem alterius charitatis. Sed contra hoc est: quia charitas, cum sit alteri charitati eadem secundum speciem, nõ potest esse diuersa ab alia charitate nisi per numerum: accidentia autem eiusdem speciei numerantur secundum diuersitatem subiectorum, cum ergo addita charitas non fuerit in alio subiecto, nisi in eo in quo est charitas augmentata, nõ potest esse alia ab ea. ergo non potest augmentare eã. Et ideo alii dicunt ꝙ augetur secũdum intensionem, & hoc sic patet: vt enim dicit Boetius in lib. de hebdo. quod est, potest aliquid aliud participare. sed ipsum esse nullo alio participat, & simili rõne nulli formæ potest aliquid addi qd non sit de essentia eius, quod autem additur alicui formæ vt existens de essentia eius variat eius speciem, sicut sensitiua addita vegetatiuæ mutat speciem, & sic rõnalis addita sensitiuæ, ita vt sint eadẽ essentia in composito, sicut vnitas addita numero variat numeri speciem, vt dicitur in. viii. meth. vnde per hũc modum vna forma inuenitur alia melior, & maior in bonitate, secundum quod est in altiori specie constituta. Relinquitur ergo ꝙ forma in eadem specie manens non põt augeri per hoc ꝙ sibi fiat additio. sed per hoc ꝙ sit additio subo, quæ quidem additio quandoq; secundũ quãtitatem intelligitur, sicut cum corpori albo additur aliud corpus album, & per accidẽs albedo albedini, & fit maius album. sed non magis album, quod non est in pro-

De v.r. ar.11.c & ad de cimum

posito. Quandoq; vero secundum formam non autem secundum quod subiecto additur aliqua forma secundum speciem, eadem vero secundum speciem non potest addi nisi secũdum quod magis inest, magis autem inest secundum quod potentia subiecti magis terminatur sub actu formæ, & subiicitur ei, & sic charitas augetur, & quælibet forma accidentalis, secundum quod intensius est in subiecto. Ad primum de philosopho dicendum, quod propositio philosophi intelligitur de augmẽto secundum quantitatem molis, non virtutis. Ad secundum dicendum, quod secundum Aug. xi. super Gen̄. ad lit. Deus cõtinua actione virtutem in anima causat sicut sol lumen in aere, vnde non oportet quod nouo influxu augeat charitatem. sed eodem influxu plenius participato.

Ad tertium, ex eisdem res generatur, dicendum, quod iam patet solutio: quia per influẽtiam diuinam charitas generatur, & augetur, non tamen per diuersam influentiam. Ad quartum, minus ad maius, &c. dicendum, quod in accessu minoris ad maius secundum quantitatem dimensiuam verum est hoc, sed non secundum virtualem, dico autem charitatem augeri per accessum ad terminum virtutis perfectæ. Quod autem charitas aliqua augeatur per recessum a contrario, hoc accidit ex conditione subiecti contrarie dispositi.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic. pri. secundæ q. 52. ar. 3. o. secunda secundæ q. 24. ar. 6. o

AD tertium sic proceditur, & videtur quod charitas quolibet actu augeatur. Vbi enim est causa eadem, est idem effectus. sed omnes actus charitatis sunt eiusdẽ speciei. ergo cum aliquis actus charitatis charitatem augeat, augebit, & quilibet actus. Præterea. Potentior, & propinquior dispositio est quilibet actus charitatis ad charitatẽ, quam actus naturalis ad charitatẽ. sed aliquis actus naturalis est dispositio immediata ad gratiam. ergo multomagis quilibet actus charitatis ad charitatem. Præterea. Qui potest quod maius est, potest & quod minus, sed quilibet actus charitatis potest mereri vitam æternam. ergo multomagis augmentum charitatis.

Contra. Ex eisdem principiis generatur aliquid, & augetur. sed ex vno actu non generatur charitas: quia nec etiam virtus moralis ad cuius gn̄ationẽ plus confert actus noster. ergo non augetur.

Respon. Dicendum, quod sicut aliquis habens charitatem potest ea vti, & nõ vti, ita potest ea intensius, & remissius vti. Secus autem est de formis naturalibus, quarum actiones ex necessitate proueniunt. Quando ergo intensio actus charitatis adęquatur intẽsioni habitus, tũc homo meretur charitatis augmentum, tunc bene vtitur eo quod iam accepit. Quando vero intensio actus non adęquatur intensioni habitus, per talem actum charitatis non augetur: quia nondum exercet homo totum quod habet: exercitium autem habitus eum auget.

Ad primum. Omnes sunt eiusdẽ speciei, dicendum, quod quãuis sint eiusdem speciei non tamen omnes æquæ intensi. Ad secundum de actu naturali dicendum, quod nõ quilibet actus naturalis est immediata dispositio ad gratiã, sed ille qui procedit ex tota virtute. Similiter non quilibet actus charitatis est imediata dispositio ad augmentum charitatis. sed ille qui procedit ex tota virtute naturæ, & charitatis, tamen actus charitatis est perfectior dispositio ad augmentum charitatis, cum non se habeat in ratione tantũ dispositionis, sed in rõne meriti, quàm sit actus naturalis ad charitatem, cum se habeat tantum in ratione dispositiõis. Ad tertium. Mereri vitam æternã est maius, dicendum, quod falsum est, cum mereri augmentũ charitatis sit mereri augmentum vitæ ęternę. Maius autẽ est mereri

reri augmentum vitæ æternæ, q̃ mereri tantum vitam æternam, cum augmentũ vitæ æternæ se habeat ex additione ad vitam æternam. Ad quartum. Ex vno actu &c. dicendum, ꝙ nõ est simile: quia firmitas quę requiritur ad virtutem moralem dependet ex actu voluntatis, quæ est principium valde mutabile. sed firmitas charitatis est ex Deo non ex actu nostro, ideo non ex vno actu volũtatis firmitas habitus generatur, qui ex eo dependet tanq̃ ex causa efficiente, sed tamẽ vno actu gratia infunditur, quia potest esse perfecta dispositio ad charitatẽ respectu cuius non se habet nisi in rõne dispositionis, nõ alicuius efficientiæ.

Articulus quartus.

In alio script. et hic, rda. 24. 1.7.0.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ charitas non possit augeri in infinitum: Perfectio enim nõ augetur vltra capacitatẽ perfectibilis. sed charitas est perfectio animæ: capacitas vero animæ est finita. ergo charitas non augetur in infinitum. Præterea. Nihil ordinate mouetur ad id quod cõsequi non potest. sed augmentum in infinitum consequi non potest. ergo nihil mouetur ad hoc. ergo nec charitas mouetur ad augmentũ infinitum. Præterea. Charitate & gratia Christi quæ tamen finita est non potest esse maior. sed si charitas posset crescere in infinitũ posset maior esse. ergo &c. Contra. Charitas assimilat nos Deo, sed nunq̃ tanta est assimilatio quin possit esse maior. ergo semper põt charitas crescere in infinitum. Præterea. Quanto magis crescit charitas tanto est virtuosior ad merendum. sed per meritum augetur. ergo quanto plus crescit plus potest augeri, ergo in infinitũ. Præterea. Idem patet ex opposito: quia homo in statu vię potest semper demereri. ergo, & semper mereri. Respon. Circa hoc est duplex opinio: Quidam enim dicũt ꝙ charitas non potest augeri in infinitũ: quia capacitas animę terminata est, & augmẽtum non recipit. Sed contra hoc est ꝙ ipsa charitas auget capacitatem naturæ, sicut ipsum intelligere auget capacitatẽ intellectus, sm philosophum, qui dicit ꝙ intellectus quãtomagis intelligit difficilia tãto potest plus intelligere: Et ideo quanto natura spiritualis plus recipit de charitate plus potest recipere, & magis eius capacitas augetur. Ideo alii dicunt ꝙ de augmẽto charitatis est loqui dupliciter. Aut de augmẽto quod habet & illud semp est finitũ. Aut de augmẽto ꝙ hẽre põt, & illud est infinitum, & ideo charitas põt augeri in infinitũ. Et huius est duplex ratio. Vna ex parte eius ad quod mouetur anima in augmẽto: illud enim ad quod mouetur anima est similitudo diuinæ bonitatis, a qua distat in infinitum, & ideo augmentum charitatis potest crescere in infinitum. Alia ratio est ex parte eius quod mouetur ad augmentum. s. ipsius animę, quę quanto plus recipit de bonitate diuina tãto capacior est ad recipienudm, & ideo quanto plus recipit de charitate tanto plus potest recipere, & ideo in infinitum. Ad primum de capacitate animæ dicendũ, ꝙ capacitas animę potest cõsiderari vel in actu, & sic est finita, vel in potentia, & sic põt crescere in infinitum. Ad secundum dicendũ, ꝙ nõ mouetur anima ad infinita simul, sed primo mouetur ad augmentum charitatis terminatum. sed post hoc augmentum potest aliud esse augmentum, & ita põt moueri ad illud, & similiter ad aliud, & sic in infinitum, & hoc modo itelligitur augmentũ charitatis interminatum. Ad tertium dicendum, quòd quãuis gratia Christi sit finita inquãtum est quoddam creatum tamen inquantũ attingit ad ipsam vnionem habet quandam rationem infinitatis. sed hoc magis patebit in tertio.

De ver. ar. 11. & ad decimum sept.

In alio script. vt hic, scda pte q. 24. ar. 10. o. De ma: q 7. arti. 2.

Articulus quintus.

AD quintum sic proceditur, & videtur ꝙ charitas minui possit secundum substantiam: Opposita enim habēt fieri circa idem. sed augmentum, & diminutio sunt opposita, cum ergo charitas possit augeri ꝑm essentiam, sicut iam dictum est. ergo, & minui secundum essentiam potest. Præterea. Sicut fieri contingit de imperfecto perfectū, ita & ecōtrario. sed motuum contrariorum sunt causæ cōtrariæ. ergo cum primum fiat per augmentū charitatis scdm fiet per eius diminutionē. Præterea. Aug. dicit. Minus te amat qui aliquid tecum amat. Et alibi. Vbi magis cupiditas ibi parua charitas. sed cupiditas potest augeri. ergo, & charitas minui. Sed contra. Si charitas diminuitur, nō diminuitur nisi per peccatum. sed peccatū mortale nō diminuit charitatem; quia totaliter eā tollit, similiter nec peccatū veniale; q̄a sic multa peccata venialia charitatē tollerent, cum charitas sit finita. ergo charitas nullo modo diminuitur. Præterea. Aut fit diminutio secundum candē q̄titatem semper in diminutione charitatis, aut secūdum eandem proportionē. Si secundum eandem quantitatem, cum tota quātitas sit finita, ergo per venialia multiplicata destruitur tota. Si ꝑm eandem proportionē, vt si semper remoueretur dimidium residui, & sic in infinitum sicut continuū diuisibile est in infinitum. ergo cum semper illud qd post aufertur minus sit eo quod prius auferebatur, minus nocebit semper peccatum posterius q̄ prius. ergo minus erit malū, quod falsum est. Respon. Charitas potest minui quantum ad radicationē, & feruorem, sed non pōt minui quātum ad essentiam; Et huius ratio est: quia si minuitur, aut hoc est ex parte Dei, aut ex parte nostra. non ex parte Dei, cū ab ipso nullus fit defectus, si ex parte nr̄a, aut hoc est propter cessationem ab actu nostro, aut propter deordinationem actus nostri. Non primo modo: quia cū non habeat essentiam ab actu nostro, nec ab ipso debet diminui. Non secūdo modo: quia deordinatio actus nostri, aut est circa finem, ita vt per eā finis tollatur sicut est per mortale peccatum qd non diminuit sed penitus tollit charitatem, aut circa ea quę sunt ad finem, & sic est deordinatio peccati venialis, quæ non attingit charitatem quæ est ꝑm adhęsionem finis, nec opponitur essentiæ charitatis: Et ideo nec diminuit eā, & ita non est quod minuat charitatem quo ad essentiam. sed opponitur illa inordinatio venialis peccati radicationi, & feruori charitatis; ideo diminuit illā quo ad illa duo, s. quo ad radicationem ꝑm ꝙ fit dispositio ad contrarium, vnde minuitur firma ihęsio charitatis, & quo ad feruorem, prout impeditur obedientia inferiorum virium ad superiores, ex qua causatur feruor. Ad primum. Opposita habent fieri circa idem, dicendū, ꝙ verum est, nisi alterum nō determinate insit naturaliter. Augmētum vero naturaliter sequitur charitatem non diminutio, eo ꝙ ex parte influētis, & suscipiētis potest esse causa aliqua augmenti nō diminuitionis. Ad secundum dicēdū, quod perfectio attenditur non solum secundum essentiam charitatis, sed etiā secundum statum. primo modo non contingit fieri de perfecto imperfectum. sed secundo. Ad tertium dicendum, ꝙ concupiscentia potest referri ad charitatem dupliciter. Prout est in fieri, & sic impedire potest ne tāta charitas detur quanta daretur si ipsa non adesset, vel prout est iam habita, & sic nō minuit quo ad essentiam, vt dictum est.

Distin.

Distinct. Decimaoctaua.

Præterea diligenter

considerandum &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quinq;.

Primo vtrum donum sit essentiale vel personale.

Secundo vtrum sit proprium Spiritussancti.

Tertio vtrū per ipsum dentur alia dona.

Quarto vtrū Spiritussanctus eodem sit Deus, & donum.

Quinto quibus diuinis nominibus debeant addi hęc pronomina, meum, & vestrum.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p.p q. 38. arti. 1.c.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ donum sit nomen essentiale: Omne enim nomen connotans effectum in creaturā: significat diuinam essentiam. sed hoc nomen, donum, connotat effectum in creatura: importat enim respectum ad creaturam. ergo significat diuinam essentiā. Pręterea. Omne nomen conueniens essentiæ diuinæ essentiale est. sed essentiæ diuinæ conuenit esse donū. Ad Phil. iii. donauit illi nomen &c. i. hoc nomen, Deus, ſm glo. ergo est essentiale. Pręterea. Quicquid intelligitur in diuinis, exclusa per intellectum distinctione psonarum, est essentiale. sed huiusmodi est donum: exclusa enim distinctione personarum Deus posset dare seipsum. ergo est essentiale. Contra. Donum procedit a dante, essentia diuina a nullo procedit. ergo non potest dici donum. Respon. Dicendum, ꝙ donum respectu dati potest dicere authoritatem in dante, & sic cum in diuinis non sit authoritas nisi ratione originis, donum est personale, vel tantum libertatem respectu dati, vt. s. illud quod datur libere habeatur, & sic cum tota Trinitas libere habeat seipsam potest dare seipsam: quia sic non requiritur distinctio dati a dante, sed ab eo cui datur, & sic donum est essentiale.

Ad primum. Omne nomen connotans &c. dicendum ꝙ dupliciter potest nomen cōnotare effectum in creatura, vel ſm rationem principii alicuius operationis tantum, & sic cum operatio sit totius Trinitatis, est essentiale, vel ita ꝙ cum ratione pricipii respectu creaturę connotat aliquod notionale, vt incarnatio, quæ & operationem iportat, quę tribus est personis cōmunis, & opationis terminum in quem terminata est carnis assumptio, quod proprium est personæ Filii; Et huiusmodi est hoc nomen donum: quia præter respectum quem connotat ad illum cui donabile est, pōt importare respectum ad illum a quo est sicut a principio, & ex hac parte est notionale. Ad secundum, Donum conuenit essentiæ, dicendum ꝙ si dare importat authoritatē respectu dati in dante, sic essentia nō dicitur dari, sed alio modo, vt dictum est. Ad tertium dicendū, ꝙ donum, in cuius ratione importatur authoritas, non remaneret non intellecta distinctione personarum, & per hoc patet solutio ad vltimum.

Articulus secundus.

AD secūdum sic proceditur, & videtur ꝙ donum non sit propriū Spiritusancto: Omne enim quod datur donum est. Filius datur Esa. ix. Filius datus est nobis. ergo ipse est donum. Pręterea. Aut Filius fuit donabilis ab ęterno, aut non, si sic, ergo donum: quia donum ab aptitudine dandi dicitur, si non, ergo cōtra rationem suæ proprietatis fuit ꝙ daretur. Pręterea. Spiritussanctus non habet nisi vnam notionem, quę est eius processio. sed alio modo innotescit Spūssanctus, inqtū est donū, & inqtū est procedens. ergo vi ꝙ no

In alio script. vt hic, p.p.q. 38. ar. 2.c. De ver. q.7. arti. 1. ad ter.

tio qua donū dicitur, nō sit propria Spiritusancto, & ita nec donum. Contra. In li. de Trin. August. dicit. Sicut in Trinitate solus Filius est verbum, ita solus Spiritussanctus dicitur donū. Respon. Dicendum ꝙ in hoc differtur donum, & datum principaliter: quia datum potest dici aliquid quocunq; modo datur, sed donum dicitur illud quod de sua rōne habet quod detur, quasi ordinem ad dandum. Spiritussanctus autem ex rōne suę processionis habet qd detur: quia procedit vt amor, qui est primum donum: Filius autem non habet ex ratione suę ꝓcessionis vt detur: Et ideo proprie loquendo, Spiritussanctus solus est donū, sed vterq; potest dici datum. Ad primum, Omne quod datur, dicēdum, ꝙ nō est verum secūdū ꝙ donum proprie accipitur ꝑm ꝙ datur ex naturali aptitudine quā habet ad hoc vt detur. Ad secundum dicendum, ꝙ filius ab ęterno fuit habilis vt daretur in tempore, tamē ista habilitas non importatur in ratione suæ processionis, sed importatur in processione Spiritussancti. Ad tertiū dicendum, ꝙ sicut vna essentia ꝑm rem materialiter significatur vt differens ratione, sic vna proprietas secundum rem significatur materialiter, & vt differens ratione. Hinc est ꝙ proprietas Spiritussancti significatur, & nomine spiritus, quo ad actum procedendi, & nomine amoris quo ad modum processionis, & nomine doni quo ad rōnem donationis superadditam: quāuis sit vna proprietas realiter Spiritussancti.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, p. p. q. 38. ar. 2. o. 4. con.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ per donum, quod est Spiritussanctus, non dentur alia dona: Dona enim Spiritussancti appropriata non dicuntur dari per Filium. ergo nec dona appropriata Filio: vt sapientia, debent dici dari per Spiritūsanctū. Præterea. Filius datus est nobis Esa. ix. Sed Spiritussanctus nō habet authoritatem in Filium. ergo nō est nobis datus per eum. Prętерea. Pater generādo Filiū dedit ei totam suam essentiā, hoc autē non fecit per Spiritumsanctū. ergo non omnia dantur per Spiritumsanctum. Prętерea. Circūscripto per intellectum spiritusancto nihilominus a Deo fieret distributio gratiæ, & donorum. ergo videtur cum cessante cā non cesset effectus ꝙ distributio donorū nō fiat per spiritumsanctum. Contra. Secundum philosophū, id quod est primum, causa est omniū aliorum: Sed Spiritussanctus in genere donorum primū est: quia amor est primum donum. ergo causa est omnium aliorum donorum. Respon. Dicendum ꝙ aliquid datur dupliciter. Vno modo ex virtute naturæ, sicut sol dat lumen suum. Alio modo ex liberalitate voluntatis: Sicut autem natura est principium primæ dationis, ita amor est principium secundę. Vnde cum Spiritussanctus sit amor omnia dona quæ dantur nobis ex diuina liberalitate dicuntur dari per Spūmsctm: quis non in omnibus detur Spiritussanctus. sed in quibusdam tantum, vt dictū est supra. Ad primum, dicendum, ꝙ sapientia, & scientia ꝑm id quod sunt appropriantur Filio, sed ꝑm id quod dantur appropriantur Spirituisancto. Ad secundum de Filio dato dicendum, ꝙ Filius datus est per Spiritumsanctū, non tamen ita quòd Spiritussanctus habeat potestatem in filio, sed in effectu connotato per dationem Filii. s. in opus incarnationis. Ad tertium de essentia diuina dicendum, ꝙ iam patet solutio: quia datio illa qua Pater dat essentiā Filio, est datio ex proprietate naturæ. Ad quartum dicendum, ꝙ si non esset Spiritussanctus, non esset in Deo nisi amor essentialis per quem dona darentur. Posito

Marginalia (right): c. 11. 12. Esa. 11 co 7. — p. p. q. 43 ar. ti 5 ad pri.

sito autem Spiritussancto est in Deo duplex amor, essentialis, & psonalis, & per vtrūq; intelliguntur dona dari.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, AD quartum sic proceditur, & videtur quòd non eodem spūssanctus sit donum, & Deus. Nō enim est eadem ratio communis, & proprii. sed donum est proprium spiritussancti Deus autem cōmune. ergo non est eodem, donum, & Deus. Prætetea. Ex relatione ad eos quibus datur habet spiritussanctus quòd sit donum, ex nulla vero relatione habet quòd sit Deus. ergo nō est eodem Deus, & donum. Prẹterea. August. ait non eo donum est spiritussanctus quo Deus. Contra. Spiritussanctus procedendo accepit vt sit essentia. ergo processiōe est essentia. sed processione est donum. ergo est Deus quo est donum. Præterea. Augusti. ait. Spirituisācto præstat esseētiā de vtroq; processio, ergo cum ipsa processio præstet ei omne donū. ergo eo Deus est quo donum. Respon. Cum quęritur an eodem sit Deus quo donum, si quęritur de idēptitate rei, dicendum q; sic: quia in diuinis essentia, & proprietas idem sunt re. Si autem quęratur de idemptitate rationis, distinguendū est: Aut enim ablatiuus constituitur cum hoc verbo sit in ratione formę, & sic non eodē est Deus quo donū: quia diuinitate Deus est, proprietate donum. Aut in rōne principii sic, eodē. s. eadem processione Deus est, & donum: quia per processionem istam habet quicqd habet, & sic quòd sit Deus, & quòd sit donum. Ad primum, nō est eadem ratio, dicēdum, quòd formaliter loquendo non eodem secundum rationem est Deus, & donum, sed quasi causaliter. Ad secundum dicendum, quòd q̄uis ex relatione, vt relatio est, non sit Deus formaliter loquendo, tamen ex relatione, vt est idem quod actus æternæ emanationis, habet q; sit Deus. Ad tertium, non eodem est donum, dicendum, q; August. intellexit formaliter loquendo, non causaliter.

l. esse

Articulus quintus.

AD quintum sic proceditur, & videtur q; Spiritussanctus possit dici donum nostrum: Eis. n. quę dicunt respectum ad creaturā possumus addere hoc pronomen nostrum, sicut defensor noster. sed donum dicit respectum ad creaturam. ergo potest dici donum nostrū. In alio scr p:. vt hic. Prẹterea. Sanctus, nihil diminuit de rōne Spiritus, sed bene dicitur spūs noster, vt spiritus etiam Heliæ. ergo & bene dicitur Spiritussanctus noster. Prẹterea. Quisquis est datus nobis, noster est, Filius est datus nobis. ergo Filius noster est. Prẹterea. In Deo idem est Deus, & sapientia, & essentia, sed bene dicitur Deus noster. ergo essentia, & sapiētia nostra. Respon. Illis nominibus quæ aliquam causam important respectu nostri, & prędicatur in cōcreto, pñt addi dicta pronomina; Et ad hoc notādum est q; cū sint quatuor causæ, Deus non est causa materialis nostra, sed se habet ad nos in ratione efficientis, finis, & formæ exemplaris, non inhærentis. Ista ergo nomina quæ important rationem principii per modum efficientis, vt creator, vel finis, vt bonum, recipiunt additionem pronominum, vt creator noster, bonum nostrum: illis autem quæ significantur per modum formę inhærentis, qualia sunt ista nomina quę significant diuinā essentiam in abstracto, vt bonitas, & sapientia, & sic de aliis, non addūtur dicta pronomina, sed si inueniantur addita, exponendę sunt illę loquutiōes magis q̄ ampliandę. Ad primum de dono dicendum, q; donum non dicit tantum respectum habitualem ad creaturam, sed datum actuale, ideo nō dicitur donum nostrum, sed datum nostrum. p. p q. 38. ar. ti. 2. ad ter.

Ad secūdum, potest dici spiritus noster, dicendum, ꝙ nō est simile: quia Spiritus sanctus est quædam circūloquutio inuē ta ad exprimendum personam Spiritus sancti. Ipse autem inquantum persona subsistens, non dicit actualem respectum ad nos: Et ideo non dicitur Spiritussanctus noster. Sed spiritus dicit actum spirandi in nos, ideo potest dici noster spiritus. Ad tertium Filius datus est, dicē dum, ꝙ verum est, non tamen in Filium datus est, sed in doctorem: Et ideo dicitur doctor noster, saluator noster, non Filius noster. Ad quartum dicendum, ꝙ Deus, & deitas, q̄uis sint idem re, differunt tamen ratione. Nam Deus significat vt res subsistens quæ est alicuius rei principiū propter operationem a qua imponitur nomen hoc: hoc autem nomen, diuinitas, significat per modū formæ inhærentis: Et ideo non est simile.

Distin. Decimanona.

Nūc postquā coæternitatem.

Quæstio prima.

Hic quæruntur duo.
Primo de æqualitate.
Secundo de illis in quibus attenditur æqualitas.
Circa primum quæruntur duo.
Primo an in diuinis sit ęqualitas.
Secundo an sit ibi mutua ęqualitas.

Articulus primus.

In alio script. vt hic. p.p.q. 42 arti.1.o. 4.con. c.9.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ non sit in diuinis ęqualitas: Proprium enim est quantitatis secundū eam ęquale vel inęquale dici, vt dicitur in prædi. sed in Deo non est genus quātitatis, quia vt dicit August. ipse est sine quantitate magnus. ergo non potest dici æqualis vel inæqualis. Præterea. Aut penes essentialia attenditur in Deo æqualitas, aut penes personalia. sed non penes essentialia, quia penes vnitatem essentiæ attenditur idemptitas, nō ęqualitas, nec penes personalia, quia in personalibus distinctio est, non conuenientia. ergo nullo modo est in Deo æqualitas. Præterea. In diuinis non est q̄titas molis, sed virtutis, virtus vero potius est qualitas q̄ quantitas, ſm qualitatem vero dicitur similitudo non æqualitas. ergo in Deo non est ęqualitas. sed similitudo. Præterea. Æqualitas cum sit species proportionis dicit proportionem, & cōmensuratiōē quandā. sed infinitorum non est aliqua cōmensuratio nec proportio, cū ergo diuinæ personæ infinitæ sint, nulla æqualitas est in eis. Contra. In symbolo Athanasii dicitur, ꝙ totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coęquales. Respon. Dicēdum ꝙ quia magnitudo in rebus nobis notis est species quantitatis, ideo ea quæ conueniunt in magnitudine dicuntur esse æqualia. Nominum vero impositio trāsumitur a nobis ad res diuinas: Et ideo etiam vnitas magnitudinis in diuinis, est ratio intelligendi æqualitatem in Deo, quāuis ipsa non sit species quātitatis in Deo, & similitudinis ratio est de aliis secūdum quę attenditur ęqualitas in diuinis. Et per hoc patet respōsio ad primum. Ad secundum autem, penes essentialia, dicendum, ꝙ penes essentialia attenditur ęqualitas, non vt significantur per modum essentiæ. sed per modum quantitatis, siue speciei eius. Ad tertium dicendum, ꝙ quāuis per comparationem ad subiectumquod perficit sit qualitas, tamen per comparationem ad obiecta in quæ potest, penes quæ attenditur eius diuisio, per modum quantitatis habet. Ad quartum dicendum, ꝙ æqualitas in creaturis est quædam proportio quæ non attenditur secundum vnam quātitatem in numero, sed in specie mensuræ vtputa, quia vtraq; est bicubita:

bita: proportio enim attenditur in diuersis.sed in diuinis dicitur ęqualitas secundum vnam numero magnitudinem: Et ideo nō est ibi ratio commēsurationis,vel proportionis.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, & in locis pce děti ar. adductis. AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ in diuinis nō sit mutua ęqualitas. Dicit enim Dio.I. de di.no. ꝙ in causa,& causatis non recipimus conuersionem similitudinis, & æqualitatis. Cum ergo Pater sit principium Filii,Filius est ęqualis ei,& similis,& non econuerso. Præterea. Heb.i.sup Illud. Qui cum sit splendor glorię,glo.Chris. dicit ꝙ Filius est ęqualis Patri, & non econuerso. Pręterea. Hyl.ait.Imago, si perfecte implet id cuius est imago,ipsa coæquatur ei non id imagini suæ. ergo Filius ęquatur Patri non econuerso, cū sit imago Patris. Contra. In relatiuis ęquiparātię fit reciprocatio, æquale est relatiuū æquiparantiæ. ergo in æquali fit reciprocatio. ergo sicut Filius est æqualis Patri ita econuerso. Præterea. Maior est ęqualitas mutūa, & reciproca q̄ quę non est sic.sed ęqualitas diuinarū personarum est maxima.ergo mutua, & reciproca. Respon. Differunt ęqualitas,& adæquatio: ęqualitas.n. dicit relationem æquiparantiæ.sed. adæquatio dicit motum siue accessum ad hanc relationem.Quāuis autem in diuinis nō sit aliquis motus;est tamen ibi receptio secundum quam vna persona dicitur ab alia recipere.sed quia in diuinis personis vna est essentia,ſm quam relatio æquiparantię in eis attenditur, non tamē Pater recipit a Filio (hanc æquiperantiam,siue essentiam in qua attenditur ęquiperantia, sed econuerso: Et ideo in diuinis personis est mutua ęqualitas,ſm ꝙ Pater dicitur ęqualis Filio,& econuerso,non tamen mutua adæquatio, quia Pater non adęquatur Filio,q̄uis sit ecōuerso. Ad primum,in causa, & causato, &c. dicendum,ꝙ hoc intelligitur de causato isto quod non perfecte recipit similitudinē suæ causæ,sicut imago Cæsaris assimilatur Cęsari, sed non econuerso:Filius autem perfecte recipit totam perfectionem Patris,ideo similis, & æqualis potest ei dici,& econuerso. Ad secundum de Chrysost.dicendum, ꝙ ęqualitas sumitur ibi pro adęquatione, vnde Pater non dicitur æqualis Filio, quia non adæquatur Filio, sed potius econuerso. Ad tertium dicendum, ꝙ quamuis Pater non coæquetur Filio,tamen æqualis est Filio, & ratio dicta est: quia coæquatio importat accessum ad æqualitatem:æqualitas autem hunc accessum non importat.

Quæstio secunda.

Circa secundū quæruntur duo.

Primo de ęternitate.
Secundo de magnitudine.
De potentia vero quęritur infra, in his enim tribus attenditur æqualitas.
Circa primum quæruntur duo.
Primo quid sit æternitas ſm rem.
Secundo quomodo se habeat nūc ęternitatis ad ęternitatem,

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ ęternitas non sit diuina substantia:Nihil enim est causa suiipsius.sed Deus est author æternitatis, vt dicit August.lib.lxxxiii.q. ergo æternitas non est ipse Deus. Præterea. Eodē mensuratur principiū & id qd est a principio,sicut motus primi mobilis,& omnes alii motus inferiores causati ab eo mensurātur tempore. sed esse diuinum est principium omnium aliorum esse.ergo eodem mēsuratur.sed esse aliorū mēsuratur euo,& tempore,esse autem diui In alio script. vt hic, p.p. q. 10. ar. 2. c. & ad ter.

num æternitate, ergo æternitas, æuum, & tempus sunt eadem mensura, sed tempus, & euum non sunt substantia diuina. ergo &c. Præterea. In omnibus participationibus diuinæ bonitatis est cōmunitas in nomine, & in rōne analogiæ inter principium cōmunicationis, & perfectionem participatam, sicut patet de bonitate in Deo, & in creaturis. sed secundum Dio. sicut Deus dicitur sapiens, inquantum implet alios sapientia, ita per hoc dicitur æternus quod est causa eui, & temporis. ergo euum, & tempus debēt dici æternitas. Præterea. Mensura est proportionata mensurato. sed omne esse in se consideratum indiuisibile est, vt dicit Boetius in lib. de hebdo. cum esse temporalium mēsuretur tempore, esse euiternorum æuo. ergo tam tēpus, q̄ æuum erunt mensura indiuisibilis, & permanens. sed æternitas est huiusmodi. ergo tam tempus q̄ euum erit æternitas, & sic idem ꝙ prius. Sed contra. Nihil est ab æterno nisi substantia diuina. sed æternitas est ab æterno. ergo &c. Præterea. Deus non mēsuratur alio a se, cum sit prima mensura: mensuratur aūt æternitate. ergo &c. Respon. Dicendū ꝙ sicut tempus est mensura motus rei tēporalis, ita etiam æternitas est mensura esse rei æternę, & euum rei euiternę. Motus autem de sui rōne successionem habet, & per consequens pluralitatem in partibus: Et ideo tempus est mēsura motus per modum numeri. Esse vero rei in se consideratum simplex est, nec habet successionem nisi per accidens, inquantum subiacet motui. Vnde illud esse qd nullo modo motui subiacet est absq; successione, siue sit esse subsistēs, sicut esse diuinum, quod mensuratur æternitate, siue sit esse inhærens, vt esse incorporalium creaturarum, quod dicitur mensurari æuo: Et ideo æternitas est vnitas diuini esse, & æuum est vnitas esse angelici, vel alicuius creaturæ incorruptibilis, in Deo autē non est aliud vnitas, & vnū, vnde æternitas est ipsum diuinum esse, & per cōsequens diuina substantia, quæ non est aliud q̄ suum esse. Quidam vero prædictarūm trium mensurarum differētiam assignāt per hoc quod tempus habet principium, & finem, æuum autē principium, sed non finem, æternitas, neq; principium, neq; finem. Sed hoc est cōtra Boe. in fine de consol. qui dicit ꝙ si mundus semper fuisset, & semper futurus esset, vt Plato ponit, non tamen esset æternus, quia totum esse suum nō est simul. Ad primum, Deus est causa æternitatis, dicendum, ꝙ duplex est ęternitas. s. participata, & hoc nihil aliud est q̄ æuum, & hmōi Deus est causa, & sic intelligitur authoritas alia nō participata, qua Deus æternus est, & hæc non est causata. Ad secundum dicendum, ꝙ verum est de mensura cōmuni, & excedente, non de mensura propria, & coęquata: hæc enim sequitur diuersam rationē mensurandi ipsorum mensuratorū. Nō est autem eadem ratio mensurandi esse successiuum, & permanens, nec esse permanēs receptum, & non receptum: quia nō est idem modus essendi, ideo nec eorum eadem est mensura propria, & coęquata, quāuis sit eadem cōmunis, & excedens. Ad tertium dicendum, ꝙ quādo nomen imponitur perfectioni secūdum rationem perfectionis tātum vnum est, non autem quando imponitur ei nomē secundum modum quo participatur sine quo est in principio cōmunicante, sicut hoc nomē sensus non cōuenit Deo, quāuis hoc nomen cognitio conueniat Deo. sed ęternitas nominat durationē, secundum istum modum quo est in principio suo, & ideo alię durationes participatæ non dicuntur nomine æternitatis. Ad quartum esse omnium &c. dicendum, ꝙ verum est prout in se cōsideratur.

pri. p. ibi su. ad pri. & ad secundū.

ratur, sed prout subiacet variationi, & mutationi causatæ ex motu cœli, sic quodammodo successionem habet: Et ideo esse temporalium inquantum huiusmodi, tempore mensuratur, quo & motus cœli.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, AD secundum sic proceditur. Videtur ꝙ nunc æternitatis non sit ipsa æternitas. Idem enim est nunc æternitatis, & tẽporis, & æui, quod videtur ex hoc ꝙ dicitur quando motus est, Angelus est, & Deus est. sed tempus non est æternitas. ergo nunc æternitatis, qđ est idem quod nunc temporis, non est æternitas. Præterea. Omne nunc est indiuisibile. sed æternitas est diuisibilis, vnde significatur in plurali numero. in psal. 101. In generatione, & generationem anni tui. i. Dei, ergo nunc æternitatis non est æternitas. Præterea. Idem non est causa sui ipsius, secundum Boet. sed nunc stans, quod est nunc æternitatis, facit æternitatem. ergo non est ipsa æternitas. Contra. Æternitas est ipse Deus. sed in Deo nulla ẽ diuersitas. ergo nec in æternitate, & sic nunc æternitatis non differt ab æternitate. Respon. Sicut secundum philosophum, tempus est mensura motus, sed nunc tẽporis est mensura mobilis, ita æuum est mensura esse æuiterni, sed nũc æui ipsius euiterni. Similiter æternitas est mensura esse æterni, sed nunc æternitatis est mensura æterni. sicut ergo se habet mobile æuiternum, & æternũ ad actus suos, ita se habent tẽpus, æuum æternitas ad sua nunc: mobile autem a motu dupliciter differt. s. realiter, quia mobile non est motus, & secundum rationem successionis, & permanentiæ, cum motus hẽat esse successiuum, sed substantia mobilis est permanens, ideo nunc temporis, & tẽpus differunt dupliciter: quia nunc temporis non est tempus, sed terminus temporis, & secundum rationem successionis, & permanentiæ: quia tempus est de numero successiuorum, sed nunc temporis non, vnde secundum philosophum, idem est nunc quod fertur per essentiã temporis, esse autem æuiterni & æuiternum differt solum realiter: quia vnũ nõ est aliud: quia secundũ Auicẽ. vbicunq; est reperire genus, & speciem, oportet quidditatem, & esse quidditatis differre, & quia solum realiter differunt æuiternum, & esse æuiterni ita ꝙ non secundũ rõnem successionis, & permanẽtiæ sicut differunt mobile, & motus, ideo nũc æui, & æuum differunt realiter, esse autẽ æterni, & æternũ non differunt realiter, ideo nunc æternitatis, & æternitas non differunt realiter, sed secundum rõnem tantum. Ad primum, idem est nunc, dicendum, ꝙ falsum est, & quando dicitur, quando est motus est Angelus, & Deus, potest significari per ly quando triplex nunc. Vel æternitatis, vel æui, vel temporis. Si significetur nunc temporis, tũc dicetur esse motus in illo sicut in propria mensura: Angelus autem, & Deus dicentur esse in illo, non secundum rationẽ mensurationis, sed solum secundum cõcomitantiam. Si autem significetur nũc æternitatis per ly quando, tunc dicetur Deus esse in illo sicut in mensura propria, & adæquata, Angelus aũt, & mobile sicut in mensura excedente. Si autem significetur nunc æui per ly quando, respondebit Angelo, sicut mensura propria, & adæquata, & ideo secundum concomitãtiam, & mobili sicut mensura excedens. Ad secundum, æternitas est, dicendum, ꝙ falsum est, & ꝙ pluraliter aliquando significetur, hoc est rõne mensuræ inferioris cui per se accidit diuisio s. ratione tẽporis. Vnde sensus est. Anni tui. i. æternitas sub qua possibile esset cõtineri plures annos, sicut in mẽsura excedente. Ad tertium dicendum, quòd

Boetius accipit facere ꝓm rõnem intelligendi tantum: ficut enim esse secũdum rationem intelligendi consequitur principia ipsius entis quasi causas, ita etiam mensura entis se habet ad mensurã essendi secundum rationẽ causæ. Vnde nunc æternitatis secundũ rõnem videtur esse causa æternitatis. sed ex hoc non ostenditur diuersitas in re, sed in ratione tantum, sicut nec inter ipsum diuinum esse, & ens quod est Deus.

Quęstio tertia.

Tertio q̃runtur duo.

Primo an magnitudo Deo conueniat.
Secundo de signo æqualitatis in magnitudine diuinarum personarum, secũdum ꝙ in se inuicem esse dicuntur.

Articulus primus.

In alio script. vt hic.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ magnitudo Deo non conueniat. Magnitudo enim est quantitas continua, sed in Deo non est quãtitas continua, cũ non sit corpus. ergo nec magnitudo. Præterea. Magnitudo est conditio materiæ. in Deo nulla est conditio materialis. ergo nec magnitudo. Præterea. In Deo nõ est quantitas nisi virtutis. ergo male cõdiuiditur magnitudo cõtra potentiã, quæ nihil est aliud q̃ virtus. Contra. In Psal. 146. dicitur. Mag. do. & mag. vir. ergo magnitudo est in Deo. Respon. Dicendum ꝙ quantitas alicuius rei potest considerari tripliciter. Primo quantum ad substantiam rei, secundo quãtum ad actus, tertio quãtum ad effectum: sicut rei corporalis quantitas quantum ad substantiam est ipsa dimensio, quantũ ad actum primum, qui est esse, & secũdum, qui est operari, est tempus, quantum vero ad effectũ potentia. In rebus vero spiritualibus quę dimensione carent, quantitas substantię est secundum perfectionẽ naturæ, quia secundum August. in rebus quæ non mole magna sunt idem est esse maius quod melius. Sic ergo in Deo æqualitas, quę est relatio super quantitatem fundata, attenditur quantũ ad tria scilicet quantum magnitudinẽ ratione perfectionis naturę, quantum ad æternitatem ratione durationis actus essendi, & operationis diuinæ, quãtum ad potentiam ratione effectuum. Ad primum, & secundum de magnitudine dicẽdum, ꝙ non accipitur hic magnitudo molis quę est conditio materię, & quantitas continua, sed magnitudo virtutis. p. p. q. 42. ar. 1. 2. ad quartũ

Ad tertium dicendũ, ꝙ potentia dicit respectum solum ad id quod est extra. sed virtus importat perfectionẽ in proprio subiecto, & ordinẽ ad effectũ: quia secundum philosophum, virtus est quæ bonum facit habentem & opus eius bonum reddit: Et ideo sub quantitate virtutis includitur, non solũ quantitas magnitudinis spiritualis quę est ꝓm perfectionem naturę, sed etiam quantitas durationis quæ est secundum permanentiam actus essendi.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ Pater non sit in Filio nec econtrario. Si enim Filius est in Patre, in quocunq; est Pater est Filius. si ergo Pater est in filio, & Filius erit in Filio, & sic idem in seipso quod est contra philosophum in quarto phisi. Præterea. Simplicium, quorum vnum est in altero, vnum non distinguitur ab altero, vt si punctus sit in puncto. sed Pr̃ distinguitur a Filio, & ecõuerso. ergo nõ est in Filio nec ecõuerso. Pręterea. Si essent duę essentiæ diuinæ impossibile esset ꝙ vna esset in alia: esset enim essentiarum confusio, quia vna non posset alteri illabi. Cũ ergo personæ diuinæ æque sint simplices, impossibile est ꝙ vna sit in alia. Contra. Ioan. xiiii. Ego in Patre, & Pa

In alio script. vt hic, p. p. q. 42. ar. 5. o. 3. p. q. 2. ar. 9. ad q̃r. 4. con. c. 9. Io. 10. 1. 6. co. 4. & 14 1. 3. co. 3.

ter in me est. Præterea. Vbicunque est essentia Patris est Pater. sed tota essentia Patris est in Filio. ergo in Filio est totus Pater. Respon. Pater est in Filio & econuerso, & quælibet persona in alia, & econuerso dupliciter. Primo secundum Aug. Hyl. & Ambro. propter vnitatem essentiæ: cum enim essentia Patris sit eadem numero in Filio & econuerso, & essentia Patris sit ipse Pater, & similiter essentia Filii sit ipse Filius, ideo dicitur Pater esse in Filio & econuerso; & secundum hoc ille modus habet similitudinem cum modo essendi, in quo genus est in specie, siue quo natura communis est in supposito, quia sic Patrem esse in Filio, nihil aliud est quam essentiam in communi esse in Filio. Alio modo secundum Dam. Pater dicitur esse in Filio & econuerso, propter relationem Patris ad Filium: de natura enim relatiuorum est quod vnum dat intelligere aliud; & secundum hoc ille modus reducitur ad istum modum quo aliquid est in alio sicut in principio mouente & efficiente: Quamuis enim Pater non sit principium efficiens Filii, tamen est origo ipsius. vnde Pater est in Filio sicut in eo quod est ab origine: Filius autem in Patre ut in originante, & secundum hoc quod per hanc præpositionem, in, diuersa intelligitur habitudo, cum dicitur Pater esse in Filio, & econuerso, secundum quod diuersa est relatio Patris ad filium, & econuerso.

Ad primum. Quicquid est in Patre. &c. dicendum quod est fallacia figuræ dictionis, quia mutatur quid in ad aliquid. Ad secundum de punctis dicendum, quod non est simile: nam puncta tantum distinguuntur penes diuersitatem situs quæ tollitur si puncta ponantur esse in inuicem. personæ autem diuinæ distinguuntur per relationes originis, ex quibus sequitur quod sint in inuicem. Ad tertium dicendum, quod non est simile, quia nec in eis esset aliquid vnum numero, sicut est in personis diuinis, nec vna esset materialis respectu alterius, quod exigeretur ad hoc quod vna esset in alia.

Quæstio quarta.

Sed iam ad propositum redeamus etc.

Hic quæritur de duobus secundum duas rationes, quæ in locutione habentur.

Circa primam probationem quæruntur tria.

Primo an in diuinis sit totum integrale.
Secundo an ibi sit totum vniuersale.
Tertio an ibi sit principium materiale.

Articulus primus.

Ad primum sic proceditur, & videtur quod in diuinis sit totum integrale: Vbicunque enim est reperire rationem quantitatis ibi est reperire rationem totius integralis, quia quantitas diuisibilitatem habet in partes suas, sed in diuinis est ratio quantitatis, quia ibi est quantitas virtutis, ergo in eis est totum integrale. Præterea. Numerus omnis est totum integrale ad quamlibet suam vnitatem. ergo ternarius trium personarum est totum integrale ad quamlibet suam vnitatem personalem. Præterea. Natura totius integralis est prædicari de omnibus suis partibus simul, & de nulla per se. sed sic se habet trinitas ad personas. ergo respectu earum habet rationem totius integralis. Contra. Omne totum integrale compositum est ex suis partibus. sed in diuinis nulla est compositio. ergo &c. Preterea. Omne totum integrale resolubile est in suas partes. sed Deus non est in aliquid resolubilis: quia sic non esset primum principium. ergo non conuenit ei ratio totius integralis.

In alio script. vt hic,

Respon. Ratio totius integralis consistit in compositione, ratio autem partis integralis habet imperfectionem annexam quibus diuina simplicitas & perfe-

ctio repugnat, vnde non potest esse ibi totum integrale & pars. Ad primum dicendum, quod quis in Deo sit q̃titas virtutis, nõ tamen est in eo totũ integrale, quia diuisio prædictæ quantitatis attenditur secũdum aliqua extrinseca, nõ intrinseca: partes autem integrales sunt intra suum totum, ideo ei nõ conuenit ratio totius integralis. Ad secundũ, quòd numerus secundum perfectam rationem suam dicit numeratorum diuisionem secundum essentiam, quia dicit numeratorum coaceruationẽ. Coaceruatio autem esse non potest nisi a rebus distinctis secundum essentiam, ideo numerus sumptus secũdum perfectam suã rationem totius integralis, in Deo non est: quia non dicit numeratorum diuisionem secundum essentiam, sed tantum distinctionem personarum: ideo non sumitur secundum perfectam suam rationem: Et ideo numero in diuinis non cõuenit ratio totius integralis. Vel dicendum, quòd numerus dupliciter potest considerari. Vno modo ex parte numeratorũ, & sic numerus est totum integrale, sicut & numerata, quæ quidem habent rationem totius integralis secundum quòd sunt per essentiam diuisa, qd in Deo non est. Alio modo ex parte numerantis, & sic secundum quòd numerans colligit plures vnitates ex rebus distinctis: numerus est quoddam totum integrale: & sic numerus diuinarum personarum habet rationem totius secũdum rationem, & non secundum rem. Ad tertium dicendum, quòd hoc contingit in toto integrali ratione duplici, scilicet ratione inæqualitatis totius ad partes singulas, & ratione distinctionis partium singularum ab aliis, Qd autem Trinitas non prædicetur de personis singulis contingit ratione distinctionis tantum, & ideo non habet rationem totius integralis.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ in diuinis nõ sit totũ vniuersale. Quicquid enim prædicatur de aliquo substantialiter, & non cõuersim, prædicatur de ipso vt totũ vniuersale de parte subiectiua. sed essentia diuina hoc modo prædicatur de Patre: Pater enim est essentia diuina. sed non quicunq; est essentia diuina est Pater. ergo est ibi totum vniuersale. Præterea. Vniuersale & particulare differũt sicut commune & proprium. sed in diuinis est commune & proprium: quia essentia est cõmunis, & relatio propria est personæ. ergo est ibi vniuersale & particulare. Præterea. Quanto aliqua forma est simplicior tanto vniuersalior, sed essentia diuina est forma simplicissima. ergo maxime vniuersalis. Contra. Vbi est aliquod particulare ibi est aliquod ens hic & nunc, sed in diuinis nihil tale est. ergo non est ibi particulare. ergo nec vniuersale. Præterea. Omnis natura in qua vniuersale est & particulare, est in genere determinato. sed natura diuina non est in genere determinato: quia non est finita. ergo &c. Respon. In diuinis non est totum vniuersale nec pars subiectiua, & huiusmodi sunt quatuor rõnes. Vna secundum Auicen. quia vbicunq; est genus & species, oportet quidditatem & esse quidditatis differre. Alia est, quia natura vniuersalis non est vna numero in omnibus suis inferioribus, diuina aũt essentia est vna numero in tribus personis. Tertia ratio est, quia vniuersale est quodãmodo in potentia, quę in Deo esse non potest. Quarta, quia particulare addit supra vniuersale, & contrahit illud: Et ideo nec vniuersale nec particulare, nec genus, nec species in Deo inuenitur. Ad primum. Quod prædicatur de aliquo &c. dicendum ꝙ plus q̃ hoc exigitur. s. ꝙ illud qd prędicatur

catur non conuersim; multiplicetur ẜm illorum multiplicationẽ de quibus prædicatur. sic autem non multiplicatur diuina essentia: Et ideo &c. Ad secundũ dicendum, ꝙ verum est, non tamen vniuersale est idem quod cõmune: differunt enim, quia cõmune de se non determinat an id quod cõmunicatur pluribus sit idem numero, vel non in illis pluribus, sed vniuersale hoc determinat: quia nunquam idem numero est in pluribus. ideo essentia quę est vna numero communicata pluribus, cõmunis est: non tamen vniuersalis. Ad tertium dicendũ, ꝙ quoddam est simplex quod de sua ratione non potest accipere additionem, & sic Deus est simplex, aliud quod potest percipere additionem, vt ens &c. & de illo propositio habet veritatem, nõ de primo simplici.

Articulus tertius.

Circa tertium sic proceditur, & videtur ꝙ principium materiale sit in diuinis: Sicut enim finis & efficiens sunt causæ correlatiuæ, ita forma & materia, sed Deus est vere forma, ergo est etiam vere materia. Præterea. Ratio finiti est a forma, ratio infiniti a materia. ergo, cum Deus sit maxime infinitus, ergo & materialis. Præterea. Omnis differẽtia siue distinctio est a forma. ergo circũscripta forma, materia a nullo differt. ergo non differt a Deo. sed quod est indifferens alteri est idem cum eo. ergo materia est idem cum Deo. Contra. Materia est principium passionis, Deus aũt est impassibilis. ergo &c. Præterea. Materia est ens imperfectũ, & in potentia tantum; Deus autem est ens perfectissimum. ergo &c. Respon. In Deo nullo modo est ratio materiæ nec ipse est principium materiale, & hoc ideo, quia materia est ens in potẽtia, mota non mouens, Deus autem est purus actus mouens, & non motus. Ad primũ

In alio script. p.d.34 q.1 ar.1.c.

dicendum, ꝙ duplex est forma: quędam exemplaris, & hæc Deus est, & hæc non dicitur relatiue ad materiam. alia est forma quæ est altera pars compositi, & hęc relatiue dicitur ad materiam, & talis forma non est Deus. Ad secundum dicendum, ꝙ infinitum dupliciter accipitur: aut priuatiue. s. quod natum est finiri & non finitur, & sic dicit conditionem materiæ, nec est in Deo: aut negatiue solũ, & sic est in Deo, nec imperfectionem importat aliquam. Ad tertium dicendũ, ꝙ hoc generaliter non est verum, quia prima principia. s. materia, & forma distinguũtur adinuicem. s. seipsis, & aliqua alia forma, quia materia secundũ se cõsiderata caret omni forma.

De ver. q.2.ar. 2.ad 5. De po. q.1.ar. ti.2. c. ad. 2.5 6. 11. Quol. 10.art. 4.ad 2,

Quæstio quinta.

Circa secũdam probationem de veritate.

Et quæruntur duo.
Primo quid sit veritas.
Secũdo an sint plures veritates ęternę.

Articulus primus.

Ad primum sic proceditur, & videtur ꝙ verum sit omnino idẽ ꝙ ens: August. n. in lib. Soliloquiorũ dicit ꝙ verum est id quod est, sed illud quod est nihil est nisi ens. ergo verum nihil est nisi ens. Præterea. Quæcunq; differunt re vel ratione, vnũ potest intelligi sine altero: vnde secũdũ Boe. lib. de hebdo. non potest intelligi Deus non intellecta eius bonitate, sed essentia rei non põt intelligi sine veritate, ergo essentia rei & veritas non differunt neq; re neq; ratione. Præterea. Illa, quorum est vna dispositio, sunt eadem, quia idem accidens numero nõ potest esse in diuersis substantiis. sed veri & entis est eadem dispositio: dicitur enim in secundo meth. ꝙ dispositio rei in esse est sicut sua dispositio in veritate. ergo

In alio script. vt hic, p.p. q. 16.art. 3.o.De ver.q.1 artic.2 ad pri.

verum & ens sunt idem. Contra. Ea quorum vnum excedit alterũ non sunt idem, sed verum & ens sic se habent ꝙ secundum philosophum in quarto meth. verum diffinientes dicimus, cum dicimus esse quod est, aut non esse quod non est, & sic verum includit ens, & non ens. ergo verum non est idem cum ente. Praeterea. Ansel. dicit ꝙ veritas est rectitudo sola mẽte perceptibilis. sed illud qđ est sola mente perceptibile est tantũ in intelligibilibus, & nõ in sensibilibus, ens autem est in vtrisq;. ergo ens & verũ nõ sunt idem. Preterea. Secundũ philosophum in praedicamentis, singulum incomplexorum neq; verũ neq; falsum est, sed quodlibet horũ est ens. ergo non quodlibet ens est verum. Respon. Secundum Isaac, veritas est adaequatio rei & intellectus. Sic ergo in veritate est reperire duo quae sunt de eius essentia. s. id quod materiale est in ea, vt res extrinseca, & id quod formale est in ea. s. adaequatio rei & intellectus. Est etiam reperire tertium quod consequitur vt effectus essentiam eius. s. cognitionem quae consequitur praedictam adaequationem, quę adaequatio nihil aliud est quàm veritas. sed adęquatio rei & intellectus nihil realε addit supra ipsam rem: quia per essentiam suam res intellectui conformatur. per hanc igitur adęquationem non fit realis mutatio in re ipsa sed in intellectu, ideo veritas, quae nihil aliud addit nisi hanc adęquationem supra rẽ ipsam non realiter differt a re, sed in ratione huius adaequationis ad intellectum. Est autem duplex intellectus: vnus causans & mensurans ipsas res, vt intellectus diuinus, & ab aequalitate ad hunc intellectũ dicitur res vera, inquantum res implet rationem rei in mente diuina existentẽ, & sic accipit veritatem rei Ansel. Alius est intellectus causatus & mensuratus a rebus, vt humanus qui a rebus habet qđ verus sit, & non econuerso, & sic accipitur veritas a philosopho, qui dicit veritatem esse in mente, & non in rebus: si. n. res adaequantur menti diuinae sicut mensurae, ex hoc ipsae res sunt verae, intellectus autem noster adaequatur rei vt mensurae, & ex hoc dicitur ipse verus. Ad primum ergo dicendum, ꝙ hoc verbũ, est, non praedicat ibi esse siue ens quod diuiditur per decem genera, sicut in cõclusione cõcluditur, sed esse quod significat veritatem propositionis. vnde sensus est. Verum est id quod est. i. verum est quod dicitur esse de eo quod est. Vel dicendum, ꝙ haec diffinitio datur de vero, nõ ꝑm completam sui rationem, sed secundum id quod fundatur in re, & sic est idẽ ꝙ res ipsa. Ad sedm dicendum, ꝙ hoc põt intelligi dupliciter. Aut ita ꝙ vnũ non possit intelligi si ponatur alterum non esse, & sic ens nõ põt intelligi sine vero. i. sine praedicta adequatiõe rei ad intellectum, quia ens non potest intelligi sine hoc ꝙ concordet vel adęquetur intellectui, aut ita ꝙ quandocũq; intelligitur vnum intelligatur alterum, & sic ens potest intelligi sine vero, & non econuerso, quia in ratione veri includitur ratio entis, & nõ econuerso, sicut in ente relato includitur ens absolutum, & non econuerso. Hoc autem nomen ens nominat esse absolute, verum autẽ nominat esse in respectu ad intellectum: Et ideo potest intelligi ens sine vero, & non econuerso. Ad tertium dicendũ, ꝙ a philosopho ibi nõ accipitur dispositio secundum ꝙ est in genere qualitatis, sed secundum ꝙ importat quendam ordinem: cum enim illa quae sunt causa aliorũ essendi sint maxime entia, & illa quae sunt causa veritatis aliorum sint maxime vera, concludit philosophus ꝙ idem est ordo alicuius rei in esse & veritate, neq; hoc ideo est quia ens & verum ratione sunt idem, sed quia secundum ꝙ aliquid

De ve. q. 1. ar. 1. 3. 5. 8. 10. c. q. 2. ar ti. 9. ad primũ.

p. p. q. 21. art. 2. c.

p. p. q. 16. a. 3. ad de ve. q. 1. a. 1. ad

aliquid habet de entitate secundũ hoc adæquatur diffinitio intellectui, & sic ratio veri sequitur rationem entis. Ad quartum: Ens in plus est &c. dicendum, quod falsum est: ens enim aliquo modo acceptum dicitur de non ente secundũ ꝙ non ens est apprehensum ab intellectu. vnde in quarto metha. dicit philosophus quòd negatio vel priuatio entis vno modo dicitur ens, & Auicen. dicit ꝙ nõ potest formari enunciatio nisi de ente, quia oportet illud de quo propositio formatur esse apprehensum ab intellectu: ex quo patet ꝙ omne verum aliquo modo est ens. Ad quintum quòd est sola mente, &c. dicendum ꝙ falsũ est, quia ens non tantum est in rebus intelligibilibus, sed sensibilibus, & tamen ratio siue intentio entis tantum intellectu apprehenditur, & nõ sensu. Similiter quamuis veritas sit in rebus sensibilibus, nihilominus tamen non sensu sed intellectu ratio veritatis apprehenditur. Vel dicẽdum ꝙ quãuis res sensibilis sensu apprehendatur, tamen eius adæquatio ad intellectum sola mente capitur, & pro tanto dicitur quòd veritas est sola mente perceptibilis. Ad sextum dicendum, quòd quia voces sunt signa intellectuũ, veritas vocis ad illum modum pertinet quo intellectus est verus, non ad istum quo res est vera. intellectus autem non est verus, nisi secũdum quòd componit & diuidit; Sic.n. solum de re iudicat, & per hoc rei adæquatur, & per hunc modum dicit philosophus quòd voces incomplexæ non sunt veræ, non autem loquitur de veritate rei secundum quã veritas cum ente conuertitur.

n alio cript.

Articulus secundus.

t (hic, rti. 3. le ver: 1. ar. .o.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ sint plures veritates æternæ: & primo hic ostenditur de veritate intellectus. August.n. lib. lxxxiii. q. probat animam esse immortalem, per hoc quòd est subiectũ veritatis, quæ est æterna. constat autem quòd veritas quæ est in intellectu nostro sicut in subiecto nõ est veritas diuina per essentiam. ergo aliqua veritas pręter diuinam est ęterna, & sic plures veritates sunt æternæ. Præterea. Q̃d veritas intellectus sit ęterna probatur sic: Omne.n. illud ad cuius remotionem sequitur positio eius est æternum: quia siue sit, siue non sit ab ęterno, ponitur esse æternum. Sed si negetur veritas esse, ponitur esse. ergo veritas est æterna. Probatio medię. Si veritas non est, veritatem esse est falsum. sed si affirmatio est falsa negatio erit vera. ergo veritatem non esse erit verum. sed non est verum nisi aliqua veritate. ergo aliqua veritas est. Præterea. Id q̃d non potest intelligi non esse, est æternũ, quia quicquid potest non esse, potest intelligi non esse. ergo a destructione consequentis, quod non potest intelligi nõ esse, non potest non esse. sed veritas non potest intelligi non esse: quia quicquid intelligitur: intelligitur per rationem veritatis, vt ostensum est. ergo veritas quæ est in intellectu, non potest non esse, ergo est æterna. Præterea. Idem videtur de veritate enunciationis. Si.n. veritas enũciationis destruatur, hoc erit ptopter destructionem ipsius enunciationis, quæ est signum rei, vel per destructionem rei: sed neutro modo destruitur. ergo veritas enunciationis, est perpetua & æterna. probatio mediæ. Non existente signo, rectum est rem significari. sed veritas signi est rectitudo significationis. ergo si non sit enunciatio, vel quodcũq; signum veritati, adhuc remanebit veritas signi. Similiter probatur ꝙ nõ destruatur ex destructione rei. qa, vt dictum est secundum Ansel. vnũquodq; habet veritatem quando implet id ad quod ordinatum est in mẽte diuina. sed cessante cursu Sortis adhuc ista enũcia-

tio Sor.currit, facit id ad quod ordinata est in mente diuina: qa significat Sor. currere. ergo destructa re nō destruitur veritas signi. Præterea. Idem ostēditur de veritate rei, quia vt dicit August. pereunte re vera non perit veritas. sed veritas rei nō potest destrui, nisi permutationem rei. ergo veritas rei nullo modo perit. Præterea. Verum, ens, & res, & aliquid conuertuntur, sed plures res fuerunt ab æterno: quia plures personæ. ergo plura vera. ergo plures veritates. Contra. Nullum increatum est ęternum. veritas omnis, pręter primam, est creata. ergo sola prima veritas est ęterna. Pręterea. Ens, & verū conuertuntur, vt dictum est. sed solum vnū est ens increatum æternū. ergo sola vna veritas est æterna. Respon. Dicendum, ꝙ sicut ex dictis patet. Duplex est veritas, rei, & intellectus: nā veritas enunciationis ad veritatem intellectus reducitur. nulla autem res est ab ęterno, nisi Deus, nec aliquis intellectus est ęternus nisi diuinus, qui idem est ꝙ essentia diuina. Vnde non est nisi vna veritas ab ęterno. Ad primum dicendum, ꝙ quamuis veritas cuius anima est subiectum, nō sit ipsa diuina veritas, est tamen quędā eius similitudo imaterialis, & ex hoc anima, quæ est eius subiectum, est immaterialis, & incorruptibilis. Ad secundum dicēdū, ꝙ si affirmatio est falsa, negatio erit vera, supposito ꝙ sit affirmatio & negatio. sed ab ęterno affirmatio & negatio non fuerunt, nisi in intellectu diuino. vnde sola veritas intellectus diuini æterna est. Ad tertium dicendum, ꝙ per hunc modum possibile est intelligere veritatem non esse, per quem possibile est intelligere intelligentiam non esse, quod quidem habet impossibilitatem ex parte intelligentis & non ex parte rei intellectæ: si. n. intellectus non esset, nihil posset intelligere, tamen non esse intellectū est quoddam de se intelligibile, si esset qui intelligeret. Ad quartum dicendum, ꝙ illa rectitudo nihil aliud est q̄ significabilitas rei. vnde hic non ponit veritatem signi in actu, sed tantum in potētia. Similiter cum obiicitur implet illud ad quod ordinata est in mente diuina, dicendum, ꝙ enunciatio dupliciter pōt considerari, vel vt res quædam, & sic est ipsa veritas rei, sicut in qualibet re quādo implet id ad qđ ordinata est in mente diuina, & talis veritas manet in ipsa etiam re mutata, vel vt signum talis rei, & sic veritas eius est per adęquationem ad rem illā: Et ideo mutata re tollitur adęquatio signi ad signatum sine aliqua mutatione ipsius signi, sicut in relationibus cōtingit. vnde veritas enūciatiōis nō manet. Ad quintum de verbo Aug. dicendū, ꝙ pereunte re, perit veritas q̄tū ad illud esse quod habet veritas in re illa, sed tamen potest manere intentio veritatis ſm esse quod habet in re alia, vel in anima, quæ si omnia auferātur vt sint ab æterno, nō remanebit veritas nisi in Deo: Et ideo sola diuina veritas est æterna. Ad sextum dicendum, ꝙ si res accipiatur communiter ad essentiam & personam, plures res fuerunt ab æterno. s. plures personę, nec tamen erant plura vera, quia verum essentiale.

p. p. q. 16. art. 7. c.

ibidem ar. 6. c.

Distin. Vigesima.

Nunc ostendere restat &c. Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo an Filius sit omnipotens.

Secundo an sit Patri æqualis in potentia.

Tertio an in diuinis personis sit ordo.

Quarto an sit ibi ordo naturæ.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur & videtur ꝙ Filius non sit omnipotens vt

Potentia.n. dicitur per comparationē
ad opus.sed operatio aliqua est quā nō
potest Filius habere, vt generare. ergo
Filius non est omnipotens. Preterea.
Maius posse est producere personam di
uinam q̄ creaturam creare. sed si creare
creaturam detraheretur Filio non pos
set dici omnipotens. Præterea. Sub
vniuersalitate entium continentur rela
tiua. sed cum dico omnipotens, fit distri
butio pro vniuersalitate entium. ergo
pro relatiuis. Qui ergo non potest om
nes actus relationis non potest omnia.
Contra. In symbolo dicitur omnipo
tens P.o.F.&c. Præterea. Virtus se
quitur naturam. sed Pater, & Filius sunt
æquales in naturæ magnitudine, ergo
& in virtute: & sic Filius est omnipo
tens sicut & Pater. Respon. Filius di
.p.q. citur omnipotens quia potest quicquid
1.art. est potentiæ. In actu autem generandi,
ad.1. sicut in potentia generandi est aliquid
.42. absolutum, & aliquid relatum significa
ti.6. tum per modum actus. primum est com
l.3.4. mune Patri & Filio, nō autem secundū:
m.c. quia hoc est potentiæ in Patre, in Filio
l.co. tamen esset impotentiæ: si enim Filius
De hoc posset, posset non esse Filius, quia
.q.2 posset esse Pater, cum hoc sit proprieta
.5.c. tis quæ est paternitas quæ tantum est in
.q.9. Patre, & sic Filius non posset esse Filius:
.9, ad Et per hoc patet solutio ad primum.
1. Ad secundum. Maius est producere per
sonam &c. dicendum, q̄ maius est simpli
citer, non tamen maius esset in Filio ge
nerare q̄ creare, quia primum importat
in ipso mutationem personæ, secundū
non. Ad tertium sub vniuersalitate
entium etc. dicendum, cum dico omni
potens, non fit distributio vniuersaliter
pro omnibus entibus, sed p̄ his ad quæ
posse potentiæ est in eo qui dicitur om
nipotens. s. pro omnibus possibilibus,
alioquin cum Pater non possit esse Fi
lius, non esset omnipotens.

Articulus secundus.

AD secundū sic proceditur, & vide
tur q̄ Filius non sit æqualis Patri
in potentia: Id.n. quod agit p aliud
est potentius eo per quod agit. sed Pa
ter agit per Filium, & non econuerso. er
go Pater est potentior Filio. Præte
rea. Potentia appropriatur Patri, &
non Filio. ergo videtur q̄ magis conue
niat Patri q̄ filio. Præterea. Inter ha
bere aliquid ab alio p̄sonaliter & essen
tialiter, & non habere aliquid ab alio
nec personaliter nec essentialiter, mediū
est, aliquid habere ab alio personaliter
& non essentialiter. cum ergo primum
quod conuenit creaturæ sit infirmitatis
in ea, secundum autē quod conuenit Pa
tri sit potentiæ in eo. ergo tertiū quod
conuenit Filio secūdum aliquid erit po
tentię. s. nō habere ab alio essentialiter,
& secundum aliquid erit infirmitatis. s.
habere ab alio personaliter. ergo Filius
est minus potens q̄ Pater. Contra.
Nihil est sua virtute potentius. Filius au
tē est Patris virtus. 1. ad Corin. primo. er
go &c. Præterea. In vno & eodem ho
mine virtus est æqualis. ergo multoma
gis in vno & eodem Deo. sed tres perso
næ sunt vnus Deus. ergo &c. Respō.
Æqualitas diuinæ potentiæ non atten
ditur per comparationem ad actum no
tionalem, alioquin cum Pater non pos
sit eē Filius, Filius aūt possit hoc, nō eēt
ęqualis in potentia Pater Filio; sed attē
ditur in comparatione ad actum essen
tialem, siue interiorem, vt intelligere, si
ue exteriorem, vt creare. Quo ad hos ve
ro actus essentiales vna & eadem est ęqua
lis Patris & Filii potentia sicut & essen
tia. Ad primum illud quod agit per
aliud &c. dicendum, q̄ cum dicitur Pa
ter operari per Filium, hęc præpositio,
per, non importat gradum potentię. sed
tantum authoritatem in Patre: Et ideo
Pater non est potentior Filio. Ad se-

In alio script. vt hic, p.p.q. 42. art. 6.o.

cundum, potentia appropriatur, etc. dicendum, ꝙ hoc non est, quia magis sibi conueniat q̄ Filio, sed quia maiorem similitudinem habet cum proprietate Patris q̄ cum proprietate Filii: potentia.n. habet ratioñé principii, & Pater est principium non de principio. Ad tertium dicendum, ꝙ hoc ideo est, non quia aliquid ab alio habeat personaliter. sed q̄a diuersam essentiam recipit ab alio: ex hoc.n. causatur inequalitas magnitudinis & potestatis: quia inęqualitatis causa est diuersitas sicut ęqualitatis vnitas: si enim reciperet eandem essentiã a creatore, q̄uis in distinctione personæ, non esset in ea impotentiæ, imo maximæ potentiæ & perfectionis. cum ergo Filius recipiat eandem essentiam a Patre, q̄uis in distinctione personę, hoc non est in eo impotentiæ.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, p.p.q. 42.art. 3.o. De po. q. 10. ar.3.o.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ in tribus personis non sit ordo: August.n. dicit ꝙ ordo est parium dispariumq; cuiq; sua loca tribuẽs dispositio. sed in diuinis personis nõ est aliqua localis dispositio, ergo nec ordo. Præterea, Si ordo est in diuinis, aut ergo significat essentiam, aut notionem. sed non essentiam: quia in vno non est ordo. ergo nec notionem, quia nulla notio est in tribus personis. ergo in eis ordo esse non potest. Præterea, Vbi est eadem æternitas, simplicitas, & dignitas, non est aliquis ordo: quia identitas æternitatis excludit ordinem durationis; simplicitas ordinem causæ & causati, totius & partis; dignitas ordinẽ dignitatis. sed in diuinis personis est eadem æternitas, simplicitas, & dignitas. ergo nullus est ibi ordo. Contra. Vbi est pluralitas sine ordine, ibi est cõfusio. sed in diuinis p̄sonis est pluralitas & nõ confusio. ergo est ordo in eis. Præterea, Pater dicitur prima persona in Trinitate, Filius secũda, Spiritussanctus tertia. primum autem, & secũdum, & tertium dicunt ordinem. ergo &c. Respõ. Ordo aliquid præsupponit, vt ordinatorum distinctionem, quod imperfectionis nihil in sui intellectu includit. Sed hoc est dupliciter. vel quantũ ad rõnem generis, & sic includit imperfectionem, quia rationem prioris & posterioris. vel quantum ad rationem speciei, & sic potest includere perfectionem quãtum ad aliquam suam speciem, sicut ordo naturæ siue originis, qui est speciei ordinis, dicit perfectionem. Sed quia cum id q̄d est creaturæ dicitur de Deo secundũ id quod perfectionis est in eo, exclusio omni eo quod imperfectionis est, ideo ordo reperitur in diuinis personis quantũ ad illud q̄d supponit. s. distinctionem, & q̄tũ ad rõnẽ suæ speciei. s. ordinis & originis, cum vtrũq; sit perfectionis in eo; non autem quantum ad rõnem generis cum hoc sit imperfectionis in ordine: & hoc est quod dicit August. ꝙ in diuinis personis est ordo naturæ quo aliquis est ex alio, non quo prior est alio. vnde in diuinis personis nõ est simpliciter ordo, sed naturæ quo alius est ex alio. Ad primum de August. dicendum, ꝙ illa diffinitio datur de ordine secundum locum, qui diuinis personis nõ competit. Ad secũdum autem, ordo significat notionem &c. dicẽdum, ꝙ notionem significat nõ tamen distinctę hanc vel illam, sed indistinctè omnes, sicut hoc nomen origo. Ad tertiũ, vbicũq; est eadẽ &c. dicendum, ꝙ licet simplicitas excludat ordinem causę & causati, eo quod differunt in essentia, non tamen excludit ordinem principii & illius qui est de principio, quia tales possunt esse idem in essentia & ita in simplicitate, & sic est in diuinis. Ad quartum, & quintum dicendum, quod ordo originis sufficit vt cõfusio non ponatur & ad hoc quod Pater

ter dicatur prima persona,& sic de aliis, ita tamen ꝙ primum & secundum nõ referãtur ad ipsas personas: quia in eis nõ est prius & posterius,sed ad earum numerõnem quę consequitur ordinẽ naturę.

Articulus quartus.

A D quartum sic proceditur, & videtur ꝙ in diuinis nõ sit ordo naturę: Omnis enim ordo importat distinctionem.sed in diuina natura non est distinctio.ergo nec ordo. Praeterea. In Deo natura & essentia idem sunt.sed in Deo non est ordo essentiæ, ergo nec naturæ. Praeterea. Inter ea quę simul sunt,prout sunt simul,non est aliquis ordo.cum ergo relatiua sint simul natura, inter relatiua non est ordo naturę.ergo nec inter patrem & filium. Contra. Vbicunq; est naturalis origo vnius ab altero,ibi est ordo naturę.sed in diuinis est naturalis origo vnius ab altero. ergo &c. Pręterea. August. in litera dicit.Cum dicitur Filius a Patre esse nõ ostenditur inęqualitas substantię.sed ordo naturę. Respon. Ordo alicuius dupliciter dicitur, vel vt subiecti quod ordinatur,vel vt rationis secundum quam ordo attenditur. Primo modo,in diuinis non est ordo naturæ, sed personarũ quæ ordinantur.Secundo modo est ibi ordo naturę,quia secundum naturalem productionem vnius ab altero ordinantur. Primo modo ly naturæ sumitur formaliter vt genitus constituitur in habitudine formali.i.ordo naturalis,secũdo modo autem materialiter. Ad primum,ordo importat distinctionem &c. dicendum ꝙ verum est.sed tñ in ordinatis.Natura,aũt in Deo, non ordinatur. sed est ratio ordinandi. Ad secundum, in Deo natura & essentia idem sunt,dicẽdum,ꝙ ꝗuis sint idem re,differunt tamẽ ratione:nam essentia nominatur ratione principii essendi. sed natura ratione principii agendi,secundum ꝙ natura dicitur,vt philosophus dicit in.v. metha. quo primo pullulat pullulans: Et ideo bene ordo naturæ dicitur .i. naturalis originis.sed non ordo essentiæ. Ad tertium de relatiuis dicendũ,ꝙ inter ea quę simul sunt non potest esse ordo simpliciter.sed ordo sine ratione antecessionis potest.Sic autem dicitur ordo naturæ.

Distinct. Vigesimaprima.

Hic oritur quæstio.

Quæstio prima.

Hic quæruntur duo.

Primo vtrũ dictio exclusiua possit addi in diuinis ex parte subiecti.

Secundo vtrum ex parte prædicati.

Circa primum quæruntur duo.

Primo vtrum possit addi termino essentiali ex parte subiecti cum, prædicato essentiali vel personali.

Secundo vtrũ possit addi termino personali cum prędicato essentiali.

Articulus primus.

A D primum sic proceditur.& videtur ꝙ hæc sit falsa. solus Deus est Deus: quia omne adiectiuum ponit rem suam circa suum substantiuum. ergo solus ponit solitudinem circa Deum. sed vt Hy.L.ait,Deus non est confitendus nobis singularis aut solitarius.ergo &c. In alio script. vt hic, p.p. q. 31.ar.3 Praeterea. Nullus est Deus nisi Pater aut Filius,aut Spiritussanctus. si ergo solus Deus est Deus,aut solus Deus Pater, aut solus Deus Filius, aut solus Deus Spiritussanctus.sed hoc totũ est falsum, ergo hoc est falsum,solus Deus est Deus. Contra. Proprium est quod vni soli conuenit. sed esse Deum conuenit soli Deo.ergo etc. Item videtur ꝙ hęc sit falsa solus Deus est pater: alius enim ꝗ Deus est pater:quia homo est pater,non ergo solus Deus est pr. Cõtra. D. quocũq; prædicatur cõe cũ ꝑcisione ꝑdicatur cũ ꝑcisione propriũ,si de ipso ꝑdice

tur. cũ ergo hęc sit vera, solus Deus, est Deus vt ostensum est. hęc est vera, solus Deus est pr̃. Respon. Hæc propositio, solus Deus est Deus, duplex est: hęc enim dictio exclusiua, solus, cum sit idem ꝙ non cum alio, priuat associationem a subiecto. Aut ergo simpliciter, & sic ponit solitudinem circa Deum, & est nomẽ adiectiuum, & sic, siue ex parte subiecti vel prædicati adiungatur termino essentiali, siue personali, reddit loquutionẽ falsam. ideo hunc sensum amodo prętermittimus, aut respectu alicuius, & tũc iterũ duplex est: aut enim excludit alia a participatione formę subiecti, ratione intellectæ implicationis in subiecto, & tunc est vera sub hoc sensu, ille solus est Deus præter quem nullus alius Deus est, Deus; & in hoc sensu loquitur Aug. aut a participatiõe formæ prædicati, & tũc est sensus præter Deum nullus est Deus, & secũdum hos duos sensus propositio est vera. Ad primum. ergo quod procedit secundum alium sensum patet solutio. Ad secundum, solus Deus &c. dicendum, ꝙ secundum sophistas dictio exclusiua addita termino cõmuni immobilitat ipsum ratione negationis inclusæ: ideo in processu est fallacia figurę dictionis, cum fiat variatio ab immobili suppositione ad mobilem. Ad tertium cõcedendum est q̃a procedit secundum tertium sensum. Ad illud quod vlterius quæritur de hac, solus Deus est Pater, dicendum ꝙ hęc propositio est duplex sicut & prima, ex eo ꝙ hæc dictio, solus, potest excludere alia a forma subiecti, & sic vera est sub hoc sensu: Deus, pręter quem non est alius, est Pater. vel a prædicato, & sic iterũ est duplex, ex eo quod prædicatum põt teneri formał̃r, & sic est falsa sub hoc sensu, pr̃nitas solum est in Deo: vel pro ꝑsuppositoPr̃is æterni, & sic solus Deus est Pater, & sic est vera, & hoc modo probatur & improbatur.

P. p. vbi su. ad ter.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ hęc sit vera, solus Pater est Deus: nam de Filio dicitur, in gloria in excelsis Deo, tu solus altissimus. ergo eadem ratione de Patre potest dici ꝙ ipse solus est Deus, cum hoc nomẽ altissimus sit essentiale, sicut hoc nomen Deus. Præterea. Maior est idẽptitas Patris ad Filium & Spiritumsanctum q̃ totius ad partẽ. sed dictio exclusiua addita toti non excludit partem, ergo nec addita vni personę excludit aliam. ergo hęc est vera, solus Deus est Pater. Pręterea. Dictio exclusiua non excludit illud a subiecto qd est de intellectu eius. sed vnũ relatiuorum est de intellectu alterius. ergo dictio exclusiua addita vni relatiuo non excludit aliud, & ita idem quod prius. Contra. Huius propositionis, solus Pater est Deus vna expositio est. nullus alius a Patre est Deus. sed hęc est falsa. ergo & prima. hoc etiam in litera dicitur. Respon. Hæc est duplex, solus Pa ter est Deus: quia ly solus, aut priuat associationem respectu formæ subiecti, aut respectu prædicati. Primo modo est vera, & est sensus, Pr̃, præter quem nullus alius est persona pr̃is, est Deus. Si respectu prædicati, tunc similiter est duplex: quia cum solus sit idẽ ꝙ non cum alio, si ly alio teneatur neutraliter, sic est vera, quia excludit aliud in essentia: si masculine falsa, & sic excluditur Filius, qui est alius a Patre, non tamen aliud. Ad primum. Tu solus altissimus, dicendum, ꝙ hæc distinguenda est sicut & prima. vel dicendum quod non dicitur absolute solus filius altissimus, sed cum spiritusan. Ad secundũ, dictio exclusiua &c. dicendum ꝙ non est simile, quia non est aliud suppositũ partis & totius, sicut est diuersum suppositũ correlatiuorum. Ad tertium dicendum, ꝙ est verum, si id quod est in intellectu

In a... scrip... vt ... p. p. ... 31. ar... 4. c. 4... cõtra... c. 25. De ... q. 10 ar... ti. 4. ...

lectu alterius non differt ab eo in supposito. vel dicendum, q ex relatione opposita, dupliciter potest argui, vel inquantum relatiua sunt, & sic cum vnum intelligatur in altero, dictio exclusiua addita vni non excludit reliquum. Vnde sequitur q si Pater est, Filius est. aut inquantum sunt opposita, cum diuersa sint supposita vtriusq;, vnum non est de intellectu alterius immo excludit reliquum. vnde sequitur. Plato est pater sortis. ergo non est filius eius, & sic dictio exclusiua addita vni, excludit reliquum. vnde cum diuersa sint supposita trium personarū semper dictio exclusiua addita vni personæ excludit reliquam.

Quæstio secunda.

Deinde q̄ritur quomodo possit addi ex parte prædicati dictio exclusiua.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum hæc sit vera Trinitas est solus Deus.

Secundo vtrum hæc sit vera, pater est solus Deus.

Articulus primus.

In alio script. vt hic.

AD primum sic proceditur, & videtur q hæc sit falsa, Trinitas est solus Deus: Omne enim prædicatum essentiale de natura sua remouet aliud prædicatum essentiale: sequitur enim, sor. est homo. ergo non est aliud ab homine. ergo superfluit dictio exclusiua addita. Præterea. Dictio exclusiua importat negationem. sed negatio debet præcedere compositionem quam negat, in hac propositione vero sequitur. ergo propositio est falsa, vel incongrua. Præterea. Formæ cōmunicabili non conuenit solitudo. sed terminus in prædicato tenetur formaliter. ergo male additur hæc dictio, solus, prædicato. Cōtra. Subiectū hoc non subest alteri nisi prædicato. ergo prædicatum hoc cum exclusione alterius vere prædicatur de ipso. Responsio. Circa hoc sunt duę opiniones: quidam enim dicunt hāc esse falsam, quia solus est dispositio subiecti, ideo non debet addi prædicato nisi solus sumatur pro solum, quod est aduerbium, & sic cum aduerbium sit adiectiuū verbi quod copulat prædicatū cum subiecto potest esse dispositio prædicati, & subiecti, tamen superflue additur: quia ex natura prædicati substantialis excluditur ois extranea natura a prædicato, nisi adderetur aliquid quod posset in esse vel nō inesse prædicato. cuius oppositum dictio exclusiua excluderet, vt si diceretur trinitas est tantum vnus verus Deus. Aliorum autem est opinio qd est vera, quia iste terminus, Deus, prædicat naturam per se existētem: ideo in ea potest fieri associatio, & ei fieri associatio. vnde habet naturam termini cōmunis & singularis, ideo potest ei addi in prædicato hęc dictio, solus, quæ excludit associationem ab eo cui additur, & sic est vera sub hoc sensu Trinitas est solus Deus. i. Trinitas est Deus prędter quē nullus alius est Deus. Ad primum de prędicato essentiali dicendum; quod cū dicitur Trinitas est solus Deus, non excluditur aliud prędicatū essentiale, nisi ly solus acciperetur pro tātum. sed excluditur aliud a participatione formæ prædicati: est enim sensus, Trinitas est solus Deus. i. est ille prędter quē nihil aliud est Deus. Ad secundum dicendum, q in hac propositione intelligitur duplex compositio. Vna principalis quæ est importata per hoc verbum est, vt prædicati & subiecti. Alia non principalis, vt formę prædicati cum suo supposito, secundum quòd Deus exponitur habens deitatem, secundam non primam præcedit hęc dictio solus. Ad tertium dicendum quòd verum est inquantum cōmu-

nicabilis est, non tamen inquantum per se existens est. vel dicendum quod argumentum procedit secundum quod priuatur asso-
p.p.q. 31.art. 3.c.
ciatio a prædicato absolute inquantum dictio, solus, est dictio cathegorica et adiectiuum. non inquantum est dictio sinchategorica.

In alio script. vt hic, ar.1.o.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur quod hæc sit vera, pater est solus Deus, quia pater est Deus, & non aliud præter Deum. ergo est solus Deus. Præterea. Omne prædicatum quod dicitur de tribus simul essentiale est. sed hoc prædicatum, solus deus, dicitur de Trinitate, vt ait hic August. ergo est essentiale. sed prædicatum essentiale prędicatur de qualibet psona. ergo etc. Præterea. Ille pręter quem nõ est alius Deus, est solus Deus. sed pr est ille pter quem non est alius Deus. ergo pater est solus Deus. Contra est quod in litera dicitur. Respon. Ille terminus Deus non tantum prædicat naturam deitatis vt formam, sed vt aliquid subsistens. sic ergo hæc dictio, solus, potest excludere omne aliud neutraliter a forma prędicati, & sic est vera sub hoc sensu, pater est Deus præter quem non est aliud, & sic nec Filius nec Spiritussanctus excludũtur, cum non sint aliud a patre. vel põt excludere alium masculine, & tunc est falsa sub hoc sensu, pater est Deus prę ter quẽ nullus est alius qui sit Deus. sed in hoc sensu hęc est vera Trinitas est solus Deus: quia præter trinitatem nõ est alius qui sit Deus, cum Trinitas complectatur omnia diuina supposita. Ad primum, Pater nõ est aliud &c. dicendum, quod hæc nõ est expositiua huius, Pater est solus Deus. sed potius hęc, præter patrẽ non est alius vel aliud qui est Deus, quarumvna est falsa, altera vera vt dictũ est. Ad secundum dicendum, quòd hoc nõ est ratione prædicati essentialis, quod prædicetur de patre, sed ratione negationis excludentis suppositum aliud. Ad tertium dicẽdum, quod hoc relatiuum, quem, potest referre distinctum suppositũ patris, vt sit sensus. præter patrem non est alius, quæ tñ duplex est ex eo quod ly alius potest intelligi absolutè, & sic est vera sub hoc sensu, pater est ille pręter quẽ non est alius Deus. vel cum hac implicatione, qui est, & sic est falsa sub hoc sensu: pater est Deus, pręter quẽ nõ est alius qui est Deus. Si autẽ hoc quod dictio, quẽ, indistincte suppositum referat, secundũ hoc quod supponit hoc nomen Deus, vt cũ dicitur Deus est vnus, tũc vera est in omni sensu, & sic concessa est.

Distin. Vigesimasecunda.

Post prædicta disserendum est &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo vtrum Deus sit nominabilis.
Secundo vtrum proprie vel transsumptiue nominetur.
Tertio vtrũ vno nomine vel pluribus.
Quarto vtrum sit sufficiens diuisio quã ponit Ambro. in litera.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p.p.q. 13. ar. 1 o.1. cõ. c.31. De po. q.7. ar. 5. ad 8

AD primum sic proceditur, & videtur quòd Deus non sit nominabilis. Dio n. de di. no. dicit. Deus est omnino incomprehensibilis neq; sensus eius est, neq; fantasia, neq; opinio, neq; nomen, neq; sermo, neq; tactus, neq; sciẽtia. Pręterea. In li. de causis dr. pria causa superior est omni narratione & deficiunt lingue a narratione eius. ergo nõ est nominabilis. Pręterea. In lib. periermenias dicitur quod voces sunt notę earum quę sunt in anima passionũ. i. formarum in anima existentiũ. sed Deus non habet formam in anima existentẽ.
quia

quia vt ait August. Deus qui omnem formam subterfugit intellectui paruis us esse non potest. ergo non potest per vocem significari. Preterea. Omne nomen significat substantiam cum quas litate. sed in Deo nulla est qualitas. ergo ei non competit nomen. Contra. In Psal. 67. dicitur. dominus nomē est illi. Preterea. Omne laudabile est noa minabile. sed Deus est laudabilis. ergo & nominabilis. Respon. Sicut intelli gimus ita & significamus, cum voces sint signa intellectuum: secundum philosos phum; & quia Deum imperfecte intelligi mus, ideo imperfecte eum significamus. sed quia ipse se perfecte intelligit, ideo ipse se perfecte suo verbo exprimit, qa vero aliqualiter Deum cognoscimus ex creaturis, propter hoc & aliqualiter eum nominare possumus ex nominibus quę creaturis imponimus, quantum ad id quod in eis perfectiõis est. Et per hoc patet solutio ad duas primas authorita tes non enim negant ꝙ non possit intel ligi vel nominari. sed ꝙ non a nobis pfe cte potest intelligi vel nominari. Ad ter tium *dicendum*, ꝙ forma intellectus no stri non perfecte repręsentat Deum. sed tantum aliqualiter in Dei cognitionem ducit. sic ergo Deus omnem formam no stri intellectus subterfugit inquãtũ eam excedit, non ꝙ totaliter ab eius similitu dine recedat. Ad quartum dicendum, ꝙ substantia & quãtitas non accipiūtur ibi secundum ꝙ sunt prædicamenta, vel res aliquę, sed secundum modum signifi candi, quia illud cui imponitur nomen dicitur nominis substantia, illud autem a quo imponitur dicitur eius qualitas.

In alio script. vt hic, & aliis locis su

Articulus secundus.

AD secũdum sic proceditur, & vide tur quòd nullum nomen possit di ci proprie de Deo. Res enim nomi natur secundumꝙ intelligitur. sed non intelligimus Deum nisi secundum pros prietatem creaturarum. ergo nec nomi namus. Sed quod per alienas proprietas tes nominatur semper translatiuæ nos minatur. ergo Deus semper translatiuę nominatur, & ita nunq̃ proprie. Præ terea. Omnia quæ de Deo dicũtur ve rius negãtur q̃ affirmentur ẜm Dio. sed hoc non esset si aliquid proprie de Deo diceretur. ergo &c. Præterea. Magis differt sapientia creata ab increata q̃ flo ritio prati a risu hominis. sed ratiõe hu ius diuersitatis pratum non dicitur ride re nisi metaphorice. ergo, cum Deus nõ nominetur sapiens nisi per sapientiam creatam, Deus dicitur sapiens metapho rice. Contra. Quædam sunt nomina, quorum res soli Deo conueniunt, vt in creatus, & immensus. Si ergo proprium est quod soli cõuenit, illa de Deo pro prie dicuntur. Præterea. Quæ per prius sunt in aliquo, ab illo in alia trãs feruntur, & non econuerso, & ita proprie de Deo dicuntur. Respon. Dicendũ ꝙ dupliciter diuina noīa possunt consi derari, vel quantum ad modum significã di, & sic, cum significent secũdum modũ creaturarum ẜm quem imponuntur ad significandum, non cõueniunt Deo pro prie, vel quantum ad rem significatam, & sic distinguendum est, quia quędam si gnificant perfectionem absolute, vt sa pientia, bonitas, & sic de aliis; & sic, cum omnis perfectio sit in Deo, hęc proprie & non metaphorice de Deo dicuntur. quædam autem significant perfectionẽ vt contractam ad speciem creaturæ cu ius perfectio est imperfecta respectu diui nę perfectionis. vnde talia nomina Deo non conueniunt, nisi metaphorice. Ad primum. ergo dicendum, ꝙ quãuis ex proprietatibus creaturæ in Deum deue nimus, nõ tamen semper ei attribuitur nomen significans proprietatem creatu ræ, immo quandoq; nomen per quod a creatura differt, vt cũ dicimus cũ crea

pra ad ductis

torem vel immensum: quādoq; vero nomen significans idem in quo cum creaturā aliquo modo cōuenit, sicut cū dicimus eum bonum vel sapientem: sic enim ex creaturis in Deum cognoscendo deuenimus, vt cognoscamus eum esse aliū a creaturis & causam. Ad secundum dicendum, ꝙ ad veritatem negatiuæ sufficit ꝙ aliquid eorum quę in prædicati significatione continētur subiecto conueniat, non autem sufficit ad veritatē affirmatiuę ꝙ vnum tantum conueniat, nisi omnia conueniāt. quia ergo aliquid eorum quæ ad significationē nominū pertinent. s. q̄tum ad modum significandi, Deo non competit, competit vero aliquid solum: s. res significata, ideo nomē a nobis impositū verius negatur de deo ratione modi significandi q̄ affirmetur ratiōe rei significatæ, q̄uis extra hoc nomen habeat quod proprie De deo dicatur. Ad tertium de sapientia creata, dicendum, ꝙ q̄uis magis differat quantum ad esse sapiētia creata ab increata q̄ floritio prati a risu hominis, non tamē magis differt q̄tum ad rōnem sapientiæ, q̄a illa est vna secundum analogiā in creatore & creatura. sed secundum ęquiuocam rationem dicitur pratum & homo ridere.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic. AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ non sit nisi vnum nomen diuinum: Dicit. n. Hyl. Non sermoni res, sed rei sermo subiectus est. sed in diuinis est omnimoda rei vnitas. ergo nō debet ibi esse nominū diuersitas. Præterea. Non est nisi duplex modus prædicandi in diuinis. s. vel substantialiter vel relatiue. sed nomina non possunt diuersificari, nisi vel quantū ad id qd significatur, vel quantum ad modum significandi. ergo non erit nisi vnum nomen diuinum, propter vnitatem rei, vel duo tantum propter duos modos significandi. Præterea. Omne quod est in Deo, Deus est. ergo omne nomen significans aliquid diuinum significat idem. ergo vl' vnicum est dei nomen, vel omnia sunt synonima. Contra. Nullum nomen vnum sufficit diuinam perfectionem exprimere. ergo necesse est eum non vno tantum, sed pluribus nominibus nominari. Pręterea. In scripturis inueniuntur de eo multa nomina, vt ibi. Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius. etc. Respon. Dicendum, ꝙ multiplicitas diuinorum nominum: dupliciter cōtingit, vel ex parte dei, vel ex parte creaturę. Primo modo dupliciter, vel propter differentiam rerum, & sic accidit multiplicitas nominum personaliū & notionalium, cum personæ & notiones re differant, aut propter differentiā rationum, & sic accidit multiplicitas nominum attributorum, quia attributa ratione differunt, vt dictum est superius in secunda di. Ex parte autem creaturæ similiter dupliciter accidit, vel quia conditiones creaturæ remouentur a creatore & sic accidit multiplicitas nominum negatiuorum, vt immensus, increatus, & sic de aliis, vel quia oppositę rationes propter diuersas relationes realiter repertas in creatura affirmant de creatore, & sic accidit multiplicitas nominum designantium habitudinem ad creaturam vt creator Dominus &c. Ad primum de. Hyl. dicendum, ꝙ quāuis sit vnitas in re essentiali, est tamen pluralitas in re personali, & notionali, & in rōnibus quibus diuersimode etiam vna essentia significari potest in diuersa acceptione intellectus, secūdum quæ omnia diuina nomina multiplicantur, quę quidem rationes ex proprietate diuinæ naturæ aliqualiter in intellectu nostro causantur. Ad secundum. Non sunt nisi duo modi, &c. dicendum ꝙ verū est, sunt tamen ibi plures modi significandi & dicendi: Substan- p. p. q. 13. ar. 4. ad h

ita trinu multipliciter potest considera ri,vel vt substantia,vel vt scientia;& sic de aliis,& ex hoc accidit multiplicitas nominum diuinorum. Ad tertium dicendum,ꝙ quāuis significet idem idẽptitate rei dictę essentialiter, non tamen dictę personaliter, vel notionaliter, vel idẽptitate ratiõis.hoc autem sufficit ad hoc ꝙ noïa nõ sint sinonima.

Articulus quartus.

Ad quartum sic proceditur,& videtur ꝙ diuisio quamponit Amb.sit insufficiens,quæ talis est.Nomina aut significant essentię vnitatem,aut personę proprietatem,aut translatiue dicũtur: Quædam enim nomina dicũtur de Deo ex tempore,vt creator,dominus &c.sed illa non pertinent ad substantiã nec psonam,cum substantia & persona sint ęternę,ista vero ex tempore,nec translatiue dicuntur,quia creaturis non conueniũt, ergo non continentur sub dicta diuisione,& ita est insufficiens. Præterea. Quędam sunt nomina negatiua quæ de Deo dicuntur,vt immensus,increatus,& ita cum nihil ponat, videtur ꝙ nõ pertineant ad substantiam & personam, nec translatiue dicuntur,cum non sint in creaturis.ergo insufficiens est dicta diuisio. Præterea. Hoc nomen,Trinitas, non pertinet ad vnitatem maiestatis,nec alicui conuenit personæ,nec translatiue de Deo dicitur ergo &c.Pręterea. Si sufficiens est diuisio Amb.quæritur cur apponat magister tres differentias diuinorum nominum ad illam. Respon. Dicendum,ꝙ diuisio Ambro.quæ ponitur in litera sufficiens est, nec solum est diuisio Ambro.sed etiam Augu.& Dio. qui diuidunt diuina nomina in symbolicam theologiam, quantum ad ea quæ translatiue dicuntur,in vnicam & discretam theologiam; quantum ad ea quæ proprie dicũtur de essentia & personis. cuius diuisionis sic patet sufficientia: quia Deus vel nominatur per id quod prius in ipso est, & posterius in creaturis,vel per similitudinẽ a creaturis sumptam. Si primo modo,hoc est dupliciter,vel id per quod denominatur Deus comune est,& sic pertinet ad essentiam, vel proprium, & sic ad personam.secundo modo sunt ea quæ translatiue dicũtur. Ad primum de nominibus temporalibus dicẽdum, ꝙ quis respectus quos important realiter & temporaliter sint in creaturis,in Deo tantum ſm modum intelligendi,tamen præsupponunt aliquid æternum & absolutum in Deo, vt Dominus ratione dominii dat intelligere potestatem in Deo,& similiter creator,& ideo ad illa nomina reducuntur quæ pertinent ad vnitatem essentiæ, vt creator,Dominus,vel ad proprietatem personarũ,sicut increatus,Missus, & huiusmodi. Ad secundum dicendum, ꝙ ratio negatiuorum nominum fundatur supra aliquam affirmationẽ,& ita relinquit in intellectu aliquid, sicut incorporeus simplicitatem, vnde reducitur ad vnitatem essentiæ,vt immensus increatus,vel ad distinctionem personarũ, vt ingenitus. Ad tertium dicendum, ꝙ quāuis nõ dicat explicite proprium alicuius personæ,tamen implicite & in cõmuni includit omnia propria personarum,inquantum est quasi collectiuũ triũ personarum.similiter dicendum, de his nominibus,Persona,hypostasis,suppositum, quia quāuis non imponuntur ab aliqua speciali proprietate personę,imponuntur tamen a proprietate in communi,et ita reducũtur ad ea quæ significant proprietatem personalem. Ad vltimum dicẽdum,ꝙ diuisio magistri quã superaddit,quæ talis est. Nomina quæ dicuntur de Deo,aut dicuntur ex tempore & relatiue,vt dominus,& huiusmodi,vel ex tempore,sed non relatiue, vt incarnatus,vel colligit omnia nomina

a alio script. hic,

p.p.q. 13.ar.7 ad pri.

propriarum personarum, vt Trinitas reducitur ad diuisionē Ambrosii vt ex prædictis patet.

Distin. Vigesimatertia.

Prædictis adiicien-

dum est &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo an nomen personæ proprie di-catur de Deo.

Secundo quid nomen personæ signifi-cet in diuinis.

Tertio an nomen personę pluraliter in diuinis possit prædicari.

Quarto de differentia horum quatuor nominum scilicet essentia, subsisten-tia, substantia, & persona, & differen-tia nominum eis correspondentium in gręco.s.vsia, vsiasis, hypostasis, pro-sopion.

Articulus primus.

In alio scrip. vt hic. arti. 2. p.p.q. 29.art. 3.o. De po.q.9 ar.3.o.

AD primum sic proceditur, & vide-tur quod hoc nomē persona nō pro-prie in diuinis dicatur. A quocunque re-mouetur superius, & iferius. ergo a quo-cunque remouetur particulare, & perso-na. sed a diuinis particulare remouetur. ergo & persona. Præterea. Inter omnia composita in rebus inferioribus persona maxime est composita: quia ad eius esse concurrit quælibet creatura. sed in diuinis est omnimoda simplicitas. ergo eis non congruit nomen personę. Præterea. Persona dicitur quæ subsi-stit alicui proprietati vel substat. sed Deus non proprie dicitur alicui substare. ergo non proprie de Deo dicitur hoc nomen persona. Contra. Persona dicitur quasi per se vna. sed hoc maxime Deo conuenit. ergo & nomē personæ. Præterea. Persona dicit quid comple-tum existens in natura intellectuali. sed hoc deo competit. ergo & nomen per-sonę. Respon. In hoc nomine, per-sona, duo cōsideranda sunt.s. id a quo no-men imponitur, & id cui imponitur. Quantum ad primum, secundum Boe. hoc nomen, persona, impositum est a repre-sentatione alicuius per impositionem laruę, de quo gesta propria decantaban-tur, quę repręsentatio nō proprie Deo conuenit. ideo nomen persona, quantū ad id a quo impositum est, non proprie Deo cōuenit. Quantum vero ad secun-dum, cum impositum sit subsistenti, aut distincto in natura intellectuali, de quo talis repręsentatio fiebat, in Deo autem sit quid distinctum existens in natura in-tellectuali, ideo hoc nomen, persona, quan-tum ad id cui nomen imponitur, pro-prie Deo conuenit. Ad primum de par-ticulari dicendum, quod non est simile de hoc quod est particulare & persona: quia particulare dicitur a parte, pars autem de suo nomine imperfectionem impor-tat, & ideo non cadit in diuinis. persona autem quātum ad id quod significat nō dicit imperfectionem, sed dignitatem, ideo persona in diuinis conuenit. Ad secundum dicendum, quod persona in hu-manis fit maxime cōposita, hoc est, quia est in tali natura, non quia personalitas hoc exigat, vnde in angelis est persona simplex. Et ita nihil obstat quin possit dici de diuinis. Ad tertium dicendum, quod quāuis proprie secūdū rem non sit sub-stans in diuinis, quia secūdum rem nihil ponitur ibi sub aliquo, est tamen ibi secundum modum intelligendi, prout intelligitur Deus substans proprietati suę persona-li vel essentiali, secundum quod dicitur sub-stantia cum suo esse, secundum quod dicitur sub-stantia subsistentia, & hoc est ideo, quia nō est in diuinis diuersitas secūdū rem eius quod inest, & cui inest, quæ requireretur ad hoc quod aliquid realiter sub alio reponeretur, est tamen ibi diuersitas quan-tum ad modum intelligendi.

Articulus

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ persona in diuinis significet substantiam. primo per authoritatem August. in litera, qui hoc expresse dicit lib. vii. de Tri. Cum dicimus psonam patris, non aliud dicimus q̃ substantiam patris. Præterea. Dicit Boe. ꝙ persona est rationalis naturę indiuidua substantia. ergo persona est substantia. Præterea. Quod respondetur ad quæstionem factam per quid dicit substantiam. sed persona respondetur ad quæstionem factam per quid, vt dicit magister in litera. ergo psona significat substantiam. Præterea. Omne nomen relatiuum ẜm nomẽ suum refertur ad aliquid. sed hoc nomen, persona, non refertur ad aliquid ẜm nomen. ergo non significat relationem, & ita significat substantiam. Contra. Secundum Boe. substantia continet vnitatẽ, relatio multiplicat trinitatem. sed secundum personam multiplicatur trinitas. ergo persona dicit relationem non substantiam. Præterea. Ad quodcunq; genus reducitur inferius, & superius. sed persona est superius ad patrem, pater vero dicit relationem. ergo & persona. Respon. Dicendum, ꝙ significatio alicuius nominis potest dupliciter considerari. Vno modo formaliter. s. quãtum ad id ad qd significandum nomen fuit impositũ ẜm cõmunem nominis rõnem, sicut homo significat animal rationale mortale. Alio modo quasi materialiter, quantũ ad id cui nomẽ attribuitur in aliqua re speciali, sicut si dicatur ꝙ persona in natura diuina significat relationem, sicut color in niue significat albedinem. Nomen ergo personę, quia impositum est ad significandum rem subsistentẽ distinctam ab aliis rebus subsistentibus in eadem natura formaliter, significat substãtiam primam, quę est suppositum, non autem substantiam, quæ est essentia, vel quidditas. Quia vero subsistens distinctũ in diuinis non potest esse aliquod absolutum, sed solum relatiuum, ideo quasi materialiter, & attributiue in diuinis psona significat relatiuum: nã relatio in diuinis est subsistens, & sic est ibi distinguens, & distinctum. Et inde est ꝙ quidã dixerunt ꝙ hoc nomen, persona, significat substantiam in diuinis. Quidam vero ꝙ relationem, quorũ vtrũq;, aliquo modo, verum est. sed si vtrũq; simul amplectamur, possumus dicere ꝙ significat relationem per modum substantiæ primæ. i. inquantũ est distinctum subsistens, & non inquantum est distinguens: sic. n. significatur ratione proprietatis. Ad primum de August. dicendum, quòd ly aliud, intendit significationem personæ quantum ad modum significandi. sed nõ quãtum ad id quod significatur. & ideo quãuis significet relationem, quia tamẽ significat per modum substãtiæ, ideo dicit ꝙ nihil aliud significat, q̃ substantiã Patris. Ad secundum de Boe. dicendũ, similiter quòd in diuinis persona dicitur significare substantiam, quia significat relationem per modum substantiæ.

Ad tertium ad interrogationem factam, &c. dicendum, quòd quid quandoq; quærit de essentia, vt cum dicitur quid est homo, respondetur, animal rationale mortale. Quandoq; quærit ipsum suppositum, vt cum quæritur, quid natat in mari, respondetur piscis, & ita ad interrogationem factam per quid, prout quærit de supposito, respondetur tres personæ. Ad quartum dicendum, ꝙ quãuis psona significet relationem, nõ tamen per modum relationis, & ideo non refertur secundum nomen ad aliud. Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ nomen personæ non prædicetur pluraliter in diuinis, quia, vt

arti. 4. p.p.q. 30.art. 1.0.4. cō.c.5. 25.Po. q.9.ar. 5.op.3 c.50.

dicit August.in litera, Esse tres personas est esse tria quędam. sed non cōceditur ꝙ Pater & Filius & Spiritussanctus sint tria. ergo quòd nec sint tres personę. Præterea. Quāuis sint tres habentes diuinitatem, nō tamen possunt dici plu res dii, propter vnam naturam habitā. ergo a simili, quāuis sint plures subsistē tes in natura diuina, non tamen possunt dici plures personæ, propter vnam naturam. Præterea. Persona significat quid per se subsistens substantialiter. ergo dicit esse substantiale, sed esse substā tiale non multiplicatur per proprietates consequentes esse. ergo ratione triū proprietatū in Deo non potest dici tres personę. Preterea. Persona in sui intellectu includit substantiam, vt dictum est, sed nomen substantiæ non ponitur pluraliter in diuinis. ergo nec nomen personę. Præterea. Persona est subsistentia quædam. sed subsistentia non ponitur pluraliter secūdum Boe. ergo &c. Contra. Fides in Deo asserit esse tres personas. ergo conuenienter dicitur.

Respon. Persona dicit quid subsistens distinctum in natura intellectuali. vñ vbicunq; reperiuntur aliqui distincti habentes naturam intellectualem ponuntur personę plures, nec interest ad pluralitatem personarum vtrum habeant eandem naturam necne: diffinitio enim naturæ in pluribus personis creatis accidit ex imperfectione naturæ creatæ, quæ non est suum esse, sed accipit suum esse in supposito, vnde in diuersis suppositis est ſm diuersum esse. hæc autem imperfectio in Deo non est, & ideo nihil prohibet esse vnam essentiā in personis pluribus. Ad primum de Aug. dicendū ꝙ accipit, tria pro tres. vel dicendum, ꝙ sunt tria non simpliciter, sed sunt tria quædam. s. tria supposita. Ad secundū dicendum, ꝙ secus est de hoc nomine, Deus, quia termini substantiles non multiplicantur non multiplicata forma a qua imponuntur. hic autem terminus Deus imponitur ab essentia diuina quæ non multiplicatur, sed iste terminus, persona imponitur a personali proprietate, quę multiplicatur in diuersis suppositis. Ad tertium dicendum, ꝙ secus est de proprietatibus quę sunt in inferioribus, quia non sunt res subsistentes, nec substantiam constituunt, sed consequuntur esse substantiale, sed proprietates in diuinis sunt subsistentes, & personas in esse substantiali constituunt, licet ipsum esse substantiale nō distinguant, sed suppositum habens illud. Ad quartum dicendum, quòd apud latinos hoc nomē, substantia, quis ſm proprietatem vocabuli respōdeat nomini greco, quod est, hypostasis, tamen secundum cōmunem vsum loquendi, accipitur etiā pro essentia, ideo ad vitandum errorem nō dicimus tres substantias, sicut greci tres hypostases, sed vnam substantiam, sicut vnā essentiam, vel vsyam. Ad quintum dicē dum, quòd secundum proprietatem vocabuli hoc nomen, subsistentia, in diuinis pluraliter prædicari non potest, sicut nomen substantia, quia id quod respicit subsistentiam in diuinis est vnum .s. esse: proprietas vero, quam respicit substantia, non est vna, sed propter ęquiuocationem prædictam substantiæ transponitur apud nos ordo verborum quantum ad vsum loquendi, vt scilicet vsyę rñdeat essentia, vsyasi substantia, hypostasi subsistentia, & sic nos dicimus vnam substantiam, & plures subsistētias, græci vero econuerso plures hypostases sed vnam vsyasim, sicut vnam vsyam.

p.p.q. 29.art. 2 ad.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ dicta noīa nullā habeant distinctionem: dicit enim Boetius in commē. super prædica. ꝙ vsya significat substantiam compositam. sed substantia cōposita

posita est indiuiduum subsistens in genere substantiæ, quod significatur nomine substantiæ, vel hypostasis, vel personæ. ergo videtur ꝙ hoc nomen essentia vel vsia non differat ſm significationem ab aliis. Præterea. Nihil subsistit nisi illud quod in se habet esse cõpletum. sed esse completũ non inuenitur nisi in particulari. Cum ergo particulare in genere substantiæ dicatur hypostasis vel substantia prima, videtur ꝙ subsistentia sit idem ꝙ substantia. Pręterea. Cum vtrũq; in suo nomine importet positionem alicuius sub aliquo, videtur ꝙ sint idem. Præterea. Boetius in lib. de duabus na. dicit ꝙ hoc nomine hypostasis non vtũtur græci, nisi pro indiuiduo rationalis naturæ, hęc autẽ dicitur psona. ergo hypostasis vel prosopon sunt idem siue substantia, & persona. Contra. Dicit Boe. in lib. de dua. na. c. iiii. ꝙ quatuor sunt nomina in gręco. s. vsia vsiasis, hypostasis, prosopon, qbus Marcus Tullius adinuenit quatuor correspondentia. s. essentiam, subsistentiã, substantiam, & personã. ergo differunt hęc nomina, alioquin non re sufficienter responderetur illis quatuor si essent synonyma. Præterea. Boe. in commento super pręedica. dicit ꝙ vsia dicit compositionẽ ex materia & forma prima, vsiasis primam formam, hypostasis primam materiam. ergo habent differentiam in significato. Respon. Dicendum, ꝙ differentia est horum trium nominum, essentia, subsistentia, & substãtia prima, ideo oportet accipere secundum differentiam horum trium verborum esse, subsistere, & substare, quorum primum, scilicet esse significat id quod est omnibus generibus commune, subsistere vero specialem modum essendi qui competit substantiis. s. esse per se, substare vero importat respectum substantię, nõ ad esse proprium, sed ad accidens quod ei inest, vnde proprie indiuiduorum est, quibus accidentia insunt. Sicut ergo aliqđ indiuiduum in genere substantiæ est, inquantum actu inuenitur in rerum natura, subsistit inquantum est per se non indigens alio fundamento in quo sustentetur, substat inquantũ est accidentis subiectum ad esse. Aut potest dici essentia. dupliciter, vel vt quod est, vl' vt quo est. Si vt quod est, sic omne illud quod habet esse potest dici essentia. Si vero vt quo est, sic illud quo aliquid nominatur ens dicetur essentia: quia quęlibet res denominatur esse secundum suum proprium modum per suam quidditatem, quę in rebus compositis composita est vtpote omnia rei principia compręhendens: ideo, secundum Boetium, vsia significat compositum. Similiter subsistere dicitur a subsistentia, vel vt subsistit, vel vt quo subsistit. Si vt quod subsistit, sic omne quod continetur in genere substantiæ dicitur subsistentia: & quia per prius continentur in genere substantię genera & species q̃ indiuidua, ideo per prius subsistendo dicuntur secundum Boe. in lib. de dua. na. q̃uis genera & species nõ subsistant nisi in indiuiduis, tamen indiuiduis non conuenit tale esse, nisi inquãtum sunt sub generibus & speciebus in prædicamento substãtię compręhensa. Si vero vt quo subsistit, sic forma dicitur subsistentia vel vsiasis ſm Boe. in cõmento prędi. quia per eam aliquid ponitur in genere substantiæ. Similiter a substare dicitur substantia, vel vt quod substat, & sic indiuidua dicũtur proprie substantię, vel hypostasis ſm Boe. in lib. de dua. na. vel vt quo substat & sic dicitur materia hypostasis, vel substantia secundum Boe. in cõment. prędi. quia ex materia habet indiuiduum ꝙ possit accidentibus substare, tamen nomen essentię, magis est in vsu vt quo est, nomẽ vero subsistentię vel hypostasis siue substã-

addendo, ita, sic ita subsistit

tiæ dicitur magis quod subsistit, vl' substat. Sic ergo subsistentia includit in suo intellectu essentiam, quia omne qd subsistit, in aliá natura subsistit. Similiter hypostasis includit in suo intellectu subsistentiam, quia non potest aliquid accidẽti substare, nisi in se subsistens, persona vero includit hypostasim ad determinatam naturam .s. rationalem. Ad primum, vsia significat &c. dicendum, ꝙ verum est, non tamen ex hac forma & materia demonstrata, ideo nõ tantum particularis substantia, sed etiam vniuersalis dicitur vsia, quia vniuersale significat quid compositum. Vel dicendum, quòd ꝑm cõmunem vsum loquendi vsia significat compositum vt quo est, sicut humanitas, nõ vt quod est, sicut homo. Ad secundum dicendũ ꝙ subsistere duo dicit .s. esse, & determinatum modum essẽdi. Quãuis autem esse simpliciter nõ sit nisi indiuiduorum, tamẽ determinatio essendi est ex natura generis & speciei, ideo genera & species subsistẽtię dicũtur per prius, sed particulare dicitur subsistentia per posterius. Ad tertium, vtrũq; positionem importat alicuius sub aliquo, dicendum ꝙ differẽter, quia substãtiá dicitur aliquid, inquãtum subest accidenti, sed subsistentia dicitur aliquid, inquantum est sub esse suo. Ad quartum dicẽdum, quòd hypostasis apud grecos aliquid habet ex proprietate significationis, & aliquid ex vsu: ex proprietate enim significationis habet quòd significet quãlibet substantiam particularem, sed ex vsu accommodatũ est nobilioribus substantiis: Et ideo ipsi vtuntur eodem modo hoc nomine hypostasis sicut nos vtimur hoc nomine persona. sed talis vsus nõ est apud nos in hoc nomine substantia.

Distin. Vigesimaquarta.

Hic diligẽter inquiri

oportet &c.

Quęstio prima.

Hic quęruntur duo.

Primo de nominibus significãtibus vnitatem & pluralitatem in diuinis.

Secundo de nominibus significantibus ea quę sunt pluralitati annexa.

Circa primum quæruntur tria.

Primo vtrum in diuinis sit aliquis numerus.

Secundo vtrum nomina numeralia prędicẽtur de Deo positiue, vel negatiue.

Tertio vtrum significent essentiã vel notionem.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ non sit numerus in diuinis: Boe. enim de Tri. dicit. Hoc vere est vnum, in quo nullus est numerus, & loquitur de Deo &c. Præterea. Numerus est multitudo mensurata per vnũ secundum philosophum. v. metha. sed Deo non conuenit mensurari. ergo numerus Deo non competit. Pręterea. Vbi inuenitur numerus & passiones numeri, vt aggregatio, par. & impar. sed huiusmodi passiones non sunt in Deo. ergo nec numerus. Contra Bern. ad Eugenium. Si vna est, inquit, essentia, & tres personæ quis numerum negat in diuinis. ergo &c. Præterea. Nomẽ Trinitatis numerum importat. sed hoc nomen conceditur in diuinis. ergo est ibi numerus. Respon. Sicut ratio vnitatis cõsistit in diuisione, ita ratio numeri in diuisione. Sicut ergo aliqua se habent ad diuisionem ita & ad numerum. Quædam autem sunt quæ simpliciter diuiduntur, quia secundum materiã & q̃titatem, siue secũdum essentiam & formã: Et ideo in istis est numerus simpliciter.

Quædam

In 1 sent. vt ar. De q. 9 5. q 10 a. 0

p. p 6. a ad

Quædam autem sunt quę secundū quid diuiduntur, quia secundum proprietates accidētales, & hoc est dupliciter: q̄a vel diuiduntur secundum proprietates absolutas, sicut sor. albus dicitur alius a se nigro, vel secundum proprietates relatiuas, vt sortes dexter est alius a se sinistro, & in his est numerus secūdum quid. Sic ergo numerus simpliciter importat separationem & distinctionem, sed numerus ꝯm quid importat tantum distinctionem. Cum ergo in diuinis sit personarum distinctio per proprietates relatiuas, & nō separatio secūdum essentiam, in diuinis est numerus personarum ꝯm quid. s. personarum, & proprietatū, non numerus simpliciter. s. essentiarū & quidditatum, q̄uis in diuinis proprietates relatiuæ nō sint accidentales. Ad primum de Boe. dicendum, ꝙ loquitur de numero essentiarum, & nō personarum. Ad secundū dicēdum ꝙ mensuratio ista numeri est tātum in acceptione nostra, nō ꝙ ipsæ res sint mensuratæ. s. diuinæ personę. Ad tertium, vbi inuenitur numerus, dicēdum, ꝙ hoc verum est de numero simpliciter cuius numerata faciūt aggregationem aliquam.

Articulus secundus.

Ad secundum sic proceditur, & videtur ꝙ vnitas & numerus ponant aliquid in diuinis: Si enim dicūtur ꝯm remotionem, cum per vnum nō remoueatur nisi pluralitas, & p pluralitatē remoueatur vnitas, vtrūq; dicit negationem negationis. sed negatio negationis est rationis tantum, ergo in Deo nō est vnitas & pluralitas realis, quod falsū est. Preterea. Priuatio vel negatio diffinitur per positionem. si ergo vnitas priuet multitudinem, & ecōuerso, in diffinitione vnitatis cadit multitudo, & in diffinitione multitudinis vnitas, & ita erit circulus in diffinitione vtriusq;, qđ est contra philosophum in posteriori-bus. Præterea. Hoc nomen Trinitas, numerū importat. si ergo numerus in diuinis nihil ponat, nō erit ibi Trinitas ꝯm rem, sed secundum rationem tantum. Preterea. Priuatio nunquā constituit habitum, nec econuerso. sed multitudo constituitur ex vnitatibus. ergo videtur ꝙ vnitas non priuet multitudinem, nec econuerso. Contra. Secūdum philosophum vnum & multa opponuntur sicut priuatio & habitus. sed priuatio nihil ponit. ergo nec vnum, & ita neq; numerus, cum constituatur ex vnitatibus. Præterea. Vnum dicitur ex eo ꝙ nō diuidatur. sed hęc est negatio tātum. ergo vnum nihil, præcipue positiue, ꝑdicat; similiter nec numerus, cum constitutus sit ex vnitatibus. Respon. Dicēdum, ꝙ numerus, qui est species quātitatis, aliquid ponit, & similiter vnitas, quę est eius pars: aliter enim nō esset species alicuius generis. Vnde si numerus, qui est species q̄titatis, & vnitas, quę est eius principium, prædicētur de Deo, oportet dicere ꝙ aliquid ponat, per modum quo scientia, vel sapientia ponunt, ratione differētiæ, & nō ratione generis. Oportet autem ꝙ de Deo dicantur, si idem sit vnum quod cōuertitur cū ente, & multitudo ei opponitur cum numero, & vno, quod est principiū numeri, vt quibusdam videtur. Sed quia quod determinatur ad aliquod genus nō potest esse diuisiuum entis cōmunis quod ambit omne genus, nō videtur ꝙ vnum & multa, quæ diuidunt ens, sint idem cum vno & numero, quæ pertinēt ad genus quātitatis; Et ideo aliis videtur ꝙ numerus, qui est species quātitatis, & vnitas, quæ est eius principium: sint tātum in rebus corporalibus, quia talis numerus ex diffinitione continui causatur, & hac ratione, ad genus quantitatis determinatur vno & multo, quę diuidūt ens, omnia genera circūeuntibus, & ꝯm l. diuisione

hoc, cum nulla conditio rei corporalis de Deo dici possit, nisi metaphorice, numerus, qui est species quātitatis, & vnitas, quę est eius principium, de Deo non dicuntur, sed vnum, quod conuertitur cum ente, & multitudo ei correspondēs. Hoc autem vnum ponit aliquid, quia ipsum ens, sed super hoc non addit aliā naturā: quia quęlibet res est vna per suā essentiam, aliter iretur in infinitum. sed addit super ens negationem diffinitionis. Similiter multitudo addit supra res diffinitionem, cuius prima origo, & cōmunis est oppositio per affirmationem, & s̄m hoc addit multitudo negationē, inquātum multæ sunt res, quarum vna non est alia, & sic vnum & multa, quę ad ens commune pertinent, ponunt quidē aliquid, quia ipsum ens, vel res. sed quātum ad id quod super additur nihil ponunt, & secūdum hoc potest saluari dictum magistri. Ad primum, per vnum remouetur pluralitas, dicendum, ꝙ falsum est: per vnum enim remouetur diffinitio, quę est per affirmationem, & negationem. quia istam claudit in intellectu suo: vnū enim est quod nō diuiditur per ens & nō ens, nō tamen pluralitatē: ens enim & non ens nō causant rōnem multitudinis, nisi quatenus vtriꝗ intellectus attribuit rationem vnitatis, & ita vnitas pręcedit in intellectu multitudinem, & nō econuerso. vnde vnitas s̄m rationem suam non excludit pluralitatem, sed tātum diffinitionem. Ad secundum dicendum, ꝙ iam patet respōsio, quia vnitas nō priuat multitudinem, vnde non diffinitur per multitudinē sicut opponitur, sed tantum per diffinitionem secundum affirmationem & negationem, vt dictum est. Ad tertium dicēdum, ꝙ, sicut dictum est, numerus aliquid ponit, quia ipsas res numeratas, sed id quod superaddit numerus in diuinis est negatio affirmationi opposita. vnde non sequitur ꝙ Trinitas non sit s̄m rem in diuinis. Ad quartum dicendum, ꝙ vnitas nō est priuatio multitudinis, nisi ex consequēti, s. inquantum in multitudine includitur diffinitio per affirmationem & negationem. Vel dicendum, ꝙ vnum non est priuatio illius multitudinis quā constituit, sed multitudinis quæ negatur esse in ipso quod dicitur vnum.

1. diuisionis
1. diuisionem p.p.q. 11. ar. 3. ad secūdum
1. diuisio
1. diuisionem
1. diuisio.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ dictiones numerales significent essentiam: Quicquid enim a se dicitur in diuinis, substantialiter dicitur, & essentiam significat. sed huiusmodi dictiones ad se dicuntur, & non ad aliud referuntur. ergo &c. Pręterea. Secūdum Boe. omnia prædicamēta trāseunt in substantiam cum in diuinā prædicationem veniunt præter ad aliquid. sed vnitas & multitudo significant quātitatem ergo cum nō dicant ad aliquid, in diuinis dicunt substātiam. Præterea. Nulla relatio cōmunis est tribus. vnitas vero cōmunis est tribus, quia quælibet persona dicitur vna. ergo vnitas non significat relationem. ergo nec multitudo, quæ constituitur ex vnitatibus. Cōtra. Duo, & tres multiplicant idē qđ significat vnus. sed duo & tria non multiplicant substantiam, cum hæc sit vna. ergo nec vnus significat substantiam. Respon. Vnitas & multitudo, quæ sunt differentiæ entis, & veniunt in diuinam prędicationem, vt dictum est, nō addunt super ens, nisi rōnem indistinctionis & distinctionis. Cum ergo ens cōmuniter se habeat ad absoluta & relatiua, similiter distinctio & indistinctio, ideo termini numerales cōmuniter se habent in diuinis ad absoluta & relatiua, vnde secūdū ꝙ diuersis adiunguntur significant relationem vel essentiam. vnde cum dicitur vnus Deus significat hoc qđ dico vnius essentiam. Similiter cū dicitur tres Dii, hoc

In alio script. vt hic, ar. 4.
De po[t.] q. 9. [ar]ti 4. quæ[st.] dec.

hoc quod dico tres significat diuersitatē essentiæ. Cum autem dicitur pater est vnus, hoc ꝙ dico, vnus, significat vnitatē personalis proprietatis in Patre, cū aūt dicitur tres personę, hoc ꝙ dico, tres, significat pluralitatem personalium proprietatum. Sed sicut ens per se dictum intelligitur de substantia, q̄uis substātiæ & accidenti conueniat similiter vnum p se dictū, nihil addito significat essentiā. Ad primum, hmōi dictiones nō referuntur ad aliud, dicendum, ꝙ hoc verum est, quātum ad suas rationes a quibus sumūtur nomina: Et ideo ꝑm nomē ad aliud nō dicuntur. sed quantū ad illud circa qđ ponuntur rationes possunt importare absolutum & relatum. Vel dicendum ꝙ cum vnitas & multitudo sint differentiæ entis, sicut ens ita vnitas & multitudo circueunt omne genus, ideo absolutis, & relatis conuenire possunt. Ad secundū dicendum, ꝙ vnitas & multitudo nō veniunt in prædicationem diuinā, vt spēs quātitatis: Et ideo ratio non procedit. Ad quartum dicendū, ꝙ vnus nō significat notionem vel relationem aliquam determinate, sed qualibet indeterminate. Ad quartum, duo & tres nō multiplicant substantiam, dicēdum, ꝙ falsum est si addantur termino essentiali, vt cū dicuntur tres Dii.

Quæstio secunda.

Deinde quæritur de

nominibus quæ sunt pluralitati annexa.

Et circa hoc quęruntur duo.

Primo de his quę se habent ad pluralitatem sicut principium, vt diuersitas, & huiusmodi.

Secundo de nomine Trinitatis, quod consequitur pluralitatem quasi collectiuum.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ in Deo sit diuersitas. Hyl. n. dicit Pater & Filius & Spiritussanctus sunt per substantiam quidem tria, p consonantiam vero vnum. sed multitudo in substantia facit diuersitatem. ergo in diuinis est diuersitas. Præterea. Alienum denominatur ab alio. sed Filius est alius a Patre. ergo pōt dici alienus. Præterea. Singulare significat aliquid demonstratum subsistens in natura cōmuni. sed Pater est aliquid demōstratum. ergo potest dici singularis. Præterea. Videtur ꝙ possit dici vnicus per hoc ꝙ cantat ecclesia, Trinum Deum vnicumq; cum fauore prædicat. Respon. Dicendum, ꝙ circa fidē Trinitatis duo fuerunt errores. s. Arrii q introduxit pluralitatem essentiæ, & Sabellii, qui abstulit pluralitatem personarum, quorum neutrum concedit fides catholica: Et ideo ea oportet concedere quæ vtriq; hæresi aduersantur, & ea negare quæ vtriq; sunt consona, vnde cōtra Arrium quatuor cōfirmat ecclesia. Primo vnitatem essentię, vnde dicit Deum vnū, & negat diuersitatem. Secūdo essentiæ simplicitatem: Et ideo cōfitetur Deū simplicem, & negat diuisionē, & separationem, quę ponunt compositionem. Tertio similitudinem personarum in essentia, prout significatur vt forma quædā: vñ cōfitetur filium similem patri, & negat alienitatem quæ dicit extraneitatē in natura. Quarto ęqualitatem in potētia, magnitudine, & ęternitate. vnde negat ipsum disparem vel inęqualem. Contra Sabellium autem affirmat quatuor. Primo pluralitatem personarum, & distinctionem, & sic confitetur pluralitatem, & negat singularitatem. Secundo, quia pluralitas est ibi non tantū ꝑm rationem, sed ꝑm rem, ideo dicit distinctionem veram, & excludit vnicum: Ter

u iii

In alio script. vt hic. De po. q. 9. ar. 8. o.

p p. q. 31. ar. 2. c.

tio ponit in rebus personalibus esse ordine originis: Et ideo prædicat discretionem quæ importat ordinem, & excludit confusionem, quarto ponit tres psonas vnitas societate amoris, quæ est Spiritussanctus: Et ideo prædicat consonantiam, vt patet ex Hyl. & excludit solitudinem. Ad primum de Hyl. dicendum, ꝙ vtitur nomine substantiæ pro supposito, non pro essentia. Ad secundum, alienum denominatur &c. dicendum ꝙ denominatur ab alietate naturæ, nō ab alietate suppositi, ideo Filius ꝗuis dicatur alius nō potest dici alienus, quia designaretur extraneitas naturæ. Ad tertiū dicendum, ꝙ persona diuina nō potest dici singularis proprie, quia singulare est, cuius essentia est incommunicabilis, essentia autem Patris est cōmunicabilis, hoc autem non dicit persona, ideo pōt dici Pater persona. Ad quartum dicendum, ꝙ vnicum proprie sumptum dicit vnitatem tam essentiæ ꝗ personæ. vnde quādo Deus dicitur vnicus ratione vnitatis essentiæ, non proprie sumitur hoc quod est vnicum, sed sumitur vnicus pro vno.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, p. p. q. 31. ar. 1. o. Opu. 3. c. 50. 51. 52.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ Trinitas non sit nomen essētiale: Quicqd. n. prędicatur de vnaquaqꝫ persona singulariter, & de omnibus simul, dicit substātiam. sed hoc nomen Trinitas est huiusmodi: dicitur. n. Trinitas, trium vnitas. Pater autem est trium vnitas, & sic de aliis personis, & hę tres simul personę sunt vna Trinitas. ergo hoc nomē Trinitas dicit substātiam. Preterea. Nulla vnitas triū est nisi essentialis. sed Trinitas est trium vnitas. ergo Trinitas est essentialis. Pręterea. Qd non refertur ad aliud est essentiale. sed hoc nomen Trinitas non refertur ad aliud. ergo dicit substantiam. Contra. Boe. ait, Relatio multiplicat Trinitatem sed essentia cōtinet vnitatem. ergo Trinitas nō significat essentiam, sed relationem. Respon. In nomine Trinitatis importatur vnitas & numerus. sed vnitas in diuinis dicitur dupliciter scilicet vnitas essentialis, & vnitas personalis. ideo quidam dixerunt ꝙ hoc nomē Trinitas importat vnitatem personaꝝ, & ꝑm eos sic exponitur Trinitas, quasi ter vnitas, quia sunt ibi tres vnitates psonales, & secūdū hoc simpliciter relationem significat. Sed cōtra hoc est quod a Trinitate nominamus Deum trinum. sic autem hoc nomē trinus nō posset exponi vt diceretur Pater, vel trinus Deus, quasi ter vnus. Ideo alii dicunt ꝙ vnitas importata in hoc nomine Trinitas est vnitas essentialis, & isti sic exponunt, Trinitas. i. trium vnitas, vt Ysidorus in litera dicit. & ꝑm hoc Trinitas vtrūqꝫ significat. s. vnitatem essentię & distinctionem personarū, sed tamē diuersimode, quia secūdum ethymologiam nominis, vnitas essentiæ significatur ibi in recto, pluralitas autem personarum in obliquo. sed secūdum impositionem nominis, cum hoc nomē sit impositum ad significādum numerum personarum est ecōuerso. vnde sensus est. Trinitas. i. tres personæ vnius essentię, sicut magister in litera exponit. Ad primum, quicquid ꝑdicatur de singulis, &cet. dicēdū quòd quāuis quātum ad ethymologiam nominis de omnibus in singulari prædicetur, nō tamē quātum ad veram significationem nominis, ad quā significandam nomē imponitur, quia pater nō potest dici tres personę vnius essentiæ, quāuis possit dici vnitas trium personarum. Ad secundum, nulla vnitas trium &c. dicēdum, ꝙ hoc argumētum procedit ꝑm ethymologiam nominis, secūdum quam vnitas significatur ibi in recto, & sic significat ibi essentiam, vt dictum est, non tamē secūdum significationem ad quam

significādam

significandam nomen imponitur, Trinitas enim est trium vnitas, vt supponit argumētum. Ad tertium illud ꝙ non refertur &c. dicendū, ꝙ quāuis quantū ad id ad quod significandum nomē imponitur non significet relationem secūdū numerum, & sic secūdum nomen nō refertur ad aliud, tamē quātum ad ea circa quæ numerus ille ponitur in diuinis significat ipsas relationes, quæ solum in diuinis numerantur.

Distin. Vigesimaquinta.

Præterea considerādum est &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo de diffinitione personæ.

Secundo vtrum persona de creaturis, & de Deo dicatur vniuoce.

Tertio de communitate respectu diuinarum personarum.

Quarto vtrum tres personæ sint tres entes, vel tres res &c.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p.p.q. 29. ar. 1.0. De po. q.9.ar. 2.c. De vni. ar.1.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ hæc diffinitio Boetii, persona est rationalis naturæ indiuidua substantia non sit recte assignata: Natura enim rationalis prædicatur in recto de persona. ergo male ponitur in obliquo in diffinitione personę. Prçterea. Multiplicato diffinito multiplicatur illud quod in diffinitione ponitur in recto. ergo cum substantia ponatur in recto in diffinitiōe personæ, cum sint tres personæ in diuinis erunt tres substātiæ. sed hoc est falsum. ergo dicta diffinitio non conuenit diuinis personis. Praterea. Cum dicitur, persona est indiuidua substātia, aut substātia stat ibi pro essentia, aut pro hypostasi. non pro essentia: essentia enim non est indiuidua: cum sit cōmunicabilis non pro hypostasi: quia ſm Boe. hypostasis est substantia indiuidua. ergo nugatio est apponere huic qđ est substantia, hoc quod est indiuidua. Præterea. Dicta diffinitio personæ cōuenit animæ rationali, quæ tamen non est persona. ergo incōuenienter assignata est illa diffinitio. Præterea. Magister in lib. tertio. x. distin. dicit, ꝙ dicta diffinitio non cōuenit personis diuinis. ergo insufficiens est. Respon. Dicendum ꝙ nomina quædam sunt primæ impositionis tantum, quæ significant ipsas res absolute, vt homo, animal, quædam sunt secundæ impositionis tantum, quæ significant solas intentiones, vt vniuersale, & particulare, genus, & species. quędam vero includunt vtrunq;, quæ significant rem simul, & intentionem, inquātū conuenit, siue accidit ipsi rei, & huiusmodi est hoc nomen hypostasis apud græcos, quod significat substantiam primā, & hoc nomē persona apud nos: Et ideo Boe. in diffinitiōe personæ ponit genus ipsius rei quā persona significat. s. substātiam, & addit duas differentias, vnā per quam notificatur persona ratione intētionis secundæ. s. indiuiduum, aliam per quam notificatur rōne rei in hoc ꝙ dicit rationalis naturæ. Ad primum ergo dicendū, ꝙ natura vt Boe. dicit qñq; sumitur pro substantia, quæ agere & pati pōt, & sic prædicatur in recto de persona, quandoq; autem sumitur pro forma partis vel totius, siue pro specifica differentia ſm Boe. & sic non prædicatúr in recto, sed in obliquo, & hoc modo sumitur in diffinitione personæ. Ad secundum dicendū, ꝙ substantia ęquiuocatur ad standum pro hypostasi, vel pro essentia. primo modo accipitur in proposito, & sic multiplicatur sicut & persona, sed modo non vtimur substantia pro essentia, quāuis antiqui aliqui vsi sint pro hypostasi. Ad tertium dicēdum, ꝙ hoc nomen substantia, de se ha-

bet ꝙ potest stare pro prima vel secūda substantia, sed per additum quod est indiuidua stat pro hypostasi, quæ est substātia, prīa & ita nō superfluit. Ad quartum, cōuenit animę &c. dicendum, ꝙ falsum est, quia in hac diffinitione indiuiduum ponitur pro incōmunicabili, Incōmunicabile vero priuat ibi triplicem communicabilitatem. s. vniuersalis, partis, & vnionis cum digniori, propter primum non est persona aliquid cōmune, propter secundum anima, quę est pars hominis, propter tertium humana natura, quæ est Dei verbo vnita. Ad quintum de dicto magistri dicendū, ꝙ si proprie accipetentur nomina posita in dicta diffinitione, vt substantia secundum ꝙ dicitur a subsistendo accidenti, indiuiduum. i. distinctum accidentibus, & rationale a discursu inquisitionis, sic non conueniret illa diffinitio diuinæ personæ, & sic magister intelligit, tamen large accipiendo dicta nomina bene competunt ei, prout substātia significat ens nō in alio, indiuiduum incōmunicabile, rationale itellectuale. vnde Richar. ipsum ad proprietatem reducens dicit, ꝙ diuina persona est diuinæ naturæ incōmunicabilis existentia.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ persona vniuoce prędicetur de Deo & creatura: Quęcūcꝫ enim aliqua differunt, vniuoce conuenire possunt in negatiōe aliqua, sicut hoc, non esse lapidem, vniuoce conuenit Deo, & homini, sed tamen ratio personæ in negatiōe: est enim indiuidua substantia. ergo vniuoce Deo, & creaturis conuenit. Præterea. Quicquid prędicatur de aliquibus secundum vnū nomen, & ꝑm vnam rōnem, vniuoce eis cōuenit. sed nomē personę & diffinitio assignata cōuenit Deo & creaturis, vt dictū est. ergo videtur ꝙ vniuoce dicatur.

l. ꝯfiſit vbi ponitur tamen

Cōtra. Quæcūcꝫ non conueniunt in vno genere generalissimo, nō potest de eis aliqd dici vniuoce. sed Deus, & creatura sunt hmōi. ergo de eis non dicitur aliquid vniuoce. Pręterea. Persona significat distinctum in natura aliqua. sed nō est eadem ratio distinctionis personæ in diuinis, & angelis, & in hominibus, quia in diuinis est distinctio per solas ratiōes originis, in angelis per proprietates absolutas, in hominibus vtroꝗ modo, vt dicit Ric. ergo persona æquiuoce dicitur de eis. Respō. Persona analogice dicitur de Deo & creaturis, & q̄tum ad rem significatā per prius est in Deo q̄ in creaturis, sed quātum ad modum significandi, siue impositionem nominis est ecōuerso, qui est secūdū modum intellectus nostri, & simile est de aliis nominibus quæ Deo, & creaturis conueniunt analogice. Ad primum, ratio personę cōsistit in negatione, dicēdum ꝙ quāuis indiuiduum secundum rōnem nominis importet negationem, tamen talis negatio fundatur super aliquam rem. s. super rationem alicuius principii distinguentis, in quo nō vniuocatur Deus & natura creata. Vel dicēdum, ꝙ in diffinitione personæ nō tantum ponitur hoc nomē indiuiduum. sed etiam quędam alia quę Deo & creaturis nō possunt vniuoce cōuenire. Ad secūdum dicēdum, ꝙ ratio nō est vna vniuocę vnionis sed analogicę. Ad tertium concedimus. Ad quartum dicēdum ꝙ quāuis nō sit vna ratio specialis, tamē est vna ratio communis, prout distinctio abstrahit ab omni speciali distinctione, & hāc cōem rationem distinctionis importat persona.

p p. q. 29. a. 4 ad q̄rt.

Articulus tertius.

In alio script vt hic, p. p. q 29. ar 4. c.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ persona nō sit commune in Trinitate: Quicquid enim cōmuniter cōuenit tribus personis significat essentiam, & singulariter personam. sed

persona pluraliter prędicatur in Trinitate: Pater enim, & Filius, & Spiritussanctus sunt tres personę. ergo persona nō est cōmune in Trinitate. Pręterea. Omne cōmune, quod est de ratione alicuius specialis, respectu eius se habet vt vniuersale. ergo psona est cōmunis Patri & Filio, cum non sit extra rationem vtriusq;, quia alias esset accidens & per cōsequēs vniuersalis, sed totum vniuersale nō est in diuinis. ergo persona non est communis. Praeterea. Id qd de se habet rationem incōmunicabilis nō potest dici cōmune, quia hęc sunt opposita. sed persona habet rōnem incōmunicabilis. ergo nō potest esse cōmunis. Contra. Omne nomen quod recipit signum distributiuū, cōmune est. sed hoc nomē persona tale est. ergo &c. Praeterea. Omne nomē quod praedicatur de pluribus suppositis alicuius naturae est cōmune. sed huiusmodi est persona. ergo &c. Respō. Dicēdum, ꝙ duplex est cōmune in diuinis. quoddam secūdū rem, vt essentia. aliud secūdum rōnem, vt persona, *sed de cōmunitate rationis eius est triplex opinio*: Quidam enim dicunt ꝙ est cōmune secūdum vnam rōnē proportionis, quia sicut Pater se habet vt subsistens ad naturam diuinam, ita & Filius. Alii dicunt ꝙ est cōmune ſm rationem intētionis, sicut hoc nomen genus est commune ad oīa genera. sed hęc duo dicta in idem referuntur, quia intētio nō dicit nisi proportionē & habitudinem cōmunis ad proprium, vel econuerso. Sed contra hoc est, quia persona non est nomē secundae impositionis solūmodo, quasi significet intentionem, vel habitudinem alicuius subsistentis ad naturam cōmunem, sicut hoc nomē, suppositum, sed magis est nomen primę impositionis significans illam rem cui accidit talis intentio: vnde cōmunitas personae in diuinis nō potest esse secūdum cōmunitatem talis habitudinis, vel intentionis, sicut est cōmune hoc nomen suppositum tribus personis. Ideo dicēdum est aliter, ꝙ haec cōmunitas est per vnam rōnem rei, sicut ratio animalis est cōmunis homini, & asino. Ratio autem rei est duplex. quędam est cōmunis, sicut ratio animalis, & quędam specialis, sicut ratio hominis. Nihil autem in diuinis est commune ſm vnam rationem rei specialem, quia nihil vnum secūdum specialem rationem potest numero multiplicari in diuinis, quia talis multiplicatio est sedm materiam. Est tamē ibi cōmune secūdū vnam generalem siue cōmunem rōnem rei, sicut relatio cōmunis est ad paternitatem, & filiationē. vnde secūdum hoc, persona secūdum cōmunem rationē rei quam significat, est cōmune quid in diuinis: significat enim cōmunem rationē distincti subsistentis in tali natura, Pater aūt significat specialem rationem distincti speciali rōne subsistētis in natura cōmuni, & similiter Filius. (De po. q. 8. ar. 3. ad vndec. q. 9. ar. 4. ad quart.) Ad primum; quicquid cōmuniter &c. dicēdum, ꝙ verum est de illo cōmuni quod est cōmune ſm rem vnam, non tamē de eo quod est cōmune secūdum rationem vnā, quia idem est persona Patris & Filii, quia solum vnum esse est in diuinis. Ad secundum, omne cōmune quod est de ratiōe, dicēdum, ꝙ plus exigitur ad rationem vniuersalis, secūdum ꝙ cōmune in diuersis speciebus siue suppositis sit secūdum diuersum esse, quod nō est in proposito, quia persona nō dicit specialem rerum distinctionem, sed generalem. Ad tertium dicēdum, ꝙ quāuis id quod est persona sit incōmunicabile, nihil tamē prohibet rationem personae esse cōmunem pluribus personis, sicut patet de hoc nomine indiuiduum quod de pluribus prędicatur.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ tres personae nō possunt (In alio script.)

vt hic, & d. 34. 1 ar. principio. dici tres entes, vel tres res: Quicqd enim absolute prædicatur in diuinis hoc singulariter de tribus prædicatur. sed res & ens absolute dicũtur. ergo &c. Præterea. Sicut est vna diuinitas Patris & Filii, a qua sumitur nomẽ Dei, ita vnum esse, & vna quidditas, sed propter vnitatem deitatis nõ dicitur nisi vnus deus. ergo, eadem ratione, nec dicũtur tres psonæ tres entes, vel tres res, cum nomẽ entis imponatur ab esse, & nomẽ rei a qdditate, vt dicit Auic. Præterea. Pater & Filius nõ distinguũtur nisi relationibus. sed relatio, quãtum ad respectum quo distinguit, nõ ponit aliquid, sed ad aliquid. ergo ex hoc quod relationibus distinguũtur nõ dicuntur tres entes vel tres res. Cõtra. Nihil idem potest eẽ realiter Pater & Filius respectu eiusdẽ. sed Pr̃ realiter est Pater Filii. ergo non potest esse realiter idem. Præterea. August. dicit. Res quibus fruẽdum est est Pater, & Filius, & Spiritussanctus. ergo hoc nomẽ res in plurali numero ponitur. Respon. Ens, secũdum Auicẽ. ab esse imponitur sicut res a quidditate, in diuinis autem vnitum est esse: Et ideo quãtum ad id a quo nomẽ entis iponitur, nõ prędicatur in diuinis pluraliter. Sed quia diuersimode impositum est ad esse significãdum. s. adiectiue, & substantiue, adiectiuum vero numerum recipit a suppositis, substãtiuum autem a forma, a qua imponitur, ideo hoc nomẽ, ens, si substantiue sumatur, nõ prædicatur nisi singulariter in diuinis: si autem sumatur adiectiue, potest pluraliter prædicari. Substãtiua enim plurificãtur ratiõe formę significatæ, adiectiua ratione suppositorum, quãuis etiam quidditas, siue essentia diuina sit vna secũdum rem, tamẽ rõne est multa, inquãtum est aliqua ratio substantiæ, & relationum realiter distinctarum, quia licet relationes idẽ sint ꝙ essentia diuina secũdum rem, ratione

p. p. q. 30. ar. 1. c.

p. p. q. 39. ar. 3. ad ter.

tamẽ differunt: quia aliquid est de rõne vnius, quod nõ est de ratione alterius: Et ideo hoc nomẽ res secũdum ꝙ sumitur a rõne essentiæ singulariter prędicatur, Secũdum vero quod sumitur a ratione relationis prædicatur pluraliter, & sic potest dici ꝙ Pater & Filius & Spiritussanctus sunt vna res, & sunt tres res. Ad primum, quicquid absolute prędicatur in diuinis &c. dicẽdum, ꝙ quãuis res de suo nomine dicatur absolute, tamẽ ratione formę, a qua sumitur. s. formę psonalis, dicitur relatiue. similiter, q̃uis hoc nomen ens de suo nomine absolute dicatur, tamen, quia adiectiuum est quod recipit numerum a suo substantiuo, potest in plurali numero prædicari, & simile est in aliis nominibus adiectiuis diuinis. Ad secũdũ, sicut est vna deitas &c. dicẽdum ꝙ nõ est simile, quia Deus iponitur a forma absoluta: Et ideo tantum est substãtiuum: ens autẽ potest esse adiectiuum, sed res imponitur a forma quæ non est tãtum absoluta sed etiam relata: Et ideo Deus non potest in plurali prædicari in diuinis, possunt tamen res & ens. Ad tertium dicendum ꝙ, quãuis relatio non ponat ex illo respectu aliquid absolutum, ponit tamen aliquid relatum: Et ideo relatio est quædam res: si enim secũdum rationem relationis, siue respectus, non poneret aliquid, cum ſm suum esse, ratione cuius ponit aliqd inhęrens, non cadat in genere relatiõis non esset aliquod genus entis.

Distin. Vigesimasexta.

Nunc de proprietatibus &c.

Quæstio prima.

Hic est duplex quæstio.
Prima de hypostasi.
Secunda de proprietatibus.
Circa primum quæruntur duo.

Primo

Primo vtrum hypostasis sit in diuinis. Secundo vtrum significet relationem.

Articulus primus.

In alio script. vt hic. p.p.q. 29. ar. 3. ad ter. q. 39. ar.1.ad ter.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ nomē hypostasis recipi non debeat in diuinis: In assumptione enim fidei nō debet recipi aliquod nomē qd præstet occasionem erroris. sed hoc nomen hypostasis, est huiusmodi, quia vt dicit Hiero. in hoc nomine, venenum sub melle latet. ergo hoc nomen non est &c. Præterea. Hypostasis apud græcos significat substantiam primam, quę substantia est particularis. sed in Deo neq; vniuersale neq; particulare est. ergo sicut in diuinis non dicitur ꝙ sit genus vel species substantiæ, quæ est substātia secunda, ita non debet dici ꝙ sit ibi hypostasis, quæ est substantia prima. Prętera. Boetius dicit in lib. de duabus na. Indiuiduas substātias ideo græci hypostases vocauerunt, quia accidentibus suppositæ, & subiectæ sunt. sed in Deo non est aliquod accidens. ergo &c. Cōtra. Omne quod est perfectum, Deo est attribuēdum. sed hoc nomen hypostasis significat perfectum in genere substātię. ergo &c. Præterea. August. dicit li. de Trini, ꝙ eadem rōne græci dicūt tres hypostases qua nos tres personas, sed secundū nos nomen personæ cōmuniter ponitur in diuinis. ergo & secūdum grę cos hoc nomē hypostasis. Respon. Dicendum, ꝙ quāuis hoc nomen, substātia, in Latino respondere videatur huic nomini hypostasi in græco, non tamen omnino idē significat, ſm vsum vtriusq; linguę: nam hoc nomē hypostasis apud græcos significat tantum substantiā particularem, quæ est substantia prima, vt p Boe. patet, sed Latini vtuntur nomine substantiæ, tam pro prima q̄ pro secunda. Substantia autem particularis nihil aliud esse videtur, q̄ quid distinctū subsistens. Cum ergo in diuinis inuenitur aliquid distinctum subsistēs, vt ex prædictis patet, recte ibi nomē hypostasis dici potest secūdum ꝙ diuina verbis humanis significari contingit. Ad primum dicedum ꝙ Hierony. dicit in hoc nomine venenum sub melle latere, propter abusum huius nominis: Nam hæretici apud latinos veram huius vocabuli significationem ignorantes, introducebant hoc nomē ac si idem significaret omnino qd hoc nomē substantia, vt sic ex pluralitate hypostasis pluralitatem introducerēt essentiarum: nam hoc nomen substantia apud Latinos essentiam significat. Sic ergo nomen hypostasis dicitur venenosum, nō propter veram significationem nominis, sed propter eius abusum. Ad secundum dicēdum, ꝙ quāuis in diuinis nō sit vniuersale & particulare, est tamē ibi cōmunicabile & incōmunicabile. cōmunicabile autem nō sufficit ad rōnem generis vel speciei, sicut incōmunicabile subsistens ad rōnē hypostasis: Et ideo, licet in diuinis non sit genus vel species substantiæ, est tamē hypostasis. Ad tertium dicendum, ꝙ quāuis in diuinis nō sit accidens, sunt tamē ibi proprietates quę significantur ibi quodammodo per modum accidentium: Et ideo inquātum diuinæ personæ eis subsunt hypostases sunt.

De po. q.9. ar. 2. ad 8.

De po: vbi su. ar.3.ad sept.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic,

IVxta hoc quæritur vtrum in diuinis hypostasis dicat solummodo absolutum. Dicendum, ꝙ hoc nomen persona non differt ab hoc nomine hypostasis nisi ꝙ addit determinatam naturam, quod patet ex hoc ꝙ hypostasis secūdū Boe. est indiuidua substātia, persona vero indiuidua substantia rationalis naturę. Hypostasis ergo, in rōnali natura accepta, nihil aliud est q̄ persona, sicut animal, cum rationali actu, nihil aliud est q̄ homo, Vnde cum diuina natura sit ra-

l. acceptum

tionalis,largo modo accipiẽdo rõnem pro quolibet intellectuali, oportet ꝙ hypostasis diuina sit idem ꝙ persona diuina,quia hocquod superadditur in intellectu personę suppletur per additionem.Sicut ergo hoc nomen persona in diuinis significat relationem per modũ rei subsistentis, sic & hoc nomen hypostasis.

p.p.q. 29. ar. 4.c.

Quęstio secunda.

Deinde quæritur de

proprietatibus &c.

Et circa hoc quæruntur tria.

Primo vtrum relationes sint in diuinis.

Secundo vtrum per eas tantum personæ diuinæ distinguantur.

Tertio vtrũ solis relationibus originis.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p.p q. 28. ar. 1.4.cõ. c.14. De po. q.8.ar. 1. Opu.3. c.53.

AD primum sic proceditur,& videtur ꝙ relationes nõ sint in diuinis:Quicquid enim est in Deo prædicatur de ipso sed ad aliquid omnino non prædicatur, vt dicit Boe.in lib.de Tri.ergo &c. Præterea. Vbicũq; est relatio ꝭm rem ibi est aliqua dependentia:relatiua enim a seinuicem dependent, sed in Deo nulla est depẽdẽtia:si enim ab aliquo depẽderet nõ esset necesse esse per seipsum.ergo in Deo nulla est relatio. Præterea. Quod aduenit alicui,&recedit absq; sui mutatione,nihil ponit in re.sed relatio est huius modi:nam absq; omni mutatione possum alicui fieri dexter & sinister. ergo relatio,nec in Deo,nec in aliqua re ponit aliquid. Cõtra. In Deo vera Paternitas iuenitur,ex qua etiam omnis paternitas in cœlo & in terrra nominatur,vt dicitur Eph.iii. sed paternitas quædam relatio est.ergo &c. Præterea. Fides catholica in Deo plures personas confitetur.ergo,& personarũ distinctionem, quia vbi non est distinctio, non est numerus. sed nihil absolutum est ibi distinctum. ergo necesse est ibi ponere relationes. Respon. Dicẽdum ꝙ scdm omnes catholicos necesse est in diuinis relationes ponere,aliter necesse est incidere in hæresim Arrii vel Sabellii: nam cum tres personas cõfiteamur in Deo,si eas ꝭm aliqd absolutum distinguamus, & ibi oĩno relationes nõ recipiamus, in hæresim Arrii labimur,qui essentiam diuidebat.Si vero relationes ibi nihil ꝭm rem ponere accipiamus, sequitur hæresis Sabellii,qui personas nõ realiter sed solũ nominaliter distinguebat, necesse est ergo relationes realiter ponere in diuinis. Sciẽdum tamẽ ꝙ relatio dupliciter potest cõsiderari. Vno modo q̃tũ ad id ad quod dicitur,ex quo rationem relationis habet, & quãtum ad hoc,non habet quod ponat aliquid. Quãuis etiã ex hoc nõ habeat ꝙ nihil sit: Sunt enim quidam respectus qui sunt aliquid scdm rem,Quidam vero,qui nihil, qd in aliis generibus nõ inuenitur.Alio modo q̃tum ad id in quo est,& sic quãdo habet causam in subiecto, realiter inest,& ipse respectus est realis.Quando vero nõ habet causam in subiecto,sed in re alia,vel in sola rõne,tunc non est respectus realis,sed rationis tãtum. Sic ergo relationes in Deo respectus reales sunt, quia respiciunt ipsam essentiam cõmunicatã. Ex cõsideratione autem hac duplici relationis,diuersæ processerunt opiniones,quibusdam dicẽtibus relationes aliquid esse,qu busdam vero ꝙ nihil.Qd si esset vsq; quaq; verum,relatio genus entis non esset,nec personæ diuinæ realiter distinguerentur. Ad primum ergo dicẽdum,ꝙ Boe. loquitur de relatione secundum primam considerationem,ex qua non habet ꝙ aliquid prædicet. Ad secundum dicendum, ꝙ ratio illa sequeretur,si diceretur Deus depẽdere ad aliquid ꝭm essentiam diuersam. Ad tertium

tium dicendum, ꝙ cum aliquid refertur per respectum realē, Quāuis altero mutato ei aduemat, vel abscedat actualis respectus sine sui mutatione; nō tamē radicaliter, siue causaliter: qa & si destruatur ille cui sum ęqualis, vt sic actu ęqualis sibi esse non possint, tamen adhuc in me manet quātitas ratione cuius adhuc ęqualis essem si alter a pristina dispositione non recessisset.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, De po. q.8.ar. ti 3. p.p.q. 40.ar. 2.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ relationibus personæ diuinæ non distinguantur: Persona .n. significat substantiam indiuiduam rationalis naturæ. sed substantialis distinctio non fit per relationes, siue per quascunq; proprietates. ergo relationes oppositæ non sufficienter distinguunt personas. Præterea. Simplicissima seipsis diffiniuntur & distinguuntur. sed diuinæ personæ sunt simplicissimę, ergo nō relationibus, sed seipsis distinguuntur. Contra. Boetius dicit, ꝙ in diuinis sola relatio multiplicat trinitatē. sed ab eodem est multiplicatio & distinctio. ergo sola relatio est principium distinctionis in diuinis. Respon. Dicendum ꝙ circa hoc est duplex opinio. Quidā enim dicunt ꝙ relationes non distinguunt hypostases diuinas, sed notificāt distinctiones earum, quæ seipsis distinguuntur. Sed hoc non videtur verum: nam hypostasis, aut significat aliquid absolutū tantum, & sic nullo modo distingui potest, aut significat relationem tantum, & sic hypostases a seipsis distingui, nihil aliud est q̄ relationibus distingui personas diuinas. Aut significat vtrūq;, & sic patet ꝙ cum non distinguitur quātum ad aliqd absolutum, remanet ꝙ distinguitur q̄tū ad relationes tantum, & ideo remanet ꝙ sola relatio sit in diuinis distinguens, vt alii dicunt, & huius ratio est, quia omnis alia distinctio imperfectionem importat in altero distinctorum, aut in vtroq;, nam alia est distinctio ſm materiam & q̄titatem, & sic in vtroq; ponit partialitatem, vel est ſm oppositionem formalem, quæ quidem si attendatur secūdum affirmationem & negationem, vel priuationem & habitum, constat ꝙ in altero ponit defectum. Similiter si attendatur secundum contrarietatem: nam alterū horum contrariorum semper est imperfectum secundum philosophum, & quasi priuatio respectu alterius, sicut nigrum respectu albi. Sola autem oppositio relationis potest esse sine imperfectione ex vtraq; parte. Nam cum in Deo nulla sit imperfectio per solam relatonē potest esse in diuinis distinctio. Ad primū dicendum, ꝙ ratio illa procedit in creaturis in quibus relationes sunt accidentia, non autem in diuinis in quibus habent esse substantiale, vt dictum est. Ad secundum dicendum, ꝙ hypostases vel personæ seipsis distinguuntur, & tamen distinguuntur relationibus, quia ipsę relationes subsistentes sunt hypostaes, vel personæ. Iuxta hoc quæritur, vtrū solum relationibus originis distinguātur personæ diuinæ. Respon. Dicendū, ꝙ personæ diuinæ non possunt distingui per alias relationes q̄ per relatiōes originis. Cuius ratio est, quia omnis relatio vel est idēptitatis, vel ęqualitatis, & similitudinis, vel est diuersitatis, vt inęqualitas, & dissimilitudo. Nulla autem relatio idēptitatis, potest esse distinctionis principium, sed talis relatio distinctionem præsupponit: Æqualitas enim non distinguit æqualia, sed magis vnit, licet nō possit esse nisi distinctorum. Relatio vero diuersitatis est vno modo scdm aliud habere, sicut cum dissimilia dicuntur inquantum diuersas habent qualitates, dextrum, sinistrum, inquantum hn̄t diuersos situs. Hoc autem non potest esse in diuinis, quia sic distinctio relatio

De po. q.8.ar. 3.ad secūdū.

Vbi su. ad tertiūdec. q. 2.ar. 4.c.

nis importaret distinctionem absolutorum, quæ ad essentiam pertinent. Alio modo est relatio diuersitatis secundum ꝙ alio ordine habetur idem, & hoc inuenitur in relationibus originis. Nam generans & generatum habent aliqualiter vnam naturam: Generans enim generat sibi simile, non aut eodem ordine, quia genitum habet eam a generante. In sola ergo distinctione quæ est per relationes originis potest inueniri vnitas absolutorum, & distinctio secūdum relationes tantum: Et ideo per solas relationes originis diuinæ personæ distinguuntur.

Distin. Vigesimaseptima.

Hic quæri pōt &c.

Questio prima.

Hic est duplex quæstio.
Primo de proprietatibus.
Secunda de verbo.
Circa primum queruntur tria.
Primo quomodo se habeant proprietates ad personas.
Secundo quomodo se habeant ad hypostases.
Tertio quomodo se habeant ad actus personales.

Articulus primus.

Ad primum sic proceditur, & videtur ꝙ proprietates non constituant personas. Illud.n. quod ſm intellectum sequitur ad aliquid nō constituit ipsum, sed proprietas ſm intellectum sequitur ad personam sicut accidens ad substantiā indiuiduā. ergo proprietas personam non constituit. Præterea. Nihil constituitur per seipsum, sed persona est ipsa proprietas subsistens, vt dictum est, & in litera etiam dicitur ꝙ proprietas Patris est esse Patrē. ergo proprietas non constituit personam. Præterea. Si proprietas psonam constituit habet quandā similitudinem cum differentia cōstitutiua quæ speciem constituit. sed quot sunt differētiæ constitutiuæ tot sunt species per eas constitutæ, si accipiantur finales differentię. cum ergo prædictæ notiones sint finales, quia vlterius diuidi non possunt, vt dictum est, videtur ꝙ sint tot personæ quot notiones, & ita dicetur Deus non solum trinus, sed etiam quinus. Præterea. Differentiæ constitutiuę adinuicem non distinguūtur si sint in eodē, nisi secundū magis cōmune & minus cōmune. sed notiones in eodem existentes. s. in Patre adinuicem distinguuntur nō ſm magis cōmune & minus cōmune, vt patet de nascibilitate & paternitate. ergo huiusmodi proprietates non tenent in diuinis personis locum differentię constitutiuę, vt personas constituant. Sed contra vnaquęq; species denominatur a forma per quam constituitur, vel ab aliquo quod accipitur loco eius. sed nomina personarum sumuntur a proprietatibus. ergo proprietates personas cōstituunt. Præterea. In aliis rebus eędem sunt differentiæ constitutiuæ & diuisiuę. sed per proprietates personę distinguuntur abinuicem, vt in litera dicitur. ergo proprietates personas constituunt. Respon. Dicendum, ꝙ sicut in diuinis non differt quo est & quod est q̄tum ad esse simpliciter, ita nec quātum ad esse hoc vel illud, quia quicquid de Deo dicitur est eius esse, sicut idē est bonitas in Deo & bonum, sapientia & sapiēs, & similiter oportet dicere quòd in Deo sit idem paternitas & pater. Ex hac rōne quidam dicere voluerunt ꝙ proprietates sunt ipsæ personæ, non autem personis insunt, nec eas constituunt, nō attendentes ꝙ ea quæ in Deo secundum rem sunt idem, rōne distinguuntur, ex quo cōtingit ꝙ q̄uis deitas sit ipse Deus tamē Deus significatur vt cōstitutus per diuinitatem, sicut homo constitutus per humanitatem,

In alio script. vt hic. ad qnē

l. deitatem.

po. humanitatem,& ita etiam Pater signifi- 2.ar. catur vt constitutus per paternitatem, ad & sic intelligendum est, quod proprietates persona constituunt. Ad primum, dicendum, quod in Patre est duo considerare.s.modum substantiae & rationem relationis. Quantum ad primum relatio intelligitur vt adueniens,& sic habet rationem proprietatis. Quantum autem ad secundum, intelligitur vt constituens, quod quidem in creaturis accidere non potest, quia distinguuntur & constituuntur in esse personali per aliquid absolutum & substantiale, vnde proprietates creaturarum sunt tantum proprietates. Ad secundum dicendum, quod quis Pater & paternitas sint idem re differunt tamen ratione, vel modo significandi, vt dictum est. Ad tertium dicendum, quod non omnes proprietates seu notiones constituunt personas, sed illae tantum quibus personae abinuicem distinguuntur, sicut paternitas distinguit patrem ab aliis personis, et filiatio filium, & processio Spiritumsanctum. Innascibilitas vero cum sit negatio,& sic super affirmationem fundetur, non potest esse principium distinguens personam, sed sequitur proprietatem personae distinctae,& sic sunt tres tantum proprietates personales.i. constituentes personas. Innascibilitas autem est proprietas personae sed non personalis, communis vero spiratio nec est proprietas personae nec personalis, quia non distinguit aliquam personam ab omnibus aliis,& sic patet quare Deus non debet dici quinus propter quinque notiones, quia per eas non constituuntur nisi tres subsistentes. Ad quartum dicendum, quod plures proprietates vel notiones vni personae inhaerentes non differunt re, sed ratione tantum, inquantum per eas diuersimode innotescit persona, sicut patet de attributis essentialibus, nec aliqua earum habet rationem differentiae constitutiuae nisi vna. Proprietates vero personales realiter distinguuntur sicut & personae ratione oppositionis relatiuae.

In alio script. vt hic, c. & d. 33. ar. 2. ad 2. & p. p. q. 32. arti. 2. ad sec. p. p. vbi sup. ar. 3. ad 2.

Vbi su. ad ter.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur quod remotis relationibus per intellectum hypostases remaneant. Remoto.n. quod additur alicui, remanet secundum intellectum id cui superadditur. sed proprietates ad dignitatem pertinentes in diffinitione personae superadduntur ad hypostasim. Est.n. persona hypostasis proprietate distincta ad dignitatem pertinente. ergo abstracta proprietate a persona remanet secundum intellectum, hypostasis. Praeterea. Sicut se habent attributa essentialia ad essentiam, ita proprietates ad hypostasim. sed secundum Boe. in lib. de hebd. Remota per intellectum bonitate a Deo adhuc in intellectu eius essentia manet. ergo remotis proprietatibus adhuc remanet hypostasis. Praeterea. Proprietas constituit personam per modum differentiae constitutiuae, sed remotis differentiis constitutiuis secundum intellectum adhuc remanet illud cui differentiae superadduntur. ergo remotis proprietatibus adhuc remanet hypostasis cui proprietates superadduntur. Sed contra. Hypostasis nominat aliquid incommunicabile in diuinis: sed remotis proprietatibus nihil est ibi incommunicabile, quia praeter intellectum relationum in diuinis nihil est nisi essentia quae communis est. ergo abstractis proprietatibus hypostasis non manet secundum intellectum. Praeterea. Dam. dicit quod pater & Filius & Spiritussanctus in omnibus conueniunt, praeter ingenerationem, generationem, & processionem. remotis ergo proprietatibus non manet aliquid in quo tres personae non conueniant. sed conueniunt in hypostasi. ergo hypostasis non remanet. Respon. Dicendum quod hic est duplex opinio: Quidam.n. dicunt quod ab-

In alio script. d. 26. q. 1. ar. 2. o. p. p. q. 40. ar. 3. o. De po. q. 8. ar. 4. o. Opu. 3. c. 61. & 62.

ſtracta per intellectum proprietate perſonali remaneat in diuinis hypoſtaſis diſtincta. Sed hoc non eſt verum, quia in diuinis nihil poteſt eſſe diſtinctum, niſi relatiue dictum & hoc non remanet relatiõe per intellectum abſtracta; Et ideo alii dicunt ꝙ abſtracta proprietate pſonali, neq; perſona, neq; hypoſtaſis remanet. Ad cuius euidentiam ſciẽdum, ꝙ aliter ſe habet circa abſtractionem formę naturalis, & formæ rationalis, quæ eſt differentia: Nam abſtracta ſecundũ rem vel per intellectum forma naturali, remanet ſubiectum idẽ ſm rem, ſicut abſtracta albedine idem corpus; & abſtracta forma ignis eadem numero materia prima. Abſtracta vero forma rationali .ſ. differentia, non remanet idem animal ſecundum rem, ſed ſecundum rationem generis. Proprietas autem relatiua in diuinis ſe habet per modum differentię, & non per modum formæ naturalis. Nam nihil abſolutum poteſt intelligi ſubiectum relationi per modum ſuppoſiti, quia ſic abſolutum diſtingueretur. vnde ſuppoſitum relationis in diuinis non eſt niſi relatũ. Propter quod dicitur quod relatio affirmat ſecum ſuum ſuppoſitũ: quia idẽ eſt in Deo relatio, & relatum. Relatio autem ad id quod refertur, inquantum huiuſmodi, ſe habet per modũ conſtituentis differentiæ, ſicut albedo ad album, & ideo remota paternitate vel filiatione non poteſt remanere idem ſuppoſitum relationis, quod eſt hypoſtaſis diuina, quãuis ſm intellectum remaneat intellectus hypoſtaſis in generali. Ad primum ergo dicendũ, ꝙ licet proprietas ad dignitatem pertinens ſuperaddatur ad intellectum hypoſtaſis abſolutæ, includitur tamen in intellectu hypoſtaſis in diuinis, ſicut rationale includitur in intellectu aĩalis qd eſt hõ, quãuis nõ animalis ſimpliciter. Ad ſecundum dicendum, ꝙ quantum ad modum intelligendi, qui eſt ex parte noſtra, bonitas, ſapiẽtia, & huiuſmodi ſuperadduntur eſſentiæ diuinæ per modum formæ naturalis, quia ſignificantur vt aſſequentia ſubſtantiam ſm Dam. ſed relatio ſuperadditur ad hypoſtaſim in diuinis per modum differentiæ: Et ideo non eſt ſimile. Ad tertium patet ſolutio ex dictis: nã remota differentia remanet genus, nõ quaſi vnũ quid ſcdm rem, ſed ſolum rõne.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ actus perſonalis ſecundum intellectum præcedat proprietates pſonales: Omnis enim relatio ſecundum intellectum ſequitur id, ſupra quod fundatur, ſicut æqualitas quantitatem. ſed relationes originis fundãtur ſupra actiones originis, vt patet per philoſophum in .v. meth. ergo pſonales actus ſecundũ intellectum pręcedunt relationes quę ſunt proprietates perſonales. Præterea. Ad actum aliquem nihil præſupponitur ſecundum intellectum niſi qd eſt principium actus. ſed nõ intellecta relatione poteſt intelligi perſona quæ eſt principium actus perſonalis: Separata enim paternitate remanet pater, quãuis vt ingenitus. ergo relatio in diuinis nõ præcedit intellectum perſonalis operationis. Præterea. Sicut ſe habet generatio paſſiua ad Filium ita generatio actiua ad Patrem. ſed generatio paſſiua ſecundum intellectum pręcedit filiationem Filii. ergo ſimiliter pręcedit generatio actiua paternitatem Patris. Præterea. Idem videtur ex hoc ꝙ in litera dicitur ꝙ ideo eſt Pater, quia genuit. Sed contra. Prius eſt intelligere perſonam quã actum perſonæ. ſed proprietas relatiua conſtituit perſonam. ergo ſecũdum intellectum præcedit actum perſonæ. Præterea. Propria forma cuiuſlibet eſt principiũ proprii actus eius. ſed propria forma Patris, inquantum huiuſmodi,

In alio ſcript. vt hic, ar. 2. p. p. q. 40. art. 4. De po. q. 10. ar. 3. Opu. c. 61 & 64.

di, est ipsa paternitas. ergo secundum intellectum est principium generatiõis, quæ est propria operatio patris. Respon. Dicendum ꝙ quidam dixerunt simpliciter relationes secundum intellectum sequi actus psonales. Sed illud non potest intelligi, supposito ꝙ persona & hypostasis in diuinis, relationibus distinguantur & constituantur, vt supra ostensum est. Et ideo aliter dicendum est ꝙ nihil prohibet relationi aliquid conuenire vt relatio est, & aliquid vt subsistẽs est. Secundum.n. ꝙ relatio est, sic secundum intellectum sequitur actum a quo relatio intelligitur innasci, secũdum autem ꝙ subsistens est, præcedit intellectũ operationis, sicut & substantia pręcedit actionem: Et ideo hypostasis patris præcedit secundum intellectum actum generationis: Et quia id quod constituit & distinguit hypostasim, est secũdum intellectum prius hypostasi, inde est ꝙ relatio significata per modum formæ constituentis præcedit actum personalem, vt in intelligendo talis ordo seruetur, vt primo intelligatur paternitas, secundo Pater, tertio generatio actiua, q̃uis secundum rem omnino sint idẽ in Deo, sicut intellectus, intelligens, intelligere. Ad primum dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de relatione ſm ꝙ relatio est, prout vero est constitutiua personæ sic econuerso se habet. Ad secundum dicendum, ꝙ remota paternitate non remanet hypostasis Patris vt distincta in diuinis. Per hoc enim ꝙ Pater est ingenitus, nõ potest distingui nisi a genito, qui esse non potest paternitate remota. Vnde in diuinis intellectus ingeniti sequitur intellectum paternitatis: Et ideo remota paternitate non remanet innascibilitas, quæ est proprietas persone, q̃uis posset remanere vt attributũ essentiæ. Ad tertium dicendum, ꝙ aliter est de generatione actiua & passiua: Nam generatio actiua est a forma generãtis: Et ideo secũdum intellectum sequitur paternitatem, prout est forma Patris. Sed generatio passiua non est a forma geniti: Et ideo quolibet modo præcedit filiationem. Ad quartum dicendum, ꝙ magister accipit generare loco proprietatis personalis quæ est paternitas, vt potest patere considerando verba eius in hac distinctione & in præcedenti. Vel potest dici ꝙ magister non intendit ponere ordinem causæ sed cuiusdam concomitantiæ, quia esse Patrem & generare se consequuntur, sicut esse Filiũ, & esse genitũ.

Quęstio secunda.

Deinde quæritur de verbo.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum verbum in diuinis dicatur personaliter vel essentialiter.

Secundo vtrum dicatur de Spiritusancto, vel tantum de Filio.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ verbum in diuinis essentialiter dicatur: Augu. enim dicit. ix. de Trini. Verbum quod insinuare intendimus cum amore noticia est. sed tã amor q̃ noticia sunt eẽntialia. ergo verbũ essentialiter dicitur in diuinis. Præterea. Quicquid dicitur est verbũ. sed ſm Ansel. in monologion, tã Pater q̃ Filius q̃ Spiritussanctus dicitur. ergo quodlibet eorum est verbum, & sic verbum essentialiter dicitur. Præterea. Quilibet dicens habet aliquod verbum. sed ſcdm Ansel. Pater, & Filius, & Spiritussanctus sunt vnus dicens. ergo eis est commune vnum verbum, & ita verbum essentialiter dicitur. Præterea. Omne illud quod dicit respectum ad creaturam est essentiale. sed verbũ est huiusmodi. Verbum Augu. exponit. dixit & facta sunt. i.

In alio script. vt hic, arti. 2. p. p. q. 34. ar. 1. o. De ver. q. 4. ar. 2. o.

verbum genuit in quo erat vt fierent. er go &c. Sed contra est quod August. dicit in .6. de Tri. ꝙ solus Filius dicitur verbum. Preterea. Ad hoc est authoritas Richar. de san. Vic. qui dicit in litera .s. de Trini. solum Filium verbum dici.

Respon. Dicendum ꝙ verbũ in diuinis proprie loquendo, non potest dici nisi personaliter. Et hoc patet si inspiciamus quid sit verbum in mente nostra, quod nihil aliud esse iuenitur ꝙ aliquid actualiter intellectum siue conceptum intellectu, quod est vocis verbo pronunciabile. Omne autem actualiter intellectum, siue conceptum, vel excogitatum a nobis est exp̄ssum ab aliquo siue exortum, saltem sicut actualiter consideratũ oritur ex habituali cognitione: Et ideo si in diuinis omnino proprietas verbi seruetur, verbũ significabit quod est realiter ab alio exortum. Omne autem tale est personale in diuinis: Et ideo verbum, loquendo proprie, non dicitur nisi personaliter, & huic etiam attestatur cõmunis vsus scripturæ. Ad primum ergo dicendum, ꝙ August. loquitur de notitia actuali quæ sola est verbum, vt idem August. dicit .xiiii. de Tri. ita vt per notitiam intelligamus id quod intellectu cõcipitur. Hoc autem in se implicat ortũ ex alio, vt dictum est. Ad secundum dicendum, ꝙ non solum dicitur verbum, sed etiam res per verbum quæ .s. verbo manifestatur. Et quia verbum quod Pater profert est manifestatiuum Patris, & Spiritussancti, ideo Pater non dicit solũ Filium, sed etiam se & spiritumsanctum. Ad tertium dicendum, ꝙ ſm August. v. de Trini. solus Pater est dicens, quia ipse solus emittit verbum. Ansel. autem accipit large dicere pro itelligere. Ad quartũ dicendũ, ꝙ in verbo non importatur respectus ad creaturas principaliter, sed quasi ex consequenti: Verbum enim habet respectum, & ad dicentem, qui in di-

In alio script. vt hic, ar. 2. o. p. p. q.

uinis est Pater, & ad id quod manifestatur per verbum, quod iterum principaliter est Pater. Sed quantũ in dispositione Patris est creaturas producere ſcdm aliqualẽ sui similitudinem, sic etiam ex consequenti in verbo intelligitur respectus quidam ad creaturam.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ nomen verbi Spiritui sancto conueniat: Basilius enim dicit in tertio sermone de Spiritusancto. Sicut Filius se habet ad Patrem, eodẽ modo se habet Spiritussanctus ad Filium, & propter hoc dicitur Patris quidem verbum Filius, Filii autem verbum Spiritussanctus. Præterea. Heb. i. dicitur de Filio. Cum sit splendor gloriæ & figura substãtiæ eius portans oia verbo virtutis suæ, & ita Filius habet verbum a se procedens quo oia portantur. Spiritus ergo sanctus, qui procedit a Filio, verbum dicitur. Præterea. Verbum de sui ratione manifestationem importat. sed sicut Filius manifestat Patrem, & Spiritussanctus manifestat Patrẽ & Filium, sicut dicitur Io. xvi. ꝙ Spiritussanctus docet omnem veritatem. ergo Spiritussanctus dicitur verbum. Sed contra est quod Aug. dicit in lib. de Trin. ꝙ sicut in Trinitate solus Filius dicitur verbũ, ita solus Spiritussanctus dicitur donũ. Præterea. Verbum in sui intellectu includit natiuitatem: Est. n. verbum sapientia genita, secundum Aug. sed natiuitas non conuenit Spirituisancto. ergo nec nomen verbi. Respon. ꝙ verbum dicitur dupliciter. Vno modo proprie. s. illud quod est per se alicuius manifestatiuum. Hoc autẽ est id quod intellectu concipitur: Per hoc. n. aliquid fit immediate intellectui notum. Alio modo dicitur verbum cõmuniter, & ita improprie omne illud vnde potest sumi alicuius rei manifestatio, verbum dici potest,

34. a. o. 4. ar. 5. o. In alio script. vt hic, ar. 2. in qua. cu. o. p. q. 34. ar. 2. o. ad. 5. ver. 4. ar. ad 4.

vt

ut si dicamus fumum esse verbum ignis. Primo ergo modo in diuinis solus Filius dicitur verbū, quia ipse solus procedit processione intellectus. Secundo autem modo potest dici verbum & spiritussanctus inquantum per ipsum manifestantur Pater, & Filius, & sic intelligit Basilius. Vnde patet responsio ad primū. Ad secundum dicendum, ſm glo. ꝙ verbum accipitur ibi pro imperio Filii, quod metaphorice dicitur verbum: qa verbo consueuimus imperare. Vel secundum Basilium intelligitur de spiritusancto ratione iam dicta. Ad tertium patet solutio ex dictis.

Distin. Vigesimaoctaua.

Praeterea considerari oportet &c.

Hic est duplex quaestio.
Prima de innascibilitate.
Secunda de imagine.

Quaestio prima.

Circa primum quaeruntur duo.
Primum vtrum innascibilitas sit notio Patris.
Secundo vtrum innascibilitas sit eius proprietas personalis.

Articulus primus.

In alio script. vt hic. AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ innascibilitas non sit notio Patris: Notiones enim diuinarum personarum sunt relationes, sed ingenitus non significat relationem, quia secundum nomen ad aliud non refertur. ergo innascibilitas non est notio Patris. Praeterea. Nihil potest poni notio Patris per quod essentiae diuisio detur intelligi. sed si dicatur Pater ingenitus datur intelligi diuisio essentiae, quia si Pater est ingenitus hęc est vera, Deus est ingenitus. Hanc etiam constat esse veram Deus est genitus, Et sic videtur sequi ꝙ non sit vnus Deus, per hoc ꝙ affirmatio & negatio nō verificantur de eodem. ergo innascibilitas nō est notio patris. Praeterea. Innascibilitas est negatio nascibilitatis quae ē proprietas Filii. sed negatiōes aliarum proprietatum. s. paternitatis, cōmunis spirationis, & processionis nō sunt notiones alicuius personae. ergo innascibilitas non debet esse notio personae patris. Sed cōtra. Illud per quod differt Pater a Filio debet esse notio. sed per innascibilitatē differt Pater a Filio. ergo innascibilitas est notio Patris. Praeterea. Sicut Filius se habet ad natiuitatem, ita Pater ad innascibilitatis notionē. sed natiuitas est notio Filii. ergo innascibilitas, quae est natiuitatis negatio, est notio Patris. Respon. Dicendum ꝙ in diuinis Pater est principium non de principio. Vnde oportet ꝙ quantum ad vtrūq; innotescat. s. quantū adhoc ꝙ est principiū, & quantum adhoc ꝙ est non de principio: Et ideo sicut quātum ad hoc quod est pricipium ponitur notio eius paternitas, vel cōmunis spiratio, ita quantum ad hoc quod est nō de principio ponitur notio eius innascibilitas. Ad primum ergo dicendum, ꝙ ingenitus, quis directe non contineatur in genere relationis, reducitur tamen ad relationem dupliciter. Primo quidem per modū cognitionis, quia negationes per affirmationes, sicut priuationes per habitus cognoscuntur, ideo ad genus affirmationis reducūtur. Secundo ratione causalitatis, quia affirmatio vnius oppositi est causa remotionis reliqui oppositi, & sic positio paternitatis in persona Patris est causa remotionis oppositae relationis. s. natiuitatis. Ad secundum dicendum, ꝙ relationes non determinant essentiam, sed personam: Essentia. n. nec generatur nec nascitur, sed persona: Et ideo positio & negatio relationis in diuinis non demonstrant diuisionem essen-

p.p.q. 32. ar. 3.c.

vbi su. ad 3.

tiæ ſed diſtinctionem perſonæ. Ad tertium dicendum, ꝙ notiones affirmatiuę in diuinis, vel pertinent ad rationē principii, vel ad rationem eius quod eſt de principio. Remotio autem principii nō eſt dignitatis. Et ideo non ponitur notio perſonę, neq; negatio paternitatis neq; cōmunis ſpirationis. Negatio vero eius quod eſt a principio non eſt dignitatis, niſi ſit vniuerſalis, vt ſupra dictum eſt. Et ideo innaſcibilitas, prout ponitur notio Patris excludit oīno eſſe ab alio, & nō ſolū eſſe ab alio per natiuitatem, propter quod Spirituiſancto non conuenit. Ideo tamē a negatione natiuitatis nomen ſortitur, quia proceſſio Spiritusſancti ſpeciale nomen non habet: & iterum ſequitur Filii generationem, & quia etiam perſona Patris nominatur per relationem quā habet ad Filium.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic, p.p.q. 33. ar. 4.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ innaſcibilitas ſit proprietas perſonalis Patris: Dam. enim dicit ꝙ in diuinis omnia vnum ſunt, præter ingenerationem, generationem, & proceſſionem. ſed filiatio, quæ per generationem intelligitur, eſt proprietas pſonalis Filii, & proceſſio Spiritusſancti. ergo innaſcibilitas, quæ intelligitur per ingenerationem, eſt proprietas perſonalis Patris. Præterea. Notio perſonæ ad dignitatem pertinere debet. ſed magis oſtēdit dignitatem innaſcibilitas ꝙ̄ paternitas, quia per innaſcibilitatem oritur authoritas in Patre. ergo innaſcibilitas eſt magis proprietas perſonalis Patris ꝙ̄ paternitas. Præterea. Remota proprietate perſonali, pſona intelligi nō poteſt, ſicut nec ſpecies, remota differētia. ſed remota paternitate intelligitur ingenitus vt in litera dicitur. ergo paternitas non eſt proprietas pſonalis Patris, ſed magis innaſcibilitas. Sed contra. Vnumquodq; denominatur a forma ipſum cōſtituente. ſed perſona Patris denominatur a paternitate non ab innaſcibilitate. ergo innaſcibilitas non eſt proprietas Patris perſonalis ſed paternitas. Præterea. Nullius rei poſitiuæ ratio conſtituitur per negationem. ſed perſona Patris eſt res quędā. ergo non conſtituitur per innaſcibilitatem, quæ eſt negatio. Reſpon. Dicēdum, ꝙ illud per quod primo intelligitur aliquid diſtinctum in diuinis eſt conſtitutiuum perſonę. Quicquid autem ad hoc ſequitur nō poteſt eſſe perſonæ cōſtitutiuum, ꝙ̄uis poſſit eſſe proprietas perſonæ iam conſtitutę. Primum autem diſtinguens in diuinis perſonis non pōt eſſe innaſcibilitas: Non enim diſtingueretur niſi a nato. Vnde oportet ꝙ diſtinctionem quā facit innaſcibilitas præintelligatur diſtinctioni inter generantē & naſcentem, & ſic proprietas conſtituens perſonam Patris eſt paternitas, non aūt innaſcibilitas. Vnde innaſcibilitas non eſt proprietas pſonalis, ideſt, conſtituens perſonam. Ad primum ergo dicendū, quòd intentio Dam. non fuit numerare proprietates perſonales, ſed oſtendere modum diſtinctionis in diuinis. Eadem autem diſtinctio deſignatur per filiationem & paternitatem, & ſimiliter per cōmunem ſpirationem & proceſſionē, ſed innaſcibilitas ponit ſpecialem modum diſtinctionis: Et ideo Dam. omiſit cōmunem ſpirationem & paternitatem, & poſuit ingenerationem, generationem, & proceſſionem. Ad ſecuudum dicendū ꝙ dignitas pertinet ad perfectionē rei, ſed conſtitutio ad primum eſſe ipſius: Et ideo illud quod primo in perſona intelligitur erit conſtitutiuum perſonæ, ſed illud quod cōuenienter intelligitur poteſt magis declarare perſonæ dignitatē. Ad tertium dicendum, ꝙ in litera nō dicitur ꝙ remota paternitate remaneat hypoſtaſis Patris ſub proprietate innaſcibilitatis,

scibilitatis, sed dicitur absolute & vniuersaliter ꝙ aliquis potest esse ingenitus qui non est pater, sicut & econuerso aliquis est pater qui nō est ingenitus.

Quęstio secunda.

Deinde quæritur de imagine.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum imago in diuinis essentialiter vel personaliter dicatur.

Secundo vtrum conueniat Spūisancto.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, ar. 1. o. p. p. q. 35. ar. 1. o.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ imago in diuinis tantū personaliter dicatur: Imago enim. secundum Aug. in lib. lxxxiii. q. dicitur quod est ex alio ductum, eius similitudinem gerens. Vnde duorum ouorum vnum nō est imago alterius, quāuis sint similia. sed omne quod in diuinis icludit in sui intellectu originem est personale. ergo imago est personale in diuinis. Præterea. August. dicit ꝙ nihil est absurdius q̄ imaginem ad se dici. sed quod relatiue in diuinis dicitur est personale. ergo imago est personalis. Præterea. Omne id quod designat distinctionē in diuinis est personale. sed imago est huiusmodi. Nihil enim est suiipsius imago secundum Hyl. ergo in diuinis imago dicitur personalis. Sed contra. Secundum Hyl. Imago est eius rei ad quā imaginatur species indifferens. sed spēs indifferens Patris & Filii est ipsa essentia. ergo imago dicitur essentialiter. Præterea. In solis essentialibus diuinæ personæ conueniunt. sed nomine imaginis designatur conuenientia diuinarū personarum adinuicem, sicut & per nomen similitudinis. ergo imago in diuinis dicitur essentialiter sicut & similitudo. Respon. Dicendum ꝙ imago dupliciter pōt accipi. s. proprie & improprie. Improprie quādoq; sumitur imago pro exemplari, & sic imago in diuinis essentialiter dicitur, inquantum diuina essentia est exemplar quod omnes creaturæ imitantur, & expressius cęteris creatura rationalis, & sic potest intelligi verbum August. positum in litera ꝙ vna est sanctę Trinitatis essentialis diuinitas & imago ad quā factus est homo. Si autē imago proprie accipiatur, sic imago nominat aliquid quod est ex alio ductum simile ei, & sic nomine imaginis duo intelliguntur. s. imitabilitas. & id s̄m quod fit imitatio. Hoc autem s̄m quod est imitatio, est cōmune vtriq;. Vnde in diuinis est ipsa essentia. Imitās vero est id quod ex alio dicitur ei simile, vnde in diuinis est persona. Sic ergo proprie imago accepta significat personam in recto, & essentiam in obliquo: Est enim imago psōna ex alio ducta habens eandem formā cum ipso; Et per hoc patet solutio ad vtrasq; rationes.

Articulus secundus.

AD secundū sic proceditur, & videtur ꝙ nomen imaginis de Spiritusancto dici possit. Primo per Dam̄. qui dicit Spiritūsanctum esse imaginem. Præterea. Cuicunq; conuenit diffinitio & diffinitum. sed Spirituisancto conuenit diffinitio imaginis quā Hyl. ponit in litera, & est in li. v. de Tri. vbi dicit ꝙ imago est eius rei ad quam imaginatur spēs indifferēs: Est. n. Patris & Spiritussancti species indifferens, sicut Patris & Filii. ergo Spiritussanctus est imago Pr̄is. Præterea. In infinitum expressius Spiritussanctus reprȩsentat Patrem q̄ creatura rōnalis Trinitatem sed creatura rationalis, propter expressam repræsentationē Trinitatis, dicitur Trinitatis imago. ergo multofortius Spiritussanctus dicitur imago Patris, & Filii. Sed contra. Imago regis, s̄m Aug. in sermone de decem cordis, est in extranea natura,

In alio script. vt hic, arti. 3. p. p. q. 35. ar. 2. o. Heb. 1. lect. 2. co. 2.

ficut in nummo, feu in natura conformi ficut in Filio. fed Spiritusfanctus neq; habet naturam extraneam a Patre, neq; eft Filius. ergo nomen imaginis ei non cõpetit. Præterea. Secundum Dionyfium & Dam. Nihil de illa fancta Trinitate dicendum eft, nifi quod nobis per authoritatem facræ fcripturæ diuinitus eft expreffum. fed in facra fcriptura Spiritusfanctus imago non dicitur, fed folus Filius, vt patet Col. i. Qui cũ fit imago Dei inuifibilis. ergo Spiritusfanctus non debet dici imago. Refpon.

Dicendum, ꝙ nomen imaginis proprie acceptum Spirituifancto nõ conuenit. Cuius triplex ratio affignatur. Prima eft Ric. de fan. Vict. ꝙ imago attenditur ſm extrinfeca. In diuinis autem quafi extrinfeca funt notiones. Vnde Filius q conuenit cum Patre in aliqua notione fcilicet cõmuni fpiratione, poteft dici eius imago, non autem Spiritusfanctus qui in nulla notione conuenit cum Patre & Filio. Sed hæc ratio nõ videtur confona dictis Auguft. qui vult ꝙ fcd͞m relationem originis non attendatur fimilitudo, nec æqualitas, in quibus ratio confiftit imaginis. Secunda ratio eft ꝙ imago quęlibet ducit in vnum. Spiritus autem fanctus duceret in plures, videlicet in Patrem & Filium, fi imago diceretur. Sed hoc non videtur prohibere. Nã Pater & Filius funt vnum Spiritusfancti principium, vt infra dicetur. Tertia ratio eft ꝙ imago attenditur fecundum fpeciem rei, vel fcd͞m ea quę fpeciem defignant, ficut eft figura, Filius autẽ procedit per modum naturæ, per quem modum apud nos inuenitur aliquid procedere in fimilitudinẽ fpeciei, Spiritus aũt fanctus procedit per modum volũtatis, per quem modum nihil procedit apud nos in fimilitudinem fpeciei: Et ideo Filio competit nomen imaginis, non autẽ Spirituifancto. Nã nomina a nobis imponuntur ſm ea quæ apud nos funt.

Ad primum ergo dicẽdum, quòd apud Dam. & plures doctorum gręcorum, nomẽ imaginis Spirituifancto attribuitur, quia hoc nomine large vtuntur, nihil in ipfo nifi perfectam fimilitudinem attendentes. Ad fecundum dicendum, quòd q̃uis spiritusfanctus fit fpecies indifferens, non tamen hoc declaratur in modo fuæ proceffionis, fcd͞m quod nobis manifeftatur per ea quę funt apud nos. Ad tertium dicẽdum, ꝙ in artificiato inuenitur fpecies artis etiam apud nos: nõ autem in amore artificis: Et ideo creatura, inquantum habet fpeciem artis æternæ quæ eft Filius Dei, dicitur imago & ad imaginem, non autẽ Spiritusfanctus qui eft amor.

Diftin. Vigefimanona.

Eft p̃terea aliud nomen &c.

Quęftio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrũ vna perfona poffit dici principium alterius in diuinis.

Secundo vtrum vniuoce dicatur principium refpectu creaturę & refpectu perfonæ.

Tertio vtrum vniuoce dicatur principium Pater Filii & spiritusfancti.

Quarto vtrum vna notione Pater, & Filius fint principium spiritusfancti.

Articulus primus.

AD primum fic proceditur, & videtur ꝙ in diuinis vna pfona non fit principium alterius, quia fecũdum Philofophum in. v. Metaphyficę. Pricipium & caufa funt idem. fed Pater non eft caufa Filii. ergo nec principiũ. Præterea. In nomine principii prioritas quædam intelligitur. fed vna perfona non eft prior alia, vt fupra habitum eft, ergo vna perfona nõ poteft dici principium

In alio fcrip. vt hic, p. p. q. 33. art. 1. o. De po. q. 10. arti. 1. ar gu. 8. et 10.

cipium alterius. Præterea. Non est in genere quod nō est in aliqua eius specie. sed nihil eorum in quæ principium diuiditur cōuenit vni personæ respectu alterius, sicut patet per singula inducenti. ergo vna persona non potest dici principium alterius. Sed contra est quod dicitur Ioan. 1. In principio erat verbum. glo. i. in Patre. ergo Pater est principium Filii. Præterea. Is a quo est alius, est eius principium. sed a Patre est Filius. ergo pater est Filii principium. Respon. Dicendum, ꝙ ex fide docemur vnā personam ex alia procedere, sed processionis modus omnino nobis incomprehensibilis manet: Et ideo tanto aliquod nomen aptius est ad diuinarum personarum originem designandā, quanto minus modum processionis exprimit. Inter omnia autē minus exprimit hoc nomen principium, vtpote cæteris cōmunius: Nam elementum importat quandam partialitatem. Ex nomine autem causæ importatur quādā dependentia eius quod est a causa inquantum causa est, ad cuius esse sequitur aliud. Principium autem quandoq; dicitur qd neq; est pars rei, neq; est causa, sicut punctum principium lineę a quo intelligitur linea fluere: Et ideo nomine principii vtimur in diuinis personis, nō quasi hoc omnino conueniat, sed quia conuenientius inueniri non potest. Ad primum ergo dicendum, ꝙ principium & causa sunt idem, quantum ad illos ordines secundum quos vtrūq; dicitur, sicut principium materiale est idem ꝙ causa materialis. Sed aliquis modus est principii qui non est causę, & secundum hoc aliquid est principium quod nō est causa. Ad secundum dicēdum, ꝙ, quāuis in diuinis non sit prioritas vnius personę respectu alterius, est tamen ibi ordo naturę, & in hoc saluatur ratio principii. Ad tertium dicendum, ꝙ modi principii a philosophis assignantur secundum hoc ꝙ in creaturis inueniuntur. Vnde p̄m nullum eorū, proprie loquendo, competit nomē principii in diuinis, tamen secundum remotam similitudinē habet conuenientiam cum modo quo efficiens dicitur principium, quia etiam pater dicitur esse efficiens principium Filii in humanis.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ omnino æquiuoce Pater dicatur principium Filii, & creaturæ. Dicitur. n. creaturę principium, secundum rōnem prioritatis, non autem est prioritas ipsius ad Filium. ergo non est eadem ratio principii vtrobiq;, & sic principium ęquiuoce dicitur. Præterea. Plus distat processio diuinæ personæ a processione creaturæ quàm generatio carnalis a spirituali. sed propter distantiam carnalis & spiritualis generationis ęquiuoce dicitur pater, magister, & generans. ergo multo amplius Pater dicitur ęquiuoce principium Filii & creaturę. Pręterea. Idem ęquiuoce dicitur quod est idem numero, & quod est idem specie, genere & analogia. sed Pater Filio cōmunicat eandem numero naturam, creaturæ autem non eandem, nec numero, nec, specie nec, genere, sed per quādam remotā analogiam. ergo, cum ex hoc dicatur principium Filii, & creaturę ꝙ aliter se eis communicat, vr̄ ꝙ æquiuocæ principium dicatur. Sed contra hoc est quod Apostolus dicit ad Ephe. 3. Ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominatur. sed in his quæ sunt omnino æquiuoca, vnum nō dicitur ex alio. ergo pricipiū respectu creaturę & respectu diuinę personę, non dicitur ęquiuoce. Præterea. Basilius dicit ꝙ accipere a Patre Filius habet cōmune cum omni creatura. sed secūdum hoc dicitur principium quia ab eo acci- In alio script. vt hic,

pitur.ergo Pater non dicitur ęquiuoce respectu Filii & creaturę. Respon. Dicédum, ꝙ in his quæ omnino æquiuoce dicuntur vnum non potest esse ratio cognoscédi alterum, cum similitudo inter ea non attendatur nisi ꝑm nomen. Sed principium in diuinis personis cognoscimus aliqualiter ex principio qd in creaturis inuenitur, sicut per August. patet, qui ex processione intelligétiæ a memoria venatur processionem Filii a Patre. Vnde non potest esse ꝙ omnino æquiuoce Pater dicatur esse principium Filii, & creatura creaturæ, & multominus Deus creaturæ, nec tamen omnino vniuoce dicitur: Nam si vniuoce diceretur principium oporteret processioné vniuoce dici, & vlterius processionis terminum. s. essentiam: Sicut enim vniuoce dicitur Pater respectu filiorum naturalium, sic & generatio & terminus generationis ipsorum respectu eorũdem. Cũ ergo nomen essentiæ non vniuoce sed analogice dicatur de Filio & creatura, per consequens, nec nomen processióis, nec nomen principii respectu vtriusq;, sed per prius & posterius. Per prius quidem respectu Filii secundum rei veritatem, sed per posterius, secundum nominis impositionem. Ad primum ergo dicendum, ꝙ, quáuis prioritas videatur ad rónem cõmunem principii pertinere quantum ad id a quo nomen imponitur, non tamen quantum ad id cui nomen est impositum: Imponitur enim ad significandum originem vnius ab alio, quæ potest intelligi etiam prioritate nó intellecta, vt ex supradictis patet. Ad secundum dicendũ, ꝙ scientia quã communicat magister non est similitudo naturæ quã cõmunicat generans, nec eccóuerso, sicut essentia quæ cõmunicatur creaturæ est similitudo essentiæ, quæ cõmunicatur Filio: Quáuis posset dici ꝙ nec nomen Patris vtrobiq; æquiuoce dicitur sed analogice. Ad tertium dicédum, ꝙ sicut nec vnum, ita nec idé æquiuoce dicitur ꝑm omnes illos modos. Vel potest dici ꝙ etiam si idem æquiuoce diceretur, non tamé propter hoc nomen principii, quia quanto perfectior est processio a principio, tanto maior seruatur idéptitas. Vnde patet ꝙ principium cõmunicat in idéptitate quantum possibile est: Et ideo idéptitatis diuersitas non variat rationem principii, sed magis diuersitas communicati in tali idemptitate.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ Pater vniuoce non dicatur principium Filii & spiritussancti. Dicitur. n. principium Filii ratione generationis. sed spiritussancti ratione communis spirationis. ergo secũdum diuersam rationem, & sic ęquiuoce dicitur. Præterea. Omne nomen personale ab aliqua notione imponitur. sed hoc nomé, principium, est personale nomé, siue Pater dicatur principium Filii, siue Spiritussancti, cum ergo non sit aliqua notio cõmunis per quã Pater vtriusq; principium dicatur, videtur ꝙ principium nó dicatur vniuoce de Patre respectu Filii & spiritussancti. Pręterea. In his quæ dicuntur vniuoce vnum non præsupponit aliud, quia vniuocum non prædicatur per prius & posterius. sed ordine naturæ præsupponitur ꝙ Pater sit principiũ Filii ad hoc ꝙ sit principiũ spũssancti. ergo nomé principii nó dr̃ vniuoce vtrobiq;. Sed cõtra. Nomé principii ꝑm processionem sumitur, sed nomen processionis dicitur vniuoce de processione Filii & spiritussancti. ergo & nomen principii respectu Filii & spiritussancti vniuoce dicitur. Præterea. Cõmunius est hoc nomen, persona, in diuinis ꝗ̃ hoc nomen principium personaliter sumptum. sed hoc nomen, persona, dicitur

tur vniuoce, vt supra dictum est. ergo multofortius hoc nomen, principium. Respon. Dicendum, ꝙ diuersitas differentiarum impedit generis cõmunis vniuocationem, eo ꝙ differentiæ rationem generis non ingrediuntur. Dicitur ergo ꝙ hoc nomen, principium, personaliter sumptum significat cõmunicationẽ eiusdem naturæ numero in generali. Vnde quod cõmunicetur per hunc vel per illum modum in diuinis nõ variat rationem principii: Et ideo vniuocè dicitur Pater principium Filii, & Pater & Filius est simul principium spiritussancti. Ad primum ergo dicendum, ꝙ in rõne principii nõ includitur, neq; generatio, neq; cõmunis spiratio, sed origo cõmunis: Et ideo differentia generationis actiuæ, & cõmunis spirationis vniuocationẽ principii non tollit. Ad secundum dicendum, ꝙ nomen principii imponitur ab aliquo notionali communi, quod est à quo alius, quod tamen notio non ponitur, quia notio debet esse specialis, vt supra dictum est. Ad tertium dicendũ, ꝙ nihil prohibet eorum de quibus aliquid vniuoce prędicatur, vnũ esse prius altero, vel cãm alterius, sicut binarius ternario, sed hoc oportet ꝙ in ratione eius ꝙ vniuoce prædicatur ordinem nõ habeat nec aliquã difformitatem.

p. p. q. 3 ar. 5. c.

p. p. q. 33. art. 1. c.

Articulus quartus.

In alio scrip. vt hic, p. p. q. 36. art. 4. o. 4. cont. c. 25. fin Opu. 9 q. 25

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ Pater, & Filius nõ sint vna notione principium: Sicut enim actus ita & proprietas numerum trahit a suppositis. sed Pater, & Filius sunt duo supposita, & hac ratione verba quæ significãt actum per modum actus de eis pluraliter prędicantur, vt patet Ioã. x. Ego & Pater vnum sumus. ergo non potest esse vna notio vel proprietas Patris & Filii. Præterea. In diuinis relationes sunt subsistentes. sed notio scdm quam Pater & Filius dicitur principiũ Spiritussancti est quædam relatio. ergo est persona subsistens. si ergo est vna relatio qua Pater & Filius ad Spiritumsanctum referuntur, erit vna persona subsistens vtrunq;, quod est hæreticum. Præterea. Communis spiratio opponitur processioni. sed processio est proprietas personalis. ergo & communis spiratio. sed vna proprietas personalis est tantũ vnius personæ. ergo non potest esse Patris & Filii vna proprietas, secundũ quã principium spiritussancti dicantur. Sed contra. Pater, & Filius sunt vnum principium spiritussancti. ergo forma significata in nomine principii est vna in vtroq;: Hoc enim est de natura nominum substantiuorũ, vt ex prædictis patet. Præterea. Secundum Ansel. Pater, & Filius in omnibus idem sunt, præter ea in quibus distinguuntur per relationem originis, sed in proprietate prædicta non distinguuntur secundum relationem originis. ergo pędicta proprietas est vna in vtroq;. Respon. Dicendum ꝙ quandocunq; plures aliquid vnum operantur, oportet ꝙ operatio singulorum sit partialis respectu cõmunis operatiõis, qua operatum efficitur, si singuli habeant distinctas operationes, sicut patet in trahẽtibus nauem: Conatus. n. vniuscuiusq; est pars totius tractionis, quæ ex omnibus actionibus singularibus resultat. Non autem põt dici ꝙ Pater, & Filius partialiter sint principium spiritussancti, quia sic esset vterq; insufficiens, & deficientis virtutis. Vnde oportet ꝙ vtriusq; actus notionalis sit vnus numero, & per cõsequens proprietas, quæ intelligitur illius actus notionalis pricipiũ, sit vna numero in vtroq;. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ in suppositis diuersis per essentiam non potest esse vnus actus numero nec vna proprietas: Sed si vnius sint essentię pñt in vno actu conuenire, & in vna proprietate, quãuis

De po. q. 10. art. 2. ad 15.

oporteat actum vel proprietatem pluraliter consignificari si adiectiue vel inherenter dicantur, non autem si substantiue. Ad secundum dicendum, ꝙ sicut diuinitas in diuinis non est nisi subsistens, & tamen vna deitas est patris & filii, qui sunt duo subsistentes ex alia rōne distincti: similiter & de cōi spiratiōe oportet intelligi. Ad tertium dicendum, quòd processio primo intelligitur in persona Spiritussancti, quod requiritur ad hoc ꝙ proprietas personalis sit, vt supra dictum est. Et ideo est proprietas personalis eius. Sed cōmunis spiratio nō potest esse prima notio quæ in Patre vel Filio intelligitur, cum ordine naturę pręsuponatur generatio cōmuni spirationi, inquantum generans & genitum simul spirant, vnde non potest esse proprietas personalis.

Distin. Trigesima.

Sunt enī quædā &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum relatio Dei ad creaturam sit aliquid in Deo.

Secundo vtrum dicatur de Deo ex tempore.

Tertio vtrum aliquid absolutū de Deo possit dici ex tempore.

Quarto vtrum aliquid significans relationem Dei ad creaturam possit dici de Deo ab æterno.

Articulus primus.

In alio scripto. vt hic, p. p. q. 13. ar. 7 o. De po. q. 7 art. 10. o. 2. cō. c. 12.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ nomina quæ importāt relationem Dei ad creaturā aliquam relationem in Deo realiter ponant. Supra enim dictum est ꝙ Pater est pricipium Filii, & creaturæ, & nō omnino ęquiuoce. sed dicitur principiū Filii secundum aliquam relationē quæ est in Deo realiter. ergo & Deus Filius dicitur principium creaturę secundum aliquam relationem realem. Præterea. Quædam sunt relatiua secundum dici, vt scientia, quædam secūdum esse, vt Pater & Filius. sed de Deo respectu creaturarum dicuntur, & ea quæ sunt relatiua secundum esse, sicut Dominus, & alia huiusmodi. ergo huiusmodi relationes non solum ſm nomē vel secūdū rationem in Deo sunt, sed etiam secundum esse. Præterea. Cuilibet relationi respondet aliqua relatio opposita. sed in creaturis est aliqua relatio realis per quam referuntur ad Deum. ergo alicubi ad Deum. ergo alicubi est opposita relatio. sed nō in creaturis ipsis, neq; in intellectu, quia sic non referūtur nisi ad creaturas & ad intellectum. ergo huiusmodi relatio est in Deo, ad quē creatura refertur. Sed contra. Relatiua sunt simul natura, secundum philosophum. sed quicquid in Deo est, est omni eo quod est in creatura prius naturaliter. ergo in Deo non est aliqua relatio ad creaturam realiter. Pręterea. Quicquid est in Deo est subsistens, & est essentia diuina. si ergo aliqua relatio ad creaturam esset in Deo realiter, sequeretur ꝙ esset diuina essentia, & ita, cum relatio dependeat ab eo ad quod dicitur, sequeretur ꝙ Deus secundum essentiam suam esset dependens a creaturis, quod est impossibile. Respon. Dicendum, ꝙ relatio non est aliud q̄ quędam habitudo vnius ad alterum. Vnde ſm propriam rōnem non habet ꝙ sit aliquid in eo de quo dicitur, sed hoc aliquando habet ex habitudinis causa. Causa autem habitudinis quandoq; est in vtroq; extremorum, quandoq; in neutro, quandoq; in altero tantum. In vtroq;, sicut æqualitatis causa est in vtroq; ęqualium. Lquātitas; Et ideo vtrunq; rōne suę quantitatis realiter refertur ad alterum. In neutro vero est quando habitudinē solus intellectus

De ve. q. 3. a. 2. ad. 8

De ve. q. 1. ar. 5 ad. 15

lectus causat, sicut patet in relatiõe idẽptitatis. Nam intellectus bis accipiens eandem rem, adinuenit habitudinẽ idẽptitatis: Et ideo idẽptitas nõ est relatio realis, sed rationis tantum. In altero vero tantũ existit habitudinis causa quando vnum dependet ab altero, & non econuerso, sicut scientia nostra dependet a scibili. Vnde ex hoc ꝙ in ipsa scientia est, causatur in ea habitudo ad scibile, & sic in scientia est realis relatio, sed scibile non dependet a scientia nostra. Vnde ex parte eius non est causa ꝙ referatur ad scientiam, sed solum ex parte intellectus nostri qui intelligit ipsum sub ratione eius ad quod relatio scientiæ terminatur, & pro tanto non est falsus nec vanus. Quia ergo Deus, vel creator non dependet a creatura sed econuerso, inde est ꝙ nomina quæ dicuntur relatiue de Deo ad creaturas significant solum relationem rationis. Quæ vero dicũtur econuerso significant relationes reales.

p. p. q. 6. ar. 2. ad pri. De po. q. 7. ar. 1. ad nonum.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Pater dicitur principium Filii per communicationem *diuinæ essentię* quę est in vtroq; æqualiter; Et ideo in vtroq; est relatio realis. Sed Deus Pater dicitur principium creaturę, inquãtum communicat sibi similitudinem, quę est in creatura, & non in Deo; Et ideo non est simile. Ad secundum dicendum, ꝙ non omnia relatiua secundum esse important relationem realem vt patet de idẽptitate, sicut nec econtrario relatiua aliqua secundũ dici important relationem rõnis, vt patet in scientia: Dicuntur enim relatiua ſm dici quãdo principale significatum nominis nõ est relatio, sed aliquid aliud ad quod sequitur relatio, siue illa sit realis siue nõ, sicut principale significatum huius nominis, scientia, est qualitas, quã sequitur quidam respectus. Sed secundum esse relatiua dicuntur quãdo principale significatum nominis est ipsa relatio, siue sit realis, siue non. Ad tertium dicendum, ꝙ cuilibet relationi opponitur alia relatio, quæ quandoq; est in re ad quam relatio terminatur, quandoq; est in intellectu tantum, non sicut in relato, sed sicut in intelligẽte aliquid sub relatione. Vnde non oportet ꝙ opposita relatio referatur ad intellectum, sed ad rem quæ per intellectũ intelligitur.

De po. q. 7. ar. 10. ad vndec.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, arti. 3. p. p. ibi su. in principio ꝑcedẽtis articu.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ hmõi relatiua non dicantur de Deo ex tẽpore, sed ab ęterno. Quod.n. est in potẽtia & nõ in actu est imperfectum. sed Deus ab ęterno fuit Dominus creaturæ in potentia. si ergo non fuit Dominus in actu aliquid imperfectionis in ipso cadit, quod est incõueniens. Pcæterea. Secundum Ambro. Hoc nomen, Dominus, nomen est potestatis. sed Dei potestas fuit ab æterno. ergo hoc nomen Dominus ab æterno Deo conuenit. Præterea. Nihil prohibet relationem rationis, esse entis ad non ens, sicut dicimur priores, his q futuri sunt. sed relationes dei ad creaturas fuunt secundum rõnem tantum. ergo nihil prohibet eas dici de Deo, etiã creaturis non existentibus, & sic possunt dici de Deo etiam ab æterno. Sed contra. Dominus non dicitur nisi qui habet seruum. sed nihil fuit ab æterno q̃d Deo seruiret. ergo Deus non potest dici Dominus ab æterno. Pręterea. Ad hoc est authoritas August. quæ in litera habetur. Respon. Dicendum ꝙ quãdocunq; relatio est realiter in vno relatiuorum tantum, illud in quo non est relatio non dicitur relatiue, quia ipsum referatur, sed qa aliud refertur ad ipm, sicut de scibili Philosophus dicit in. v. Me. Vnde patet quòd nomina prædicta dñr de Deo relatiue ex hoc soloquòd creatura refertur ad ipsum, qa per hoc intelligitur a nobis ipse referri ad crea

turam. Vnde cum creatura non ab æterno referatur ad Deum, sed ex tempore ex quo cœpit, patet quòd huiusmodi relatiua non dicuntur de Deo ab æterno, sed ex tempore. Ad primum ergo dicendum, quod sicut huiusmodi relationes Deo attribuuntur non quia ipse referatur, sed quia creatura refertur ad ipsum, ita dicuntur de Deo in actu vel in potentia, per hoc quod creatura est in potentia vel in actu. Ad secundum dicendum, quod hoc nomē Dominus dicitur esse nomen potestatis non sicut proximi significati, sed sicut causæ proximi significati. Significat enim proxime relationē quæ supra potestatem fundatur, sicut si diceretur quod æqualitas est nomen quantitatis. Ad tertium dicendum, quod ens non intelligitur referri ad non ens; ex hoc quod non ens refertur ad ipsum, sicut in est proposito: Et ideo ratio non sequitur.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, ar. 2.

AD tertium sic proceditur, & videtur quod aliquod absolutum possit de Deo dici ex tempore. Deus enim ex tempore dicitur homo, quod est prædicatum absolutum. ergo aliquid absolutum de Deo prædicatur ex tempore. Præterea. Propter hæc relatiua de Deo ex tempore dici possunt, vt videtur, quia non dicuntur de Deo secundū rem, sed secundum rationem tantū. sed alia absoluta possunt huiusmodi esse, & præcipue negatiua, quia negatio nihil est nisi secūdum rationem. ergo aliquid absolutū de Deo dici potest ex tēpore. Præterea. Omne relatiuum super aliquod absolutum fundatur. sed aliqua relatiua de Deo dicuntur ex tempore, vt dictum est. ergo oportet aliquod absolutum de Deo dici ex tempore. Sed contra. Omne nomen quod absolute prædicatur in diuinis, significat essentiā diuinam. sed ipsa est æterna, ergo nihil absolutum de Deo potest dici ex tempore. Præterea. Cuicunque conuenit de nouo aliquid absolutum, hoc necesse est mutari. sed Deus est immutabilis. ergo nihil absolutum de Deo potest dici ex tempore. Respon. Dicendum, quod vbicunque aliquid de nouo dicitur, oportet quod hoc sit ex aliqua mutatione præcedēte, vel circa ipsum de quo dicitur, vel circa aliquid aliud: Mutatio aūt nō pōt cōsiderari in Deo. sed in creaturis solū; Et ideo solū de nouo pōt dici de Deo qd respectū ad creaturam dicit, nō autē quod de Deo dicitur absolute: Et ideo simpliciter concedendum est quod nullum absolutum de Deo potest prædicari ex tempore. Ad primum dicēdum quod Deus dicitur homo propter vnionem ad humanā naturā, quæ quidem vnio relatio quædam est. Vnde ratione relationis implicite Deus dicitur homo ex tēpore. Ad secundum dicendū quod licet negationes non sint res nisi rōnis, tamen ex ipsa re aliquid de natura rei negatur, & non ex aliquo alio, sicut relationes de Deo dicuntur ratione creaturarum: Et ideo nomina negatiua dicuntur de Deo ab æterno, sed relatiua ex tēpore propter immutabilitatem diuinæ naturæ, & immutationem creaturarum. Ad tertium dicendum, quod relationes quæ de Deo dicuntur ex tempore, cum non sint realiter in Deo, sed in creaturis, fundantur super aliquod absolutum in creatura, & non in Deo, quāuis in Deo sit aliquid absolutum ab æterno, ratione cuius huiusmodi relationes ex tempore possunt ei attribui, creaturis in esse productis.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur quod nullum relatiuum possit de Deo dici ab æterno quod relationē ad creaturam importet: Deus enim relatiue ad creaturam non dicitur, nisi quia creatura refertur ad Deū, sed creatura,

ab

ab ęterno nō fuit quę posset referri ad Deū.ergo nihil ab æterno de Deo dr̄ relatiue ad creaturā. Præterea. Huiusmodi relationes, vt dictū est, nō sunt in Deo nisi secūdum rōnem. sed ratio nostra nō fuit ab ęterno. ergo huiusmodi relationes non possunt conuenire Deo ab ęterno. Præterea. Relationes æternæ sunt in Deo subsistentes personæ. sed relationes quibus tres personæ constituūtur non dicuntur ad creaturas. ergo si in diuinis sunt aliquæ relationes æternę quæ dicuntur ad creaturas, erūt in Deo plures personæ q̄ tres, quod est hęreticum. nulla ergo relatio Dei ad creaturā conuenit ei ab ęterno. Sed contra. Ideæ distinguuntur secundum respectus ad res ideatas. sed ab ęterno fuit distinctio idearum, quia Deus ab æterno distinctam cognitionem de rebus habuit. ergo aliquę relationes Dei ad creaturā sunt æternæ. Præterea. Scientia relatiue dicitur ad scibile. sed Deus ab æterno habuit scientiam de creaturis. ergo aliquid ab æterno dicitur relatiue de Deo ad creaturas. Præterea. Quicquid conuenit Deo ratione suæ ęternitatis conuenit ei ab æterno. sed Deus, ratione suæ æternitatis, est prior omnibus creaturis. ergo aliqua relatio ad creaturas cōuenit Deo ab æterno. s. prioritas. Præterea. Sicut supra habitum est, donum dicitur relatiue ad dantem, & ad id cui datur, & ita ad creaturam. sed Spiritussanctus ab ęterno est donum, vt supra habitum est. ergo idem quod prius. Respon. Dicendum, ꝙ inter Deum & creaturam potest dupliciter relatio considerari. Vno modo ꝙ relatio sit realiter in creatura, & in Deo ſm rationem tantum, & huiusmodi relationes de Deo dici nō possunt, nisi ex tempore. Alio modo sic ꝙ relatio nec sit realiter, nec in Deo, nec in creatura, sed secundum rationem tantum, & huiusmodi relationes possunt dici de Deo, etiam creatura nō existente. Vnde nihil prohibet eas dici de Deo ab æterno. Tunc autem relatio ad Deum secundum rem est in creatura, quando cōsurgit ex hoc ꝙ aliquid actu conuenit creaturæ, prout in rerum natura existit, sicut subesse Deo, & esse creaturam, & alia huiusmodi. Quando vero relatio consurgit ex hoc solum ꝙ creatura intelligitur vel a Deo vel ab homine, tunc relatio talis, nec in Deo, nec in creatura realiter existit. Sic ergo ad vtrasq; rationes respondere oportet. Ad primum ergo dicēdum, ꝙ ratio illa procedit in relationibus quæ realiter sunt in creatura. In his. n. verum est ꝙ Deus relatiue dicitur, quia creatura refertur ad ipsum. Ad secundum dicendum, ꝙ q̄uis ratio nostra non fuerit ab æterno, nunc tamen existens cognoscit, Deum ab ęterno fuisse, & secundum hoc potest eum intelligere sub aliqua relatione ab æterno. Fuit nihilominus ab æterno ratio diuina, quæ has habitudines ab æterno non ignorauit. Ad tertium dicendum, ꝙ relationes realiter in Deo existētes sunt personę subsistentes, nō autem alię, siue dicantur ab ęterno, siue non. Ad primum vero quod in contrarium obiicitur dicēdum, ꝙ respectus ideæ ad creaturam est nō solum ſm ꝙ est actu, sed ſm ꝙ est in potestate facientis, & sic talis relatio non est realiter in creatura. Ad secundum dicendum, ꝙ cum dicitur creatura est scibilis, huiusmodi relatio non attribuitur ei ſm ꝙ est in actu, sed secundum ꝙ est in intellectu, & similiter dicendum ad alia.

Distin. Trigesimaprima.

Præterea considerari oportet &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum ea quæ sunt communia personis, alicui earum debeant appropriari.
Secundo de appropriatione quam facit Hyl.
Tertio de appropriatione Aug.
Quarto quomodo in diuinis sit ęqualitas, quã August. Filio appropriat.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, q. 1. ar 2. o. p. p. q. 39. ar. 7. o. De ver. q. 7. ar. 3. c.

AD primum sic proceditur, & videtur q̃ illa quæ sunt communia tribus personis alicui earum non debeant appropriari: Circa Trinitatem. n. præcipue cauẽdus est error, quia, vt August. dicit, periculosius alicubi non erratur. sed huiusmodi appropriatio potest esse occasio erroris, dum ea quæ alicui personæ appropriantur possunt credi ab ea singulariter poss deri. ergo huiusmodi appropriatio nõ est facięda in diuinis. Pręterea. Quicquid est cõmune tribus personis ad essentiã pertinet. sed essentia nõ appropriatur alicui psonę. ergo nec aliquod aliud cõmune. Pręterea. Appropriatio non potest fieri nisi rõne similitudinis, vel contrarietatis, sed inter cõmune & proprium in personis diuinis non potest esse similitudo, cum differant ratione, nec cõtrarietas, cum simul vni personę conueniat cõmune & proprium. ergo cõmunia personis diuinis appropriari non possunt. Sed contra. Personæ diuinæ secũdũ relationes originis distinguũtur. sed origines personarum adaptantur cõmunibus attributis, sicut dicitur q̃ Filius procedit per modum naturæ Spiritussanctus per modum volũtatis. ergo ea quæ sunt cõmunia personis per appropriationem adaptari possunt. Præterea. Nominibus personarũ personales proprietates exprimuntur. sed quędam nomina personalia habent cõuenientiam cum aliquibus cõmunibus, sicut verbum cum sapiẽtia, amor cum bonitate. ergo attributa cõmunia cum propriis personarum aliquam similitudinem habent, & ita personis appropriari possunt. Respon. Dicendum, q̃ in appropriatione personarum attendenda est & vtilitas ex parte nostra, & ex parte Dei conuenientia. Ex parte quidem nostra duplex vtilitas ex appropriatione consequitur. Vna qualiscunq; appręhensio veritatis: Nam quia ex creaturis in Deũ deuenimus quæ efficaciter non nisi eius essentialia demõstrant, oportet vlterius ex ipsis essentialibus considerationi psonarũ insistere, & hęc fit, essentialia personis appropriando per viam similitudinis. Alia vtilitas est vitatio erroris, ne .s. diuinę psonę cogitentur s̃m modum nostrum: Et ideo fit appropriatio per viam cõtrarietatis, q̃tum ad ea quæ circa nos sunt, sicut Deo Patri attribuimus potẽtiam, ne cogitemus infirmum sicut hominem patrem propter senectutem, & sic de aliis, vt infra dicetur. Ex parte autem Dei cõuenientia inuenitur s̃m q̃ attributa cõmunia propriis personarũ sunt aliquo modo similia, & secundum q̃ diuinæ personæ sunt personis humanis dissimiles. Ad primum dicendum, q̃ error qui sequi posset excluditur, dũ ratio appropriationis determinatur ex appropriatione. Ad secundum dicendum, q̃ propria personarum sumuntur secundum relationes originis: Et ideo illa attributa personis diuinis per cõuenientiam ad eorum propria possunt appropriari, in quorum ratione aliquid ad originem pertinens includitur. Talis autem non est de essentia; Et ideo ratio non sequitur. Ad tertium dicendum, q̃ attributa essentialia inquantum habent rationem principii, habent similitudinem cum propriis diuinarum personarum, non tamen idemptitatem q̃tum ad rationem, sed cõtrarietatem habent ad conditiones psonarum in humanis.

Articulus

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ Hyl. inconuenienter essentialia attributa personis attribuat. Aeternitas enim non importat aliquam rönem originis, sed solum priuat durationis principia. sed propria personarum ad originem pertinent. ergo aeternitas non debet alicui personae appropriari. Praeterea. Species, siue pulchritudo, per prius consideratur in repraesentante ꝙ in repraesentato. sed imago habet rationem repraesentantis. ergo imagini. i. Filio non debet appropriari species, sed magis Patri. Praeterea. Vtimur his quae in finem referimus. sed nulla persona referenda est ad aliud. ergo vsus nulli personae appropriari debet. Praeterea. Vsus potest accipi aut actiue aut passiue. Si actiue accipiatur, magis videtur Patri, & Filio conuenire, ꝙ Spirituisancto. Vti enim magis est amantis ꝙ amoris. Si autem passiue, sic vsus, vt videtur, importat respectum ad creaturam, qui ſm rem est in creatura. ergo non debet diuinae personae appropriari. Praeterea. Personae diuinae per sua consueta nomina magis innotescunt sed appropriatio fit causa notificādi personas, ergo magis debet vti nominibus consuetis. s. Filii, & Spiritussancti ꝙ imaginis, & muneris. Respon. Dicendum ꝙ appropriatio Hyl. accipitur ſm conuenientiam essentialium attributorum ad propria personarum: Et ideo aeternitatem appropriauit Patri, speciem. i. pulchritudinem imagini. i. Filio, vsum muneri. i. Spirituisācto. Aeternitas nāq; cōuenit cum innascibilitate, quae est proprietas Patris, inquātum caret principio. Conuenit etiam cum paternitate, inquantum est omnis alterius durationis principium. Similiter & pulchritudo, ratione magnitudinis quā importat, conuenit cum Filio, inquantum est Filius, quia ex hoc Filius dicitur, ꝙ perfecte habet naturam Patris, quod ad spiritualem magnitudinem pertinet. Ratione vero consonantię conuenit cū Filio, inquātū est imago perfecte repręsentans Patrem. Ratione claritatis conuenit cum Filio, inquantum est verbum, in quo omnium rationes resplendent: Hęc enim tria pertinent ad rönem pulchritudinis. Vsus autem conuenit Spirituisancto, & inquantum est amor quo Pater, & Filius inuicem perfruuntur, & inquantum est donum, quo nos perfundimur. Et haec appropriationis ratio ex verbis August. in litera positis accipi potest. Ad primum ergo dicendum, ꝙ in successiuis quodāmodo secundū ex primo oritur. Vnde inquantum ęternitas successiuae durationis excludit pricipiū originis ab alio, negationem includit, & sic conuenit Patri röne innascibilitatis. Ipsa autem aeternitas est principiū aliarum durationum. Vnde & sic etiam positiue includit originem. Ad secundum dicendum, ꝙ in repręsentato attēditur pulchritudo absolute, sed in repraesentante ex conuenientia cum repraesentato, & sic pulchritudo imagini attribuitur. Ad tertium dicendum, ꝙ vsus hic accipitur, non ſm ꝙ contra fruitionem Dei diuiditur, sed ſm ꝙ fruitionem includit, vt ex ipsa distinctione patet. Ad quartum dicēdum, ꝙ vsus hic accipitur passiue. i. quo aliquis vtitur. Vtitur aūt Pater Spiritussancto amando Filium, & etiam nos, & nos amādo Deum, & sic nō solum importatur relatio ad creaturā, quae tamen si importetur in Deo est ſm rationem, non tamen secundum rem. Ad quintum dicendum, ꝙ Hyl. posuit illa nomina personalia in quibus magis exprimitur appropriationis ratio.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ August. inconuenienter ap- In alio script.

vt hic &. p.p. vbi su,

proprie essentialia attributa personis: Personæ enim secundũ sua propria ad inuicem distinguũtur. sed hæc omnia appropriata ad idem pertinent. Nam vnitas in æqualitate & in connexione includitur. ergo non conueniunt cum propriis personarum, & ita non conuenienter personis approprianrur. Præterea. Appropriata conueniunt personis ratione naturę cõmunis. sed hæc tria conueniunt personis ratione personarum, quia vt Augu. in litera dicit, Tres personæ sunt vnum propter Patrem, ęquales, propter Filium, connexe propter Spiritumsanctum. ergo hęc tria non inconuenienter sunt appropriata personis. Præterea. Cuilibet personæ conuenit vnitas personalis ratione suæ proprietatis, essentialis vero rõne essentię. essentia autem non appropriatur alicui psonę nec personę proprietas, cum sit propria. ergo vnitas Patri appropriari nõ debet. Præterea. Filio, ꝑm ꝙ est Filius, vel imago, vel verbum, magis cõuenit ratio similitudinis ꝗ æqualitatis. ergo Filio magis debet appropriãri similitudo ꝗ æqualitas. Pręterea. Nexus proprie dicitur de spiritusancto. ergo non debet poni inter appropriata.

Respon. Dicendum, ꝙ hæc etiam appropriatio August. assignatur secundũ viam similitudinis. Vnitas autem habet rationem principii. Vnde in quolibet genere oportet principium esse vnum, & sic habet similitudinem cum proprio Patris, qui est principium totius deitatis. Æqualitas autem importat perfectã comparationem, vnius ad alterum: Et quia Filius ex modo suæ processionis habet ꝙ perfecte Patrem imitetur, ideo ei æqualitas appropriatur. Spiritus aũt sanctus inquantum procedit vt amor, conuenienter dicitur nexus: Nã amor est quædam vnio amantis & amati. Ad primum ergo dicendum, ꝙ ęqualitas ab vnitate causatur, & vnio ad ęqualitatem terminatur: Et ideo conuenienter Patri appropriatur vnitas, Filio ęqualitas, q a Patre oritur, & spirituisancto nexus, q est quædam reflexio per amorem prolis in parentem. Ad secundum dicendum, ꝙ ly, propter, nec dicit causam formalem, vt. s. tres psonæ sint formaliter vnũ propter Patrem &c. sed dicit rationem completionis, quia vnitas statim inuenitur in Patre, & ab eo Filius, & spiritussanctus habent vnitatem. Æqualitas vero intelligi non potest nisi præintellecta Filii generatione, cum ęqualitas sit ad minus duorum. Nexus vero non intelligitur in diuinis nisi tertia persona intellecta, quę duos connectit. Ad tertium dicendum, quòd vnitas essentialis est quæ Patri appropriatur: Habet enim vnitas rõnem principii, quod nõ habet essentia, quãuis sint vnum secũdum rem essentia & vnitas. Ad quartum dicendum, ꝙ æqualitas in spiritualibus includit similitudinem: Nam attenditur ꝑm magnitudinem perfectionis & virtutis, & super hoc addit similitudinis pfectionem. Ad quintum dicendum, ꝙ nexus amoris est proprium spiritussancti. sed secundũ ꝙ noie nexus intelligitur quęcunq; conuenientia, sic est cõmune & appropriatum spirituisancto.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur quòd ęqualitas in diuinis sit relatio realis. Omnis. n. relatio quę habet cãm in eo de quo dicitur, est realis, vt supradictum est. sed ęqualitas habet causam in Deo, vnitatem magnitudinis, sicut & in creaturis. ergo sicut in creaturis, ita & in Deo ęqualitas est relatio realis. Pręterea. Si ęqualitas non ponit aliquid realiter in Deo. ergo qui negat ęqualitatem nõ negat aliquid qd in Deo sit, & sic non est hæreticus, & ita Arrius, qui ęqualitatem negauit personarum,

In di... scrip... vt ... q. iar... 10.

narum, non debuit hæreticus iudicari. Præterea. Filius conuenit cum patre, & a Patre distinguitur. sed illa relatio quæ importat distinctionem Filii a Patre, realiter est in Deo, & positiue. ergo similiter illa quę importat cõuenientiam Filii ad patrem, vt ęqualitas, & similitudo. Sed contra. Omnis relatio realiter in Deo existens est notio alicuius personæ. si ergo ęqualitas relatione in Deo importat vel ponat, videtur ꝙ sint plures notiones q quinq;. Pręterea. Æqualitatis est causa vnitas. sed vnum remotiue dicitur in diuinis, vt supra magister dixit. ergo & æqualitas, & similitudo, & sic non ponũt aliquid realiter in Deo. Respon. Dicendum, ꝙ in ęqualitate & similitudine duo intelliguntur. s. ęqualitatis suppositum, & ęqualitatis causa, suppositum autẽ ęqualitatis vel similitudinis est aliquid distinctum, cum nihil sibi sit simile, vel ęquale, & sic in diuinis dicit relationem, cũ nihil aliud ibi sit distinctum. Causa vero ęqualitatis vel similitudinis est vnitas magnitudinis, vel formæ, quę vnitas in diuinis personis est secundum numerum. Sic ergo ex neutra parte potest esse ęqualitas realis relatio: Nam relatio non refertur per aliquam aliam relationem realem, vt Auicen. dicit: Sic enim esset in infinitum abire: Nec iterum vbi est idem numero, potest esse realis relatio, sicut de idẽptitate supra dictum est. Ex parte vero causę suę vlterius habet ꝙ remotiue dicantur, sicut & vnum. Ad primum ergo dicendum, quòd creaturę abinuicẽ distinguuntur per aliquid absolutum, nec conueniunt res causatę vel similes in vna magnitudine vel forma numero, sed specie, sicut est in Deo: Et ideo non est simile. Ad secundum dicendnm, ꝙ quis ęqualitas non sit relatio realis, tamen id, ratione cuius attribuitur ęqualitas, realiter est in Deo: Et ideo negans ęqualitatem hæreticus est. Ad tertium dicendum, quòd relatio conuenientię Filii ad Patrem præsupponit aliam relationem distinguentem, quę nullam aliã relationem pręsupponit: Et ideo illę relationes quę distinctionem important, sunt reales, non autem relatio ęqualitatis vel similitudinis, quę super alias relationes fundantur, vt dictum est.

i.p. q. 28. ar. .. ad uar. (q.42 r.1. ad uart.)

p p q. 28. ar. 3.c.

Distin. Trigesimasecunda.

Hic oritur q̃stio &c.

Hic quæritur de duobus.

Primo de his quę pertinent ad Spiritũ sanctum.

Secundo de his quę pertinent ad Filiũ.

Quęstio prima.

Circa primum quęruntur duo.

Primo vtrum Pater diligat Filium Spiritussancto.

Secundo an hęc sit falsa, Pater & Filius diligunt nos spiritusancto.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur quòd non diligat Filium spiritusancto. Idem enim est Deo esse quod diligere. sed Pater non est spiritussanctus. ergo non diligit Filium spiritusancto. Pręterea. Diligere aut sumitur essentialiter, aut notionaliter. Si sumitur essentialiter, sic Pater diligit essentia sua non spiritusancto. Si autem sumitur, vt dicit actum notionalem, sicut & hoc verbum, generat, cum Pater non generet Filio, videtur ꝙ non diligat spiritusancto. Præterea. Eodẽ amore Pater diligit Filium. & sc. sed non diligit se spũsancto. ergo nec Filium. Sed contra. Omnis amans amat suo amore. sed spiritussanctus est amor Patris & Filii. ergo Pater amat Filium spiritusancto, & econuerso. Pręterea. In anima nostra est imago increatę Trinitatis. sed mens nostra amat

In alio script. vt hic. p.p.q. 37. ar. a. o. & ar.1. ad ter.

notitiam suam amore a se procedente. ergo Pater amat Filium qui est sua sapientia spiritusancto qui est amor a Patre procedens. Respon. Dicendũ, ꝙ suscipiendo hanc loquutionem esse veram & propriam propter hoc ꝙ sancti ea cõmuniter vtuntur, duplex modus fuit videndi eam: Quidam enim dixerũt ꝙ ablatiuus construitur in habitudine signi, vt sit sensus. Pater & Filius diligũt se spiritussancto. i. spiritussanctus est signum ꝙ pater & Filius diligunt se. Alii vero dixerunt ꝙ construitur in habitudine formæ: Sicut enim homo formaliter diligit suo amore, ita spiritussanctus formaliter diligit Patrem. Neutrum autem horum sufficiens est per se: Nã amor causatus quo mens suam notitiã amat signum est ꝙ Pater Filium diligit; nec tamẽ hoc amore dicitur Filium diligere. Similiter forma inhęrẽs est. Spiritus autem sanctus non significatur vt aliquid inhærens Patri & Filio. Vnde oportet has duas in vnum coniungere, vt sic dicamus ꝙ ablatiuus construitur in habitudine signi, vł quasi effectus formaliter denominantis: Actio enim ab agente procedit, & est signum vel effectus virtutis actiuæ in agente, & comparatur ad agentem vt forma in denominãdo, licet non in essendo: Ita enim denominatur aliquis agens actione, sicut albus albedine. Vnde cum spiritussanctus sit amor Patris & Filii. & amor sit quædam operatio amantis, Pater & Filius hoc modo dicerentur se spiritusancto amare, sicut aliquis dicitur agere actione a se procedente. Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet in Deo secundũ rem sit idem diligere & esse, tamen diligere significatur per modum operationis, non autem esse: Et ideo nõ est simile. Ad secundum dicẽdum, ꝙ diligere notionaliter sumitur in loquutione prædicta, non autem dicit solam notionem, sicut hoc verbum generare, vel hoc verbum, spirare, sed cum notione dicit ipsam personam: Nam diligere est emittere amorem. Ipsa autem persona spiritussancti significatur per actum amoris, notio autem in actu emissionis. Non autem persona Filii significatur vt actus generationis: Et ideo non est simile. Ad tertium dicendum, quòd sicut Pater diligit Filium amore essentiali & notionali, ita & seipsum, quia quicquid diligentis est in Filio, vel virtutis spiratiuę, totum etiam est in Patre.

De po: q. 1. ar. 3. ad vn. dec. & q. 9. arti. 9. ad tertiũ dec.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ hęc sit falsa, Pater, & Filius diligunt nos Spiritusancto. Quæcunq; enim vno & eodem amore diligũtur æqualiter diliguntur. sed Pater diligit Filiũ amore qui est spiritussanctus, ergo si spiritusãcto nos diligat, videtur ꝙ æqualiter nos & filium diligat, quod est inconueniens. Præterea. Omne qđ connotat effectum in creatura dicitur esse essentialiter in diuinis. sed cum dicitur, Pater diligit nos, importatur habitudo Dei ad creaturam. ergo diligere tenetur essentialiter. Sed Pater non diligit essentialiter spiritusancto, immo magis amore essentiali. ergo Pater non diligit nos spiritusancto. Præterea. Amor procedit ab amante sapienter ſm modum bonitatis amati. sed Deus sapiẽter amat quicquid amat. ergo, cum bonitas creaturæ sit finita, amor quo Deus amat creaturas est finitus. non ergo est spiritussanctus. Sed contra est qđ August. dicit, ꝙ spiritussanctus est genitoris genitiq; suauitas ingeniti largitate perfundens omnes creaturas. ergo spiritussanctus est amor quo Deus diligit creaturam. Præterea. Deus diligit sanctos inquantum sunt membra vnigeniti sui, vt dicit August. sed vnigenitus & mẽbra sua sunt vna persona mystica, & ita a Patre vno amore diliguntur. sed Pa-

In [illegible] sc[illegible] vt [illegible] ar [illegible]

In [illegible] sc[illegible] vt [illegible] ar[illegible] p. [illegible] 3. 2. 4. c. a[illegible] no[illegible]

ter

ter diligit Filium spiritusancto, vt supra dictum est. ergo & homines sanctos diligit spiritusancto. Respon. Dicendum, quod cum Deus dicitur nos diligere, in dilectione sua duo possumus intelligere. s. amorem æternum & effectum temporalem, & ratione vtriusque diligit nos spiritusancto, sed aliter, & aliter. Nam ratione æternæ dilectionis diligit nos spiritusancto sicut & filium: Nam quicquid diligentis est in nobis, totum est deriuatum a Filio, sicut tota pulchritudo artificiati est ab arte. Vnde artifex diligēdo artem, diligit artificiata, inquantū sunt ab arte: Sed quātum ad effectum temporalem diligit nos per Spiritumsanctum, sicut per causam illius effectus: Nam omnia dona nobis dantur per Spiritūsanctum. Sic ergo cum dicitur Pater diligit nos spiritusancto, ablatiuus potest vno modo construi in habitudine quasi formalis effectus, & alio modo in habitudine causæ efficientis. Ad primum ergo dicendum, quod licet Pater amet Filiū, & nos eodem amore, non tamen æqualiter, quia amor ille nō æqualiter inuenit in nobis & in Filio diligentis rationem. Ad secundum dicendum, quod diligere in prædicta loquutione potest sumi notionaliter, non obstante quod importat respectum ad creaturam: Nam notionalia nō important primo & per se respectū, nisi ad diuinam personam, sed ex consequēti ad creaturam, inquantū creatura personam diuinam imitatur: Sicut. n. Deus verbo suo diligit se nos, inquantum diligendo se diligit nos, sic spiritusancto amat nos, inquantum amando Filium nos amat. Ad tertium dicendum, quòd mensura amoris sequitur bonitatem eius quod primo, & per se amatur, non autem eius quod in alio amatur. Sic autem nos amamur in Patre & in filio.

Quęstio secunda.

Deinde quæritur de

his quæ pertinent ad Filium.
Et circa hoc quęruntur duo.
Primo vtrum Pater sit sapiens sapientia genita.
Secundo vtrū Pater intelligat in Filio.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur quod Pater sit sapiens sapiētia genita: Sicut enim spiritussanctus est amor a patre procedens, ita Filius est sapientia a patre genita. sed pater diligit amore a se procedente spiritumsanctum vt dictum est. ergo est sapiens sapiē tia genita. Præterea. Secundum Ansel. Dicere summo spiritui nihil aliud est q̃ intelligere. Verbum autē, secundū August. est sapientia genita. cum ergo Pater dicat & se & creaturas verbo suo idest Filio, videtur quod ipse sit intelligens siue sapiens sapientia genita. Præterea. Eadem sapientia est sapiens Pater & Filius. sed Filius est sapiens sapientia genita, & etiam ingenita. ergo & Pater vtraque sapientia est sapiens. Sed cōtra. Sapientia qua quis est sapiens significatur vt forma ipsius. sed sapientia genita non significatur vt forma Patris, sed magis vt aliquid ex eo exortum. ergo Pater non est sapiens sapientia genita. Præterea. Sicut se habet essentia ad esse, ita sapientia ad sapere, sed Pater nullo modo est ens essentia genita: Sic enim haberet esse ab eo qd genuit, quod est impossibile. ergo nullo modo est sapiens sapientia genita. Respon. Dicendum quod sapientia genita nominat hypostasim distinctam ab hypostasi Patris. Aliquis autem nō potest dici sapiēs per aliquam hypostasim, nisi quatenus ab ea sapientiam accipit. Vnde cum Pater nihil accipiat a Filio, eo quod Filius ge-

In alio script. vt hic, 1. s. spū sancto

In alio script. vt hic. arti. 2. ad pri. p p. q. 37. a. 2

quid habet a Patre accipit, nullo modo potest dici q Pater sit sapiens sapientia genita. Ad primum ergo dicendum q amor significatur per modũ operationis: Denominatur autem aliquis agens per operationem quæ est ab ipso. Sapiētia autem significatur per modum formæ inhęrentis. Vnde cum non denominetur aliqs qualis ab aliqua forma quę sit ab ipso, sed quæ est in eo, non potest dici Pater sapiens sapientia genita. Ad secundum dicendũ, q sicut amor, ita & verbum significatur per modum operationis: Et ideo sicut recte dicitur, Pater diligit spiritusancto, ita recte dicitur dicere verbo, non autem sapere sapientia genita, ratione iam dicta. Ad tertium dicendum, q aliquis potest dici sapiens aliquo tripliciter. Vno mō sic vt forma inhęrente, & sic Filius est sapiens sapientia essentiali, quæ neq; est genita neq; ingenita. Alio modo sicut a quo accipit sapientiam, & sic Filius dicitur sapiens a sapientia ingenita .i. a Patre. Tertio modo sicut eo quo sapit, quod est alicuius suppositi, & sic Filius dicitur sapiens sapientia genita, inquantum ipsa hypostasis Filii sapiens est. Filius autem est alia hypostasis a Patre, sed non alia essentia, habens tamen a Patre essentiam, & non econuerso. Et ideo Filius aliquo modo dicitur esse sapiens sapientia genita, & etiam ingenita. Pater autem sapiētia genita nullo modo.

ad pri. q. 39. arti. 7. ad sec. Roma. l vlt. fi. 1. Cor. 1. l. 3. fi.

In alio script. vt hic, ar. 1. c.

Articulus secundus.

Dever. q. 4. ar. 4. o.

AD secundum sic proceditur, & videtur q Pater nō intelligat in Filio: Id enim in quo aliquid intelligitur est intelligendi principium. sed Filius non est principium intelligēdi Patri: ergo pater non intelligit in Filio. Præterea. Intelligere aliquid in alio est discurrere de vno in aliud: Sic enim nos conclusiones in principiis intelligimus. sed Deus intelligit sine aliquo discursu. ergo Pater non intelligit aliquid in Filio. Præterea. Idem est Deo intelligere, & sapientem esse. sed Pater non est sapiens in filio: Sic enim aliquo modo Filio sapiens diceretur. ergo Pater non intelligit in Filio. Sed cōtra. Pater per intellectũ operatur. sed Pater in Filio operatur Gen. 1. In principio creauit Deus cœlũ &c. glo. i. in Filio. ḡ Pr intelligit in Filio. Pręterea. Quicūq; perfecte intelligit aliqd ĩtelligit in eo quicquid in eo repræsentatur. cū ergo pater perfecte intelligat Filiũ, intelligit in eo, & seipsum quem Filius repræsentat, & omnes creaturas, quæ in Filio repręsentantur. Respon. Dicendum, q intelligere in aliquo dupliciter dicitur. Vno modo accipere cognitionem in illo, sicut nos in creaturis Deum videmus, quia ex creaturis Dei notitiam accipimus, & sic Pater nihil intelligit in Filio. Alio modo dicitur aliquis intelligere in aliquo, quia intuetur in eo esse quod aliquo modo ibi est, sicut homo qui scit aliquam cōclusionem videt eam vel intelligit inverbis alicuius eam pronunciantis, & hoc modo Pater in Filio intelligit, & se, & quicquid in Filio repręsentatur. Ad primum ergo dicendum, q obiectio illa procedit q̃tum ad primũ modum intelligendi in aliquo, non aũt quātum ad secundum: In secundo enim modo id in quo intelligitur aliquid, nō se habet vt intelligendi principium, sed solum vt obiectum cognitionis. Ad secundum dicitur, q aliquid intelligitur in aliquo quandoq; quidem ita q alio actu intelligitur quod itelligitur, & alio in quo intelligitur, sicut nos aliquo actu intelligimus conclusiones & principia, & sic intelligitu r aliquid in aliquo cum discursu. Quandoq; vero eodem actu intelligitur quod intelligitur, & quo intelligitur, sicut eodē actu visionis videt aliquis speculum, & rem in speculo, & sic

In alio script. vt hic, ar. 1. ad ter. p p. q. 34. ar. 3. c. pri. fæ q. 93. ar. 1. ad sec. 4. con. c. 13. De po. q. 9. ar. 9. ad tertiũ dec. quo 4. q. 4. ar. 1. o. Op. 2. c. 3. Io. 1. 1. co. 1.

sic videtur aliquid in alio sine discursu. eodem aũt actu Deus itelligit quicquid intelligit. Vnde absq; omni discursu aliquid in alio intelligit. Ad tertium dicendum, q; Pater nõ dicitur in Filio intelligere sicut in principio. sed sicut in obiecto, vt dictum est. Sapiens autem significatur per modum habitus, sed intelligẽs per modum actus. Habitus autem non habet respectũ ad obiectum nisi mediate, sed actus imediate, & ita pater nõ ita dicitur sapiens in Filio, sicut intelligens in Filio.

Distinct. Trigesimatertia.

Post prædicta &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum proprietates sint diuina essentia.

Secundo vtrum sint ipsę personę.

Tertio vtrum sint in personis.

Quarto vtrum sint in essentia.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p. p.q. 28. ar. 2.o. 4.con. c. 14. De po, q.8.ar. 1.o. quol. 6 arti. 1.o. Opu. 3. c.54.& 55. Op. 9. q.6. 3.

AD primum sic proceditur, & videtur q; proprietas non sit idem qđ essentia: Quæcũq; enim sunt idem, ita se habent q; multiplicato vno multiplicatur & reliquũ. sed in diuinis proprietates multiplicãtur, essentia vna manente. ergo proprietas & essentia nõ sũt idem. Præterea. Quæcunq; sunt idem, eorum est vnum esse. sed esse relationis est ad aliud se habere, secundum Philosophum in prædi. ergo si proprietas relatiua est idem q; diuina essentia, oportebit q; esse diuinæ essentiæ, sit ad aliud se habere, & sic haberet esse imperfectissimum. Præterea. Impossibile est aliquos secundum idem cõuenire & distingui. sed pater, & Filius conueniunt in essentia, distinguũtur autem in proprietatibus relationis. ergo proprietas relatiua non est idem quod essentia. Præterea. De quocunq; prædicatur essentia, prædicantur essentialia attributa. hæc aũt non prædicantur de proprietatibus: Non enim dicitur q; paternitas sit sapiens, vel q; creet. ergo proprietas nõ est essentia. Sed contra. Nihil est adorandum adoratione latriæ nisi Deus. sed proprietates personarũ sunt adorãdæ adoratione latrię, vt patet in præfatione Trinitatis, Vt in personis adoretur proprietas. ergo proprietates relatiuæ sunt ipse Deus. Præterea. Quicquid est pręter rei essentiã, vel nihil est, vel accidẽs est. sed quod est nihil vel accidens, nõ constituit alicuius naturæ hypostasim. cum ergo proprietates hypostases constituant, vt supra dictum est, impossibile est q; sint aliquid extra diuinã essentiam. Respon. Dicendum q; suppositis fidei fundamentis necesse est ponere proprietates relatiuas esse diuinam essentiam. Oportet enim dicere q; relationes istæ vel sunt res aliquę vel nõ. Si nõ sunt realiter, sed in rõne tantum, cum personæ diuinæ non distinguantur nisi per huiusmodi relationes, sequeretur q; distinctio personarum in diuinis esset ſm rõnem tantum, quod est hæresis Sabellii. Si autem sunt res, de necessitate sunt creatę, si non sunt essentia diuina, quia sola diuina essentia est increata, & ita sequeretur q; Pater, & Filius, & Spiritussãctus ingtũ hmõi, essent creaturæ quod est impiissimum. Vnde oportet dicere q; relatio in diuinis est idem realiter q; essentia diuina, differt autem solũ ratione: Nam relatio importat respectum ad alterum, non autem essentia: Et hunc respectum cõsiderans Porretanus dixit relationes in diuinis non esse essentiam, sed assistentes tantum, ad modum relationum, quę non ponunt aliqđ reale in relatis, vt dextrum & sinistrũ in lapide, sed postea hoc in Remensi concilio retractauit. Ad primum ergo di-

cendum, ꝙ relatio, vt dictum est, differt ratione ab essentia inquantum est ad alterum. Ex hoc autem habet ꝙ multiplicetur ratione oppositionis relatiuæ nō autem ex parte illa qua est cum essentia idem. Ad sc̄dm dicendum, ꝙ in diffinitione Philosophi, esse, non sumitur pro actu essendi, sed pro ratiōe entis, prout dicitur ꝙ diffinitio est oratio significans quid est esse, & sic esse.i. Relationis ratio in diuinis est ad aliud se habere, quāuis esse suum in diuinis nō sit aliquid q̄ esse essentiæ. Ad tertium dicendum, ꝙ psonæ distinguuntur relationibus secundū ꝙ adinuicem opponuntur relatiue, nō autem ex parte illa qua sunt vnum cum essentia. Ad quartum dicendum, ꝙ attributa essentialia possunt significari in abstracto vel in cōcreto. Si in abstracto, sic essentialiter prædicantur, & de essentia, & de proprietate in abstracto acceptis: Dicimus enim ꝙ essentia diuina, vel etiam paternitas, est bonitas vel sapientia Dei. Si autem in concreto significantur, sic non prædicantur de essentia vel proprietate in abstracto significatis, nisi illa attributa, quæ circūeunt omne ens: Dicimus enim ꝙ essentia vel potētia est ens vna vel bona, non autem proprie ꝙ sit sapiens vel creans, sed hoc dicitur de Deo, vel de Patre, qui significantur per modum suppositi, non autem essentia vel paternitas.

Articulus secundus.

In alio scrip. vt hic. p.p. q. 40. ar ti. 1. o. Opu. 3. c. 58. 66. 67. De po. q. 8. ar. 3. c.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ proprietates relatiuæ nō sint idem ꝙ diuinæ personæ, quia sc̄dm August. In omni eo quod dicitur relatiue est aliquid, excepto hoc quod ad alterum dr̄, sicut denarius est aliquid excepto hoc ꝙ dr̄ ptiū. si ergo personæ diuinæ dicuntur ad aliquid, ipsæ sunt aliquid præter ipsas relationes, & ita relationes non sunt personæ diuinæ. Præterea. Personæ diuinæ realiter distinguuntur. sed relatio nō distinguitur realiter, vt videtur, quia non distinguuntur adinuicem, nisi s̄m ꝙ ab essentia differūt a qua differunt solummodo rōne. ergo proprietates relatiuæ non sunt ipsæ diuinæ personæ. Præterea. Si proprietates relatiuæ essent idem ꝙ personæ, hoc modo se haberet ad Deū proprietas sicut persona. sed Deus dicitur trinus propter trinarium personarum. ergo diceretur quinus propter quinarium notionū, quod est falsum. Præterea. Persona diuina est generans, vel genita, vel procedens, non autem proprietas. ergo proprietas non est persona. Sed contra est quod Hyl dicit. Nec quicquā est Filius nisi Filius: sed Filius relationem significat. ergo Filius est ipsa relatio. Præterea. Illud quo constituitur aliquid, prius est eo naturaliter. sed personæ diuinæ constituuntur relationibus ipsis. ergo si relationes nō sunt ipsę diuinę psonę, ergo erit aliquid prius ipsis personis, quod est hæreticū. Respon. Dicendum, ꝙ simplex non indiuiduatur nisi a seipso: Diuinæ autē personæ sunt simplices. Impossibile est ergo ꝙ relationes quibus distinguūtur, & quasi indiuiduātur, sint s̄m rem aliud q̄ ipsæ, sed tamen sunt aliud rōne. Nam relationes, siue proprietates significantur vt quo aliquid distinguitur, persona autem vt quæ distinguitur. Idem autem est in Deo quo distinguitur & qui distinguitur, sed differt sola ratione, sicut qui est, & quo est, vt Deus & deitas. Quidam ergo attendentes horum alterum tantū s. differentiam rōnis, dixerunt proprietates non esse personas, vt Porretani. Quidam vero ecōuerso attendentes solam idēptitatem rei, dixerunt proprietates non esse in diuinis. sed tantū essentiam & personā, sed s̄m veritatē vtrūq; ponendum est per modum prædictum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ in personis

p.p.q. 32. ar. 2. c. & ad ter. q. 41. ar. 6. c.

nis diuinis est aliqd qd absolute dr qd tamen non est aliud re a relatione, sed ratione tantum, & hoc est essentia. Ad secundum dicendum, q quáuis relatio supra essentiam non addat aliquid fm rem, sed rõne tátum. sicut & bonitas vel sapientia, tamen quia relatio res quędá est, quæ est diuina essentia, sicut & bonitas, & sapientia, ideo Deus sicut realiter est bonus vel sapiens, ita realiter relatus, & per cõsequens est ibi realis distinctio, quæ relationem consequitur, & non rationis tantum. Ad tertium dicẽdum, q proprietates, licet sint ipsę personæ fm rem, non tamen significatur vt subsistentes sicut personæ, sed sicut inhęrentes. Numerus autẽ rebus nõ attribuitur fm proprietates inhęrentes. sed fm distinctionem rerum subsistẽtium: Et ideo Deus non dicitur quinus propter quinarium notionum, sed trinus propter trinarium personarum. Ad quartum dicendum, q proprietates non significantur vt suppositũ, sicut persona: Et ideo propter alium modum significãdi, quæ concretiue dicũtur de persona, de proprietate dici non possunt.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur q proprietates non sint in psõ nis: Idem enim non est in seipso, nisi ratione partium vt probatur in. 4. Physic. sed persona diuina nõ habet partes. cũ ergo proprietas sit idẽ quod persona, vt dictum est, videtur quòd proprietas non sit in persona. Præterea. Proprietas in rebus creatis est in eo cuius est proprietas, per modum accidentis: Nã proprium manat de genere accidentiũ fm Boe. sed in Deo non potest esse aliquod accidens. ergo proprietas non potest esse in diuina persona. Pręterea. Relatio non habet rationem proprietatis, nisi fm quod est ad alterum: Sic. n. distinguit. sed fm quòd est alterum nõ habet rationem inhærentis sed magis assistentis. ergo proprietates non sunt in personis. Sed contra est quod dicitur in pręfatiõe. In personis adoretur proprietas. Pręterea. Differentia constitutiua est in specie, sicut rõnale inest homini. sed sic proprietas personalis se habet ad personam sicut differentia constitutiua ad speciem. ergo proprietas est in persona. Respon. Dicendũ, quòd ex contrariis causis quidam conuenerũt in hoc quòd dicerent proprietates nõ esse in personis. Porretani. n. considerãtes rationem relationis, secundum quã ad alterum dicitur, dixerunt proprietates in personis non esse, sed personis exterius quasi adhęrere. E contrario vero Prępositinus considerans proprietatẽ, seu relationũ realitatem, dixit proprietates non esse in personis, sed ipsas psõnas, ponens quòd quandocũq; proprietates in diuinis nominãtur, sumitur abstractum pro cõcreto, vt paternitas pro Patre, per modum quo loquimur sic. Rogo benignitatẽ tuam. i. te benignũ. Si vero vtrũq; hoĩũ consideratur simul, sicut & necesse est, oportet dicere proprietates in personis esse: Hæc enim prępositio, in, importat distinctionem, in quantum est transitiua, & vnionem, rõne suę significationis. Sic ergo suæ trãsitioni sufficit transitio ratiõis, significationi autem vnitas realis, ad hoc quòd conuenienter proprietas in persona esse dicatur. Ad primum dicendũ, quòd proprietas & persona licet sint idem scdm rem, differunt tamen rõne, vt dictum est. Ad secundum dicendum, quòd in creaturis esse, quo proprietas inest, aliud est ab esse in quo subsistit id cui inest: Et iõ proprietas est accidens. Sed in diuinis esse quo proprietas inest personę, est ipsum esse quo persona subsistit: Et ideo nõn est accidens. Ad tertium dicendum quòd relatio in diuinis, q̃uis hẽat

Margin notes: In alio script. vt hic, — P. p. q. 28. ar. 2. c. De po. q. 8. ar. 2. c. P. p. q. 32. ar. 2. c. — P. p. q. 40. ar. 1. c. & ad sec.

rationem proprietatis ex respectu ad alterum, ipsa tamen relatio res quędã est, per modum idẽptitatis ad personam se habens, & per hunc modum proprietas in persona est.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic. sed cu3 q̃sito p̃cedẽtis articu.

AD quartum sic proceditur, & videtur quòd proprietates, seu relationes non sint in essentia: Illud enim cui inest relatio refertur, & per consequẽs distinguitur. sed essentia diuina nõ refertur, nec distinguitur. ergo relatio non est in essentia. Pręterea. Cum relatio sit idem quod essentia, nõ potest in ea esse nisi per modum idẽptitatis, sed hoc etiam modo est in persona, vt dictũ est. ergo eodem modo est proprietas in essentia, & in persona. sed ita est in persona quòd eã distinguit. ergo si est in essentia, ipsa distinguitur. Præterea. Cuicunq; inest essentia inest omne id quod est in essentia. si ergo proprietas, vtputa paternitas, est in essentia diuina, erit in Filio in quo est diuina essentia. nõ ergo proprietas est in essentia. Sed contra. Quicquid non est in essentia diuina, aut nihil, aut creatum est. sed neutrum eorũ proprietati conuenit, vt ex prædictis patet. ergo proprietas est in essentia. Pręterea. Persona diuina est idem quod essentia ??m rem. sed proprietas ??m rem est in persona. ergo ??m rem est in essentia. Respon. Dicendum ꝙ proprietas a persona & ab essentia differt rõne, cum vtroq; tamen est idem secdm rem, vt ex prædictis patet. Secundum hoc tamẽ ꝙ ratione ab vtroq; differt, aliter comparatur ad vtrũq;. Nam ad essentiam se habet sicut omnino disparatum, ad p̃sonam vero se habet in hac consideratiõe per modum formę inhærentis. Sic ergo in essentia, esse proprietas, dici non potest, nisi inquãtum est secdm rem cũ essentia idem, in persona vero esse dicitur ẽt ex illa parte quã ab essentia differre videtur, prout significatur vt proprietas, vel forma personæ. Ad primum ergo dicendum, quòd ratio illa procedit de eo in quo est relatio sicut forma in supposito vel in subiecto: Sic autem nõ est in essentia, sed in persona, vt dictum est: Et ideo essentia non refertur nec distinguitur, sed persona. Ad secundum dicendum, ꝙ proprietas est in persona, non solum rõne realis idẽptitatis, sicut dicitur esse in essentia, sed alio modo ẽt vt dictum est. Ad tertium dicendum, quòd ratio illa sequeretur si eadem ratione diceretur proprietas esse in essentia. qua essentia est in persona. Hoc autem non est. Nam essentia est in persona per modum formæ nõ autẽ proprietas in essentia: Et ideo ratio non sequitur.

p.p. q. 40. ar. ti. 1. ad sec.

Distin. Trigesimaquarta.

Prædictis autẽ adijciendum est.

Quæstio prima.

Hic est duplex quęstio.

Primo de comparatione essentiæ ad personam.

Secundo de his quæ translatiue de Deo dicuntur.

Circa primum quæruntur duo.

Primo, vtrum essentia sit idem quod persona.

Secundo de hoc ꝙ essentialia attributa approprantur in litera personis.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ persona & essentia in diuinis non sint idem: Persona enim significat aliquid incommunicabile, vt patet per diffinitionem Ric. qui dicit ꝙ persona est diuinæ naturæ incommunicabilis existentia. sed essentia cõmunis est pluribus. ergo essentia & persona nõ sunt idẽ in diuinis. Præterea. Affirmatio & negatio non verificantur de eodem. sed persona

In alio script. vt hic, p.p. q. 39. ar. 1. & 6.

persona generat, non autem essentia. ergo persona & essentia non sunt idem. Praeterea. Omnis natura quae est idem cum persona ex seipsa oportet quod indiuiduetur. sed in natura diuina non intelligitur indiuiduatio, siue incomunicabilitas ex essentia. sed ex proprietate. ergo essentia diuina non est idem quod persona. Sed contra. In Deo idem est quod est, & quo est, secundum Boe. sed persona significatur vt quod est, vel qui est, essentia autem vt quo est. ergo in diuinis est idem essentia quod persona. Praeterea. Essentia est in persona: nam persona est rationalis naturae indiuidua substantia. si ergo essentia diuina non sit ipsa persona, sequitur quod persona diuina sit composita, quod est inconueniens. Respon.

1. p. q. 16. ar. 5 ad pri. q. 17. ar. 1. c. 2. 2. ad ter. De vni. ar. 1. c. & ad secũdũ & adqrt. quol. 2 ar. 4. c.

Dicendum quod oportet dicere essentiam diuinam esse idem quod persona secundum rem, & quod inter ea non sit distinctio, nisi secundum intelligentiae rationem, vt in litera dicitur, & hoc patet si cõsideretur qualiter differt in nobis essentia & persona: Nomine enim essentiae significantur sola essentialia rei principia, sed in nomine personae includuntur omnia quaecunque possunt ei cõuenire, siue sint essentialia, siue accidentalia. Ergo persona significatur per modum totius: sed essentia per modum partis. In omnibus ergo rebus in quibus inuenitur aliquid praeter principia essentialia, differt essentia, & persona realiter, & hoc est in omni creatura. In Deo autem praeter essentiã suam nõ inuenitur aliquid quod si realiter distinctum, sed rõne tantum. Si autẽ praeter essentiam in Deo nõ esset aliqd, nec re, nec rõne differens, tunc essentia esset idem quod persona re, & ratione. Ad primum dicendum, quod secundum hoc persona ratione differt ab essentia, quod includit in suo intellectu proprietatem, non autẽ essentia: Et ideo ex hoc quod ratione distinguuntur essentia & persona cõtingit quod persona est incõmunicabilis, & essentia cõmunis. Ad secundum dicendum, quod persona, quia includit in suo intellectu quicquid rõne est in diuinis, ideo significatur per modum totius. i. vt suppositũ subsistens, non autem essentia. Vnde cũ generare sit rei existentis solum, ex ipsa differentia rationis contingit quod persona generat, & essentia non generat. Ad tertium dicendũ, quod proprietas, per quã est indiuiduatio vel incommunicabilitas in diuinis, nõ est aliud ab essentia re, sed ratione tantum: Et ideo nec persona ab essentia.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur quod inconuenienter in litera appropriantur essentialia attributa personis diuinis: Sapientia enim est principium verbi. sed principium verbi in diuinis est Pater. ergo sapiẽtia debet appropriari Patri, & non Filio. Praeterea. Potentia in diuinis dicitur, vel ad actum notionalem, vt generare, vel ad actum essentialem, vt creare. sed neutra potentia Patri appropriatur: Nam potentia generandi est ei propria. Potẽtia autem creandi non importat principium diuinae personae. ergo Patri potẽtia non appropriatur. Praeterea. Virtus ad potentiam pertinet, quia est vltimum potentiae secundum Philosophum in. 1. c. & m. sed virtus appropriatur Filio. 1. ad Cor. 1. Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam, & Spiritui sancto Luc. 6. Virtus de illo exibat & sanabat omnes. ergo omnis potentia non debet appropriari Patri. Praeterea. Bonitas habet rõnem causae finalis ad quã alia referuntur. sed secundum Hyl. Pater est ad quem aliae personae referuntur. ergo bonitas magis est appropriãda Patri quam Spirituisancto. Praeterea. Bonitas non est amor, sed amoris principium. cũ ergo Spiritussanctus sit amor

In alio script. vt hic, q. 2. o. p. p. q. 39. ar, 7. 8. o. & q. 45 a. 6. ad sec. q. 46. ar. 3. c. sed 1. p. q. 14. ar. 1. c. De ver. q. 7. ar. 3. c. quol. 2 ar. 15. c. fi. Roma. 11. l. 5. co. 3. 2. Cor. 12. l. vl. circa fi.

bonitas non debet Spirituisancto appropriari, sed Patri vel Filio. Respō. Dicendum, ꝙ sicut superius dictum est, duplici ratione fit appropriatio in diuinis. s. ratione conuenientiæ ad propria diuinarum personarum, & rōne differentiæ ad propria humanarum personarū. Vtroq; autem modo conuenit appropriatio quæ in litera ponitur, diuinis personis: Nam apud nos patres consueuerunt esse omnes impotentes propter senium: Et ideo Deo Patri per contrarium appropriatur potētia. Filii apud nos sunt insipientes propter inexperiētiam: Et ideo Filio Dei appropriatur sapientia. In nobis etiam ex multitudine iræ maior attractio vel expulsio spiritus fit, propter accēsionem sanguinis circa cor. & propter hoc, nomen spiritus quandam asperitatem sonat, secdm illud Exa. 25. Spiritus robustorū quasi turbo impellens parietem: Et ideo Spirituisancto attribuitur bonitas. Similiter potentia habet rōnem principii, & sic habet similitudinē cum propriis Patris, qui est principium totius deitatis. Sapientia vero cum Filio, qui procedit vt verbum, quod ad sapientiā pertinet. Bonitas vero spirituisancto congruit ꝙ procedit vt amor, cuius tota ratio est bonitas, vnde appropriatio in litera posita est conueniens. Ad primum ergo dicendum, ꝙ in nomine personali Patris non importatur aliquid ad sapientiam pertinens, sicut importatur in nomine personali Filii, quod est verbum, & ita sapientia nō ita Patri vt Filio appropriatur, & præcipue cum verbum sit sapientia in actu, in quo completio sapientiæ inuenitur. Ad secundum dicēdum, ꝙ potentia, secūdum ꝙ appropriatur Patri accipitur in ordine ad actum essentialem. Hæc autem potentia, licet non sit principium diuinæ personæ, ex hoc ipso tamen, ꝙ est principium alicuius habet similitudinem cum principio personali, & ita Patri appropriatur. Ad tertium dicendum, ꝙ virtus pōt tripliciter cōsiderari. Vno modo secundū ꝙ radicatur in potentia, & sic competit Patri. Alio modo prout per eam potentia operatur, & sic cōpetit Filio per quem Pater operatur. Tertio modo prout opus bonum reddit, & sic spiritui sancto cui appropriatur bonitas. Ad quartum dicendum, ꝙ ad bonitatem nō refertur aliquid, nisi perviam amoris: Et ideo bonitas spirituisancto q est amor, appropriatur. Ad quintum dicendum, ꝙ ex hoc ipso ꝙ bonitas est amoris principium, ideo habet quādam conueniētiam cum amore, & ita appropriari potest spirituisancto non autem Patri vel Filio, quia in propriis eorū nominibus non intelligitur aliquid ad bonitatem, vel ad amorem pertinens.

Quęstio secunda.

Deinde quæritur de

his quæ translatiue de Deo dicūtur. Et circa hoc quæruntur duo. Primo vtrum nomina creaturarum debeant de Deo translatiue dici. Secundo vtrum omnia quæ de eo dicūtur translatiue dicantur.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ de Deo nihil translatiue dici debeat. In diuina enim doctrina caueri debet hoc quod potest esse occasio erroris. sed consideratio creaturarū pręcipue corporearum fuit occasio idolatris errandi circa Deum, secundū illud Sapientiæ. 14. Creaturæ Dei in odium factę sunt, & in tentationem animæ hominum, & in muscipulam pedibus insipiētium. ergo nomina creaturarum corporalium non debent trāslatiue in Dei prædicationem assumi. Præterea.

In alio script. vt hic, q. 3. p. p. 4. 1. arti. 9. o. 3. con. c. 119. sup Bo et. de Tri. q. 2. arti.

Inter

Inter Deum & creaturam non potest attendi aliqua similitudo, quia neq; genere, neq; specie, neq; accidente coueniūt. sed translatio attenditur secundum aliquam similitudinem, vt patet per Philosophum. ergo nomina creaturarum in Deum assumi non debent. Preterea. Plus accedūt ad Dei similitudinem substantiæ spirituales q̃ corporales. sed in diuinam prędicationem non transsumūtur nomina spiritualium creaturarum: Non enim dicitur aliquando Deus Angelus, vel anima. ergo multominus noīa corporalium creaturarum sunt in diuinam prædicationem transumenda. Præterea. Secundum Boe. in lib. de Trini. In diuinis non oportet ad imaginationem deduci. sed huiusmodi transumptio ad imaginationem deducit. ergo inconuenienter fit in diuinis. Sed contra. Deus vnicuiq; creaturę prouidet ꝟm modum suū. Vnde dicitur Mat. xxv. Dedit vnicuiq; secundum propriā virtutem. sed modus connaturalis homini est vt ex sensibilibus cognitionem accipiat. ergo conuenienter homini tradūtur diuina sub metaphora sensibilium rerum. Prẹterea. Diuina mysteria sunt infidelibus occultanda Mat. vi. Nolite sanctum dare canibus, sed quidam modus occultandi est dum spiritualia sub corporalibus figuris tradūtur. ergo conuenienter fit transumptio huiusmodi corporalium in diuina. Respon. Dicendum ꝙ secundum Philosophum. anima quodāmodo est omnia, inquantū est potentia ad omnes species intelligibilium, & sensibilium. Per hūc ergo modum anima hominis debet in diuina cognitiōe perfici, per quem modū in creaturis diuina bonitas diffunditur, quarū quædam percipiunt diuinam bonitatē immaterialiter, vt incorporea, quędam vero materialr, vt corporalia: Et ideo adhoc ꝙ homo pfecte Dei notitia perficeretur oportuit ꝙ partim de diuinis instrueretur intelligibiliter, & immaterialiter, quod fit per intelligibiles Dei nominationes, vt cum docemur Deum esse bonum & sapientem, partim vero quasi visibiliter & corporaliter, vt cum nobis diuina sub similitudinibus rerum corporalium describuntur, & sic rebus diuinis vnimur, & quantum ad intellectum & quantum ad sensum, prout possibile est, & hanc causam assignat Diony. in epistola quam scribit ad Titum. Ad primum ergo dicendum, quòd erroris occasio tollitur per alia quæ in scripturis de Deo dicuntur absq; metaphora: Nam ex his quæ metaphorice dicuntur non est aliquid asserendum, nisi per ea quæ plane in scripturis dicuntur valeat approbari, vt August. docet in lib. de doc. Christiana. Ad secundum dicendum, ꝙ huiusmodi translatio corporalium ad diuina non fit secundum similitudinem generis, vel speciei, aut accidentis, sed proportionalitatis, vt cum dicitur Deus iratus, ex hoc ꝙ ita se habet ad puniendum sicut homo iratus ad vindicandum. Ad tertium dicendum, quòd in diuinis est imago relinquenda, q̃tum ad considerationis finem, in quo est iudicium, vt. s. de diuinis non iudicemus ad modum corporalium rerum, non autem q̃tum ad principium consideraitonis: Nam ex visibilibus creaturis quę sub imaginatione cadunt oportet in inuisibilium diuinorum manuduci intellectū, ꝟm doctrinam Apostoli ad Ro. I. Ad quartum dicendū, ꝙ propter similitudinem spiritualium creaturarū ad Deum posset de facili existimari ꝙ ꝟm ꝓprietatē, & non ꝟm metaphorā diceretur de Deo, sed de creaturis visibilibus manifestum est quòd secundū proprietatem de Deo dici nō pōt. Articulus secds.

AD secundū sic proceditur, & videtur ꝙ nihil possit dici de Deo, nisi

Marginalia (left): [illegible] Op. 60 [illegible]. II. 5.

Marginalia (right): p. p. q. 13. ar. 3. ad primū. — p. p. q. 19. ar. II. c. — p. p. q. 12. ar. 3. ad ter. — In alio script. vt hic, q. 3. ar. 2. o. — In alio script.

vt hic, d. 22. ar. 2. o. p. p. q. 13. ar. 6. o. & q. 33. ar. 3. o. Opu. 3. c. 27. Eph. 3. l. 4. co: 2.

metaphorice. Nomen enim vnius rei non nisi metaphorice de alia prędicatur, sicut cum dicitur homo, lapis. sed Deus non nominatur a nobis nisi nominibus creaturarum. Vnde dicitur in libro de causis ꝙ cum Deus dicitur intelligēs, nominatur nomine causati sui pri. & eadē ratio est de aliis quę de Deo dicūtur. ergo nullum nomen dicitur de Deo nisi metaphorice. Praeterea. Omne quod dicitur de aliquo ex sola rōne similitudinis, metaphorice prędicatur, sicut cum dicitur pratum ridet. sed Deum non possumus nominare nisi ex similitudine bonitatis eius in creatura reperta: Sic enim in Dei cognitionē deuenimus. ergo oīa nomina quę a nobis de Deo dicuntur metaphorice de eo predicantur. Pręterea. Omne nomen quod ab aliquo verius remouetur ꝗ affirmetur, de eo prędicatur metaphorice, sed talia sunt diuina nomina omnia, quia ſm Dio. negationes in diuinis verę sunt, affirmationes incompactę. ergo non de Deo nisi metaphorice praedicantur.

Sed contra est quod Ambro. distinguit nomina translatiua contra alia diuina nomina. Pręterea. Omne quod dicitur de aliquo metaphorice, minus vere in eo existit, ꝗ in eo vnde metaphora sumitur. sed quędam sunt nomina quorū res verius inuenitur in Deo, ꝗ in creaturis, sicut esse bonum, & alia huiusmodi. ergo non dicuntur de Deo metaphorice.

De po: q. 7. ar. 5. ad. 8.

Respō. Qd cū Deus sit cā exēplaris oīum rerū, ipsę creaturę ꝓponuntur, vt quędā imago Dei, per quā in ipsum deuenire possumus. Similitudo aūt in aliq̄ imagine reperta dupliciter potest considerari. Vno modo q̄tum ad rōnem formae, & sic imago ab exemplari non differt, & id quod notat formam imaginis potest etiam exemplari conuenire. Alio modo consideratur quātum ad esse qd habet in imagine, & sic diffidet ab exemplari, vnde quod sic de imagine dicitur, exemplari non cōuenit, sicut esse cupreū non conuenit homini. sed esse sic effigiatum: nomina ergo illa quibus designatur ratio formae ſm quam creatura, est Dei quasi imago, de Deo, & creatura dicuntur, per prius de Deo, cum illa ratio formae a Deo in creaturam effluat. Nomina vero in quorum significatione includitur etiam proprium esse creaturae non cōueniunt Deo, nisi metaphorice, sicut omnia quae species creaturarū designant, vt homo, lapis, & hmōi, & sic patet ꝙ non omnia metaphorice dicūtur de Deo. Ad primum ergo dicendum, ꝙ nomen intellectus dicitur esse creaturae inquantum ex creaturae inspectione ipsum imponimus. Quia tamen non est improprium ad id quod est proprium creaturę, sed ad id in quo creatura Deū repraesentat potest etiam de Deo absq; metaphora dici. Ad secundum dicendum, quòd in nominibus metaphorice dictis cum similitudine etiam includitur dissimilitudo, sed nomina quędam sunt quae id solum significant in quo creatura Deo est similis. Ad tertium dicendū, ꝙ nomina habent aliquid ex modo intellectus nostri quem significant, & quantum ad hoc omnia nomina quae sunt a nobis imposita, inconuenienter Deo appropriantur, quia nō eum intelligimus sicuti est. Aliquid vero habent & ex parte rei quam significant, & ſm hoc aliqua noia Deo aptantur non metaphorice.

In alio script. vt hic, lit.

Distin. Trigesimaquinta.

Cūq; supra disseruerimus etc.

Quaestio vnica.

Hic quaeruntur quinq;.
Primo vtrum in Deo sit scientia.
Secundo vtrum sua consideratio sit sua substantia.

Tertio

Tertio vtrum cognoscat seipsum.]
Quarto vtrum cognoscat alia.
Quinto vtrum cognoscat singularia.

Articulus primus.

In alio script. [illegible] sic, [illegible].q. 14. ar. 1.2. 1. con. c.45. De ver. q. 2. ar. 1.0, Opu.3. c.28.

AD primum sic proceditur, & videtur quod scientia Deo]non coueniat. Deo enim non conuenit aliquid quod dependet ab aliquo principio, quia in eo nihil est causatum. sed scientia dependet ab aliquo principio: Nã scientię principium est intellectus, secundum philosophum in. vi. Ethi. ergo scientia in Deo non est. Praeterea. Nihil potest Deo conuenire quod receptionem in eo importet. sed scientia importare videtur receptionem quandam, cum intelligere dicatur non secundum motum ad res. sed secundum motum ad intelligentẽ. Ergo scientia in Deo non est. Praeterea. Id quod est in mente nostra sublimius, est infra Deũ. sed illud quod est in mente nostra supremum, non deputatur scientiae, sed sapientiae secundum August. ergo in Deo non est sciẽtia. Sed contra est quod dicitur in Psal. 138. Mirabilis fa. est sci. &c. Praeterea. Secundũ] Ansel. Omne quod est simplex, & omnino melius esse, quam non]esse, Deo attribuendum est. sed scientia est hmôi. ergo est Deo attribuenda. Respon. Dicendum quod necessarium est in Deo ponere scientiam. Quod sic patet. Oportet. n. id quod est rerum omnium principium summe perfectum esse, quia omnia imperfecta reducuntur ad aliquod perfectum, sicut ad principium, sicut semen ad plantam, vel animal. Summa autem perfectio nõ potest inueniri nisi in cognitione: Nam res non cognoscẽs habet suam propriam perfectionem, & desunt sibi perfectiones omnium aliarũ rerum, res autem cognoscens non solum habet perfectionem propriam per quã in natura sua subsistit, sed etiam aliorũ, inquãtum alia per formas suas possunt esse apud cognoscentem, & omnium si res illa cognoscẽs nata sit omnia cognoscere, quod nõ potest esse nisi habeat cognitionem intellectualem: Nam cognitio sensitiua vltra corporalia se nõ extẽdit: Oportet ergo Deũ qui est perfectissimus, & a quo omnis perfectio deriuatur, intellectiuam cognitionem habere, quã scientiam dicimus ad pñs. Ad primũ ergo dicendum, quod scientia de Deo non dicitur nisi quantum ad id quod perfectionis est. s. rõne certitudinis, non autẽ secundum quod in nobis inuenitur per quendã discursum ab intellectu principiorum deducta. Ad secundum dicẽdũ quod rõ illa procedit de scia quae est a rebus accepta, talis aũt nõ est diuina sciẽtia, sed potius causans res. Ad tertium dicendum, quod diuina cognitio, & sapientia dicitur, inquantũ seipsum Deus cognoscit, & scientia, inquantum res tẽporales intuetur, quis & ipsa sapientia etiam apud nos scientia quaedam sit, cõmuniter nomine scientię accepto, licet secundum aliquã scientię acceptionem contra sapientiam distinguatur.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur quod opatio intellectualis Dei, non sit sua substantia. Omnis enim operatio est ab aliquo operante. sed diuina essentia non est ab aliquo. ergo diuina essentia non est ipsa operatio intellectualis Dei. Praeterea. Secundũ essentiam suam Deus non habet respectum ad creaturas. sed secundum operationem intellectualem ad creaturas refertur. ergo ipsa Dei consideratio non est substãtia sua. Praeterea. Si essentia Dei est idem quod eius intelligere, pari ratione erit idem quod eius velle. sed quaecunque vni & eidem sunt eadem, sibi inuicẽ sunt eadem. ergo Deo esset idem velle, & intelligere: quod falsum videtur: multa. n. intelligit quae non vult, & sic Dei essentia non est suum intelligere, vt videtur. Sed contra. Ipse Deus est sua beatitu-

p.p.q. 14. ar. 4.2. 1. con. c. 46. 47. Op. 3. c. 29. 30. & 31.

do, vt Boctius probat in lib. de consol. sed beatitudo, siue fęlicitas est operatio intellectus, secundum philosophum. ergo operatio itellectualis in Deo est ipse Deus. Præterea. Operatio intellectus, cum non transeat in exteriorē materiam, est in ipso intelligente, vt patet per philosophum. ix. me. operatio ergo intellectualis Dei est in ipso Deo. sed qc quid est in Deo est sua essentia, alias eēt in eo aliquod accidens. ergo ipsum intelligere Dei est ipsa essentia. Respō. Dicendum ꝙ quandocunq; substātia rei est aliud q̄ eius operatio, substantia est in potentia respectu operationis: Nam secundum operationem res est in suo vltimo complemento. Impossibile autem est diuinam substantiam esse in potentia respectu alicuius, cum ipsa sit actus purus & completus, vnde necesse est dicere ꝙ substantia Dei est ipsa sua operatio, ex quo sequitur ꝙ Deo sit idem esse, & viuere, & intelligere, & beatum esse: Nam substantia Dei est suum esse. Ad primū ergo dicendum, ꝙ esse ab aliquo in diuinis accipitur dupliciter. Vno modo secundum originem rei, sicut Filius est a Patre, & sic essentiæ diuinæ non cōpetit esse ab alio. Alio modo secundum originem rationis, inquantum .s. intellectus noster ea quæ Deo attribuit concipit secundū modum rerum quas inspicit, & sic operationē concipit vt ab alio existentem, inquantū apud nos operans non est ipsa operatio, sed operationis principium. Ad secundum dicendum quod operatio Dei, quamuis sit eius essentia secundum substantiam, tamen differt rōne, & ex hac parte contingit ꝙ operatio intellectualis habet respectum ad res intellectas, quem respectū essentia non importat. Ad tertium dicendum. ꝙ sicut intelligere est idem re cum essentia diuina differens ratione, ita & velle, & ex hac parte qua ab essentia

In alio script. vt hic, ar. 1. ad sec. De ver. q. 2. ar. 1. c.

differunt etiam abinuicem distinguūtur: Et ideo alium respectum importat velle, & intelligere, & propter hoc nō oportet ꝙ omnia sint volita a Deo sicut scita sunt. Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ Deus non intelligat se. Omne enim quod se intelligit comprę hendit se, quod autem compręhendit se finitum est sibi, quorum vtrūq; habetur ab Aug. in lib. lxxxiii. q. Deus autem nō est sibi finitus, quia ſm philosophum in vi. phisic. Infinitum non potest transiri, neq; a finito, neq; ab infinito. ergo Deus non intelligit se. Præterea. Scientia, & intellectus non sunt nisi de vniuersali: Nam secundum Boe. vniuersale est dum itelligitur, singulare dum sentitur. sed Deus non est vniuersale: quia sic non esset subsistēs. ergo Deus a seipso intelligi non potest. Præterea. Sicut se habet sensibile ad sensum, ita itelligere ad itellectum, vt dicitur in li. de anima. sed sensibile a sensu non cognoscitur quando est in naturam scientis versum, vt patet de calore fębris ethicę. ergo multominus intelligibile, qd est omnino idem intellectui, potest ab intellectu intelligi, & sic Deus non pōt intelligere seipsum. Sed contra est quod, Isid. dicit ꝙ Trinitas sibi soli nota est, & homini assūpto. Pręterea. Quāto est nobilius intelligibile tanto est nobilius ipsum intelligere, sed intellectus creatus potest intelligere Deum. Ergo si Deus seipsum nō intelligit, cum nullum intelligibile Deo ęquiparari possit, intelligere creaturę nobilius erit q̄ intelligere Dei, quod est impossibile. ergo Deus intelligit seipsū. Respō. Dicēdū, ꝙ aliqua forma ex hoc est itelligibilis ꝙ est imaterialis, qd patet ex hoc ꝙ ab intellectu nostro nihil pōt intelligi, nisi post omnimodam depurationem a materia, & materialibus conditionibus; Et quia intelligibile est perfectio

p. p. q. 14. ar. 2. o. 1. con. c. 48. De ver. q. 2. ar. 2. c.

In alio script. vt hic, ar. 1. ad ter. p. p. q.

o. ar. ctio intellectus,inquantum est intelligens actu,perfectio autem omnis est perfectibili proportionata,ideo oportet substantiã intelligentẽ esse imaterialẽ,& in hoc conueniunt intelligibile,& intelligens, differũt aũt in duobus. s. in hoc quod intelligẽs oportet esse subsistens,sicut & qdlibet operans,nõ aũt formã intelligibilẽ, & in hoc quod intelligibile comparatur ad intelligentem vt actus ad potentiam. Si ergo aliqua res imaterialis sit subsistens, & vltima completione completa absque distinctione potẽtiæ & actus, illa res erit intelligens seipsam. huiusmodi autem Deus est,vnde ipse seipsum perfecte intelligit.

p. q. Ad primum dicẽdum, quod Deus intelligit se,& comprehendit se,non obstante quod est infinitus:non enim est infinitus priuatiue,quasi habens partem post partem absque fine, quas necesse sit numerando pertransire ad completionem totius:sic enim esset impossibile ipsum comprehẽdi,vel a se,vel ab alio. Est autem infinitus negatiue,quia essentia sua nullo modo limitatur,& similiter nec suum intelligere, quod est eius essentia,vt probatum est. Sic ergo dicitur seipsum cõprehendere,inquantum eius essentia suum intelligere non excedit,& pro tanto et dicitur esse sibi finitus. Philosophus autem loquitur de infinito priuatiue,& sic patet solutio ad primum. Ad secundũ dicendum, quod duplex est intelligibile. Quoddam ex sua natura, & hoc non est vniuersale, sed res immaterialis subsistens,sicut Deus. Aliud est intelligibile ex actu nostro, quod. s. nos facimus intelligibile abstrahẽdo,& hoc est vniuersale. Ad tertium dicendum, quod sensus est virtus materialis, vnde oportet quod cognoscat per alterationem,& passionem, quod non potest esse nisi sensibile sit diuersum:intellectus autem diuinus est immaterialis, & nullo modo in potentia: Et ideo non est simile.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, ar. 2. o. p. p. q. 14. ar. 5. o. De ver. q. 2. ar. 3. o. 1. cont. c. 50.

AD quartum sic proceditur, & videtur quod Deus non cognoscat alia a se. Intelligere enim est perfectio intelligentis. Si ergo Deus intelligit aliud a se,aliquid aliud ab ipso erit perfectio ipsius,quod est impossibile. Præterea. Actus distinguitur secundum obiecta. sed intelligere Dei est vnica simplex operatio,cũ ipsa sit,ipsa Dei essentia. Si ergo intelligit seipsum nihil aliud a se intelligit. Præterea. Cognitio fit ratione similitudinis,quæ est inter cognoscẽtem,& cognitum. sed inter Deum, & creaturas est minima similitudo. ergo si Deus cognoscit eas,imperfectissime cognoscit,quod est inconueniens. non ergo cognoscit eas. Sed contra est quod dicitur Heb. iiii. Omnia nuda sunt, & aperta oculis eius. Heb. 4. l. 2. s. Præterea. Quicunque scit vnum relatiuorum scit & aliud. sed Deus est principium creaturarum,cum ergo ipse cognoscat seipsum, cognoscit & creaturas. Respon. Dicendum quod ex hoc aliquis est aliorum intellectiuus quod illa sunt apud ipsum modo intelligibili, sicut species rerum apud intellectũ. Oportet autem effectus in sua causa aliqualiter præexistere,& nobilius quam in seipsis: Agẽs enim producit sibi simile,nec agit vltra suæ speciei virtutẽ. Sic ergo oportet creaturas esse in Deo, qui est earum causa, nec possunt in eo esse nisi per modum ipsius Dei: quia vnumquodque inest alicui per modũ eius in quo est. Vnde, cum Deus sit immaterialis,& intellectualis naturæ,creatura est in ipso immaterialiter,& intelligibiliter. Ad primũ ergo dicendum, quod intelligentia est perfectio intelligentis,ratione suæ similitudinis qua intelligitur: creaturæ autem nõ per aliam speciem a Deo intelliguntur quam per essentiam Dei,ratione cuius creaturæ in Deo sunt. Nam creatura in creatore est creatrix essentia secundum Ansel. vñ

non sequitur q Deus aliquo alio perficiatur. Ad secundum dicendum, q actus distinguitur, non s̄m materialem distinctionem obiectorū, sed formalem. i. s̄m rōnem obiecti, & sic non distinguuntur ea quæ a Deo cognoscuntur cum & se, & alia per medium vnum cognoscat .s. essentiam suam. Ad tertium dicendum q quāuis sit maxima dissimilitudo inter Deum, & creaturam, considerata proprietate naturali vtriusq;, tamen secundū modum repræsentationis est expressiua similitudo, inquantum diuina essentia expressissime repręsentat creaturam. Hęc autem similitudo, & non prima ad cognitionem requiritur. Nā per speciē immaterialem res materiales cognoscuntur ab intellectu nostro.

Articulus quintus.

In alio script. vt hic, d. 36. q. 1. ar. 1. o. p p. q. 14. ar. 11. o. 1. con. c. 66. De ver. q. 2. ar. 5. o. Opu. 3. c. 134.

AD quintum sic proceditur, & videtur q Deus singularia non cognoscat: Intellectus enim diuinus immaterialior est q̄ noster. sed intellectus noster, ratione suæ immaterialitatis, singularia non cognoscit. Nam virtutes materiales ea tantum cognoscunt, vt imaginatio, & sensus. ergo Deus singularia nō cognoscit. Præterea. Singulare indiuiduatur per materiam. sed materia, cum sit in potentia solum, non habet similitudinem in Deo, qui est actus purus, & sic ab eo nō cognoscitur. g̃ nec singulare. Præterea. Deus omnia cognoscit per vnam essentiam suam. sed vnum non potest esse propria ratio multorū, ita quòd sit vniuscuiusq;, cum de ratiōe proprii sit quòd alii non conueniat. ergo Deus non habet propriam cognitionem de rebus, sed solum communem, & ita non cognoscit singularia. Sed contra. Nullus potest gubernare, & iudicare ea quę non cognoscit. sed Deus res particulares gubernat, & de actibus particularibus iudicat. ergo singularia cognoscit. Pręterea. Quod scitur tantum in vniuersali, scitur in potentia, quę quidem cognitio est imperfecta. si ergo Deus scit res tantum in vniuersali, scit res imperfecte, quod est inconueniens. Respon. dicendum, q Deus scit res s̄m q est rerum causa: Sic enim ostensum est res in Deo existere, & per consequens ab eo intelligi. Ipse autem est causa rerum, non solum q̃tum ad naturam cōmunem, sed etiam q̃tum ad omnia determinantia, & indiuiduantia naturam cōmunem, & etiam q̃tum ad omnes causas proximas, & remotas. Ita ergo Deus scit res, non solum q̃tum ad naturam cōmunem, vt quidam dixerunt, neq; solum s̄m rōnem generis, & speciei, vt alius visum est, sed etiā q̃tum ad singularitatem vniuscuiusq;. Vnde perfecte cognoscit singulare, sicut ille qui cognosceret omnia principia cōmunia, & indiuiduantia & oēs causas proximas, & remotas alicuius singularis, perfecte ipsum cognosceret. Ad primum dicendum, q species intellectus nr̄i a rebus accipiuntur quæ non agunt nisi ratione formæ. Vnde species intelligibiles cōparantur ad res ratione formarum suarum: Et ideo per eas non cognoscitur singulare, quod nō indiuiduatur ex forma, præsertim cum tales species immaterialiter in itellectu recipiatur. Sed essentia diuina per quā Deus intelligit est repræsentatiua formæ & materiæ, inquantum est vtriusq; causa: Et ideo non est simile. Ad secundum dicendum, q s̄m hoc similitudo rerum est in Deo secundum q res Deū imitantur. Res enim similis dicitur imagini suæ, inquantum imago eam imitatur, & per hūc modum diuina essentia est similitudo materiæ & cuiuslibet entis, quia vnumquodq; inquantum participat de esse, in tantum diuinam essentiam imitatur. Ad tertium dicendum, q essentia diuina est exemplar proprium cuiuslibet rei singularis ex hoc q alio, & alio

modo

modo diuersæ res eam imitantur, sed nulla perfecte.

Distin. Trigesimasexta.

Solet hic quæri cum

omnia dicantur.

Hic est duplex quæstio.
Prima de rebus a Deo conditis.
Secunda de Ideis.

Quæstio prima.

Circa primam duo quæruntur.
Primo vtrum ea quę Deus cognoscit, in Deo sint.
Secundo vtrum mala cognoscat.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur quod ea quæ Deus cognoscit non omnia sint in ipso: Deus.n. cognoscit res in propria natura existentes, sed res secundum quod sunt in propria natura non sunt in Deo, quia secundum quod sunt in Deo sunt creatrix essentia, vt Ansel. dicit. ergo ea quæ Deus cognoscit non sunt in Deo. Præterea. Si creaturæ sunt in Deo aut per suam essentiam, aut per suam similitudinem. Non autem sunt per suã essentiam, quia sic essentialiter essent Deus, cũ omne quod est in Deo, Deus sit. Nec per similitudinem, quia sic res verius essent in seipsis quam in Deo, quod est incõueniens. ergo creaturæ a Deo cognitæ, nõ sunt in Deo. Præterea. Io. 1. dicitur. Quod factum est, in ipso vita erat. sed quod in Deo est vita, in se est viuens, alias exemplatum discordaret ab exemplari, multæ autẽ creaturæ sunt non viuæ. ergo non omnes creaturæ sunt in Deo. Sed contra est quod dicitur Roma. xi. Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia &c. Præterea. Omne contentum est in continente. sed creaturæ continentur a Deo. ergo creaturæ sunt in Deo. Respon. Dicendum quod aliquid dicitur esse in aliquo dupliciter. Vno modo secundum suam essentiam. Alio modo secundum suam similitudinem, quia similitudo rei quodãmodo est res ipsa. Vtroque autem modo creatura in Deo esse dicitur. Nam ipsę res creatę, prout in propriis naturis existũt, a Deo in esse cõtinentur, & secundum hoc in Deo esse dicuntur, vt in conseruante, & continente, secundum illud act. xvii. in ipso viuimus, mouemur, & sumus. Omnes etiam creaturæ, vt supra dictum est, Dei essentiam imitantur, vnde sunt in Deo, etiam per similitudinem. Sed hoc cõtingit dupliciter. s. secundum similitudinem cognoscentis, & secundũ similitudinem causę agentis: Nam agens agit sibi simile, sicut & cognitio fit per similitudinem. Hæc autẽ duo in creaturis distinguuntur: Nam aliquid est in aliquo vt in potentia actiua eius existens, quod non est in eo per modum cognoscibilem, & econtrario. In Deo vero isti duo modi coniunguntur: Nam hoc modo cognoscit res quo causat eas. Ad primum ergo dicendũ, quod res ipsæ per essentiam suã a Deo cognosci possunt, inquantum per similitudinẽ suam in Deo sunt: Nam similitudo rei in intellectu existens est causa quod res quæ est extra animam cognoscatur. Ad secundum dicendũ, quod res habent verius esse in Deo quam in seipsis, sed tamen nomẽ rei impositum secũdum rationem propriæ speciei, magis proprie prædicatur de re in propria natura existente, quam secundum quod est in Deo, sicut similitudines rerũ materialium in intellectu nostro habẽt nobilius esse, quam in ipsis materialibus rebus, quãuis res materialis magis proprie dicatur homo, vel lapis, quam species quæ est in anima. Ad tertium dicendum, quod similitudo rei in anima, vel in Deo, potest dupliciter cõsiderari. Vno modo secundum esse quod in Deo habet, & sic dicitur eẽ vita in ipso: sic enim est ipse Deus, qui est vita. Alio modo secundum rationem

Ita alio script. et hic, ar. 3.

p. p. q. 39. art. 8. c. cir ca fin. Ro. 11 lect. 5. co. 3.

l. cognoscibilis, & ecõuerso.

formę per quã repræsentat rem exemplatam,& sic respondet ei res creata, & non primo modo,vnde non oportet ꝙ sola viuentia sint in Deo.

Articulus secundus.

In alio scrip. vt hic, p.p. q. 14.art. 10.o. 1 cont.c. 72. De ve. q. 2 art. 15. o.q. 10. 11.art, 2.o.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ Deus non cognoscat mala:Deus enim cognoscit res, inquantum est causa rerum. sed Deus non est causa malorum.ergo videtur ꝙ non cognoscat mala. Pręterea. Ex hoc creaturæ in Deo esse dicuntur,ꝙ a Deo cognoscuntur.sed mala non sunt in Deo.ergo mala Deus non cognoscit. Præterea. Quicquid cognoscitur,cognoscitur vel per simile,vel per contrarium. sed mala non habent similitudinem in Deo, cum sit summum bonum, nec eius essentię cõtrariantur,quia,cum Deus non sit in genere,nihil potest esse ei contrariũ. ergo mala Deus non cognoscit. Sed contra. Nullus potest esse vltor eorũ quæ ignorat.sed Deus est vltor malorum.ergo ipse cognoscit mala. Præterea. Nullum bonum summo bono põt deesse. sed cognitio mali quoddam bonũ est,cum per eã mala vitentur.ergo Deus cognoscit malum. Respon. Dicẽdum ꝙ propria cognitio de aliquo haberi non potest,nisi cognoscatur prout est distinctum ab omnibus aliis,quę quidẽ distinctio in affirmatione,& negatione consistit. Vnde oportet ꝙ quicunq; habet alicuius rei cognitionẽ propriã, ꝙ negationem eius cognoscat, & eadem ratione priuationem, quæ est negatio quædam. Cum ergo Deus, vt ex supra dictis patet, omnium rerum propriam notitiam habeat,omnium rerũ negationes & priuationes cognoscit. Vnde notitia mali Deo non deest, q̃uis aliquando dicatur nescire malos,in quantũ eos nõ approbat: sic enim dicitur nesciẽs, quasi ad modum nescientis se habens. Ad primum ergo dicendum,ꝙ quãuis Deus cã malorum culpæ non sit,est tamen causa bonorum quæ per illa mala priuantur, per quorum cognitionem illa cognoscit,nec hoc est ex imperfectione diuinę scientiæ vt mala per bona cognoscat, quia mala aliter cognoscibilia nõ sunt, cum non habeant speciem, sed sint priuatio speciei. Ad secundum dicendũ, ꝙ creaturę dicũtur esse in Deo rõne cognitionis,inq̃tum habent in ipso similitudinem,quod malis non competit. vnde nullo modo sunt in Deo. Possunt tamen dici esse in eius scientia, secundum ꝙ in scientia alicuius esse dicitur omne id quod per scientiam compræhẽditur. Ad tertium dicendum, ꝙ mala, quãuis non sint similia, vel contraria diuinæ essentię,sunt tamẽ contraria diuinis effectibus,qui diuinæ essentiæ similantur, & sic per eorum similitudinem cognoscũtur a Deo.

Quęstio secunda.

Deinde quæritur de ideis.

Et circa hoc quæruntur duo.
Primo an omnium quę Deus cognoscit ideæ in Deo sint.
Secundo de pluralitate idearum.

Articulus primus.

In scrip. vt hic ar.3. p.p. 15.ar 3.o. ve.q. ar.4. 6.7. o.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ rerum quas Deus cognoscit non oportet ideas in eo ponere: Dicit enim Dio. vii.cap.de diui.nom. ꝙ Deus non cognoscit res secundum ideã. sed ideæ non ponuntur in Deo, nisi ad cognoscendum.ergo ideas non est ponere in Deo. Præterea. Perfectissimus modus cognoscendi est Deo attribuendus.hoc autem est cognoscere rem per suam essentiã. ergo Deus cognoscit res per earum essentias.ergo nõ per ideas. Præterea. Deus cognoscit non solum entia,sed etiam non entia.sed non entiũ

ideę

ideę non sunt in Deo. ergo nō omnium quę a Deo cognoscuntur ideas habet. Pręterea. Materia prima non potest habere ideam in Deo, cum idea sit forma, nec etiam singularia, cum sint infinita, nec accidentia, cum ideę participentur ab ideatis: accidentia vero non participant sed sunt ipsę participatiōes, & hæc tamen omnia Deus cognoscit. ergo nō omnium quæ Deus cognoscit habēt ideas in seipso. Sed contra est quod Aug. dicit in lib. de ciuita Dei. Qui negat ideas esse infidelis est, quia negat Filium esse. ergo necesse est ideas ponere. Pręterea. Omne agens per intellectum habet rōnē sui operis apud se. sed Deus est hmōi ergo rationes rerum sunt apud Deum quas ideas dicimus. Respon. Dicēdum ꝙ circa creaturas duplex fuit antiquorum error. Vnus ponentium res a casu cōstitutas, alius ponentiū res processisse a primo principio per necessitatem naturę, quorū vterq; excluditur per positionem idearum: Nam idea est forma exemplaris, ad cuius imitationē fit aliquid. Ea autem quæ constituuntur a casu, non fiunt ad aliquid imitandū. Similiter quod agit ex necessitate naturæ non dicitur aliquid facere ad exemplar. Idem est ergo ideas ponere, ꝙ ponere mundum factum ab aliqua arte, & propter aliquem finē. Finis autē rerum non est alius q̄ Deus, vnde ideæ ad quarum imitationem res mundi sunt factæ non alibi q̄ in mente diuina ponendæ sunt. Ad primum ergo dicendum, ꝙ intentio Dio. est dicere ꝙ Deus non cognoscat res per ideam acceptā a rebus. Vnde alia translatio dicit loco huius. Neq; per visionem singulis se immittit, & sic non excluditur omnino ideas esse in Deo. Ad secundum dicendū, ꝙ res per essentiam cognosci non possunt ab aliquo intellectu, nisi per essentiam in intellectu existant, qualiter res non sunt in intellectu diuino. Vnde non cognoscit res alias per earum essentias, sed per suam, per quam perfectius repræsentantur. Ad tertium dicendum, ꝙ idea, cū non dicat similitudinem tm̄, sed similitudinem ad cuius imitatione aliquid fiat, proprie respicit practicam cognitionē quā habet artifex, non solum de his quę facere proponit, sed etiam de aliis quæ per artem fieri possunt, q̄uis nō sit actu practica, nisi respectu eorum quorum factio est in proposito artificis: Et ideo nihil prohibet Deum habere ideas illorum non existentium, quę facere pōt, vt intelligamus ideam ad cuius imitationē fit, vel natum est aliquid fieri. Ad quartum dicendum, ꝙ practica cognitio fertur in rem secundum ꝙ nata est per artem inesse deduci. materia autem prima & accidentia quę consequuntur ex principiis substantiæ non sunt nata in esse produci, nisi per productionem substantiæ perfectæ, et ideo non habent separatim ideas, sed cognoscuntur, & producūtur per ideas substantiarum completarum, secus autem est de accidentibus separabilibus, quæ separatim producuntur, & sic nihil prohibet separatim ea habere ideas. Singularia vero, quia per se existunt in esse seperatim, habent ideas, non obstante eorum infinitate si esset, quia respectus rationis per quos plurificantur ideæ: nihil prohibet in infinitū multiplicari.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur quod in Deo nō sint plures ideę. Quia secundum Dam. in diuinis omnia vnum sunt pręter in generationem, generationem, & processionem. sed per huiusmodi non distinguuntur ideæ. ergo non sunt plures. Præterea. In genere causæ efficientis est deuenire ad vnum primum effectum, similiter in genere causæ finalis, ad vltimum vnum

In alio script. vt hic, p. p. q. 15. ar. 2 o. 1. cō. c. 55. Dever. q. 3. ar. 2. o. Opu. 9 § 66.

finem, & in genere causæ materialis ad vnam primam materiam. ergo & in genere causæ formalis est ponere vnã primam formam. sed hæc est idea. ergo est tantum vna idea. Præterea. Ideæ diuersificari non possunt secundũ aliquid absolutum ratione simplicitatis diuinę, nec secundum relationes personarũ adinuicem, quia sic non importaretur in eis respectus ad creaturas, nec iterũ per respectum ad creaturas in propria natura existentes, quia sic non essent plures ab æterno, nec iterum per respectum ad creaturas in Deo existentes, quia sic sunt vnum tantum. ergo ideæ nullo modo possunt esse plures. Sed contra est qd August. dicit in lib. lxxxiii. q. ꝙ non eadem ratione homo & equus est cõditus. sed distinctio est causa numeri. sunt ergo plures ratiões, vel ideæ rerũ in Deo. Præterea. Heb. xi. Fide credimus aptata esse sęcula verbo Dei, vt ex inuisibilibus visibilia fierent. hæc autem inuisibilia nihil aliud sunt q̃ ideæ. ergo sũt plures ideæ. Respon. Dicendum ꝙ cum ordo, & distinctio rerum a diuina sapiẽtia processerint, oportet ponere ꝙ diuersarum rerum distinctę rationes apud Deum sint, quod hoc modo potest intelligi. Si intelligamus ideam non solũ id quo intelligitur. sed etiam id quod intelligitur: Artifex enim primo excogitat formam domus per quam vlterius eius cognitio deriuatur in opus: vnde ipsum excogitatũ est idea potius q̃ illud quo aliquid excogitatur. Diuina ergo essentia, eo ꝙ a nulla creatura plene imitabilis est a diuersis diuersimode imitari potest, ita ꝙ ab vnoquoq; imitetur secũdũ proprium modum. Hos autem imitabilitatis modos Deus in sua eẽntia cognoscit, cum suam essentiã perfectissime intelligat. Ipsa ergo diuina essentia, ẜm ꝙ est intellecta a Deo vt a tali creatura, est imitabilis, sic est propria ratio, vel idea huius creaturę, & secundum ꝙ intelligitur vt imitabilis, aliter est propria ratio alterius, & sic sunt plures ideæ vel rõnes ẜm diuersos respectus ad creaturas, qui diuinæ essentiæ cointelliguntur per intellectum diuinum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ Dam. loquitur de his quæ realiter distinguuntur, secũdum ꝙ sunt in Deo, non aũt de illis quæ distinguuntur ratione, sed ẜm ꝙ cognoscuntur a Deo, qui sicut est vere vnum, ita etiã vere multa cognoscit. Ad secundum dicendum, ꝙ vna prima forma est ipsa diuina essentia ẜm se considerata, ex cuius intellectu diuinus intellectus cognoscit diuersos modos imitabilitatis ipsius, in quibus pluralitas idearum consistit. Ad tertium dicendum, ꝙ ideæ distinguũtur per respectus ad res in propria natura existentes: Sic enim res ẜm ideas formantur, quæ q̃uis non fuerint ab æterno, fuerunt tamen cognitæ ab æterno, etiam vt in propria natura existentes, & sic intellectus diuinus poterat intelligere respectum essentiæ suæ ad res ipsas.

Distinct. Trigesimaseptima.

Et quoniam demon

stratum est ex parte.

Hic est duplex quęstio.
Primo quomodo Deus sit in rebus.
Secundo quomodo Deus sit vbiq;.

Quęstio prima.

Circa primum quæruntur duo.
Primo vtrũ Deus sit in rebus omnibus.
Secundo de modis quibus dicitur esse in rebus.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ Deus in rebus non sit. Quod enim est in aliquo non distat ab eo, sed Deus infinite distat a qualibet creatura. ergo non est in aliqua creatura. Præterea. Principia intrinseca rei sunt forma,

In alio script. vt hic.

forma, & materia. sed Deus non est principium rei, neq; vt forma, neq; vt materia. ergo Deus non est in creatura. Pręterea. Nihil quod est in aliquo excedit hoc in quo est, nisi forte sit partialiter in eo. sed Deus excedit qlibet creaturam, nec habet partem. ergo Deus nō est in aliqua creatura. Sed contra est quod dicitur Hiere. xxiii. Nūquid non coelum, & terram ego impleo. Praeterea. Vbicūq; est virtus Dei est ipse Deus. sed in qualibet re est virtus Dei: quia nulla res potest agere nisi virtus Dei in ea operetur, sicut virtus causae primae operatur in causa secunda. ergo Deus est in qualibet re. Respon. Dicendum, ꝙ diuersimode corporale, & spirituale in aliquo esse dicitur: Nam corporale dicitur esse in aliquo, vt contentū in ipso, sicut locatum in loco. Spirituale autē dicitur esse in aliquo, vt continens ipsū, sicut anima in corpore. Deus autem est continens quālibet rem in esse, & immediate: quia ipse est creator, & corporalium, & spiritualium, nec potest esse ꝙ rem in esse contineat, nisi ille qui influit rebus esse, qui est rerum creator, sicut lumen in aere non continet & cōseruat nisi quod lumen cōmunicat. Vnde cum oporteat agens in mediatum esse cōiunctum ei in quod agit, necessariū est Deū in qualibet re esse intimum, sicut esse rei est quod inter omnia est rei intimum.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ Deus a creatura in infinitum distat per naturae differentiam sed tamen per operationē vnicuiq; coniungitur, inquantum tenet rem in esse. Ad secundum dicendum, ꝙ forma, & materia sunt principia rei intrinseca, sicut partes essentię. Deus autem non sic, sed sicut continens rem in esse. Ad tertium dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de hoc quod est in aliquo sicut cōtentū in cōtinēte, nō aūt de hoc qd est in aliquo sicut cōtinēs in cōtēto.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ Deus non sit pluribus modis in rebus. Vbi enim vnum sufficit, plura ponere est superfluum. sed vnus modus essendi Deum in rebus sufficeret ad rerum conseruationem. ergo superfluū est ponere plures modos. Praeterea. Vbicunq; est essentia rei ibi res est secundum suam potentiam, & praesentiam. ergo non debent poni tres modi essendi Deum in rebus. s. per essentiam, potentiam, & praesentiam. Praeterea. Gratia est quaedam specialis perfectio quam creatura a Deo cōsequitur. si ergo vnus modus essendi Deum in rebus accipiatur ſm gratiam, videtur ꝙ pari ratione ſm quālibet formā accipi debeat vnus modus, quod est falsum. Praeterea. Habitatio firmam mansionem designat. sed effectus naturales, qui semper manent, firmiores esse videntur q̄ effectus gratiae, qui qñq; amittitur. ergo Deus in omnibus creaturis inhabitat ratione naturalium effectuum, sicuti in sanctis per gratiam, & sic modus quo Deus sanctos inhabitat, non debet poni specialis. Praeterea. Magis natura dicitur eē in supposito q̄ econuerso. sed in vnione Dei ad hominem, suppositum vel persona est ex parte Dei. ergo ratione illius vnionis nō debet dici ꝙ Deus sit in creatura, sed econuerso. Respon. Dicendum ꝙ isti modi dupliciter distinguuntur: Nam quidam eorum sunt generales respectu omnis creaturae. In omnibus enim est per essentiam, praesentiam, & potentiam. Alii vero sunt speciales aliquibus creaturis in quibus Deus est per gratiam. Primi ergo modi distinguūtur ſm ꝙ idem effectus diuersimode comparatur ad Deum: Inquantum enim est a Deo conseruatus in esse, dicitur in creatura Deus esse per essentiam, inquantū est Deo cognitus per praesentiam, inquā

In alio scrip. vt hic. & lite. p.p. q. 8. arti. 3.0.

tum totaliter potētiæ eius subiectus est per potentiā. Sed alii modi distinguuntur sc̄dm diuersos effectus quos Deus in creatura facit: Nam secundum effectum communem quē facit in qualibet creatura. s. esse naturale, sumuntur illi modi qui sunt cōmunes omni creaturę. Secundum vero esse spirituale quod facit in sanctis per gratiam adoptionis, sumitur modus inhabitationis per gratiam. Secundum vero esse illud singulare ad quod pducitur natura humana in Christo, vt. s. sit vna persona Dei, & hominis sumitur modus quo Deus est in Christo per gratiam vnionis. Ad primum ergo dicendum, q̄ vnus istorum modorū quibus Deus est in omnibus creaturis alterum ad sui perfectionem requirit. Nō enim esse creaturę perfectę a Deo conseruaretur, nisi perfectæ diuinæ potestati subiiceretur, & esset a Deo notum, qui omnia in sapientia facit: Ii autem modi sufficerent q̄tum ad esse naturale, sed nō q̄tum ad esse spirituale propter quod alii superadduntur. Ad secundum dicendum, q̄ licet isti modi cōmunes se cōsequantur s̄m rem, distinguuntur tamen s̄m rationem: Nam aliud est creaturam a Deo conseruari in esse, & aliud eius cognitioni, & potestati subiici. Ad tertium dicendum, q̄ per gratiam habet creatura ad Deum specialem comparationem, vt. s. vniatur Deo per fruitionē amoris: Et ideo gratia præ aliis formis constituit specialem modum existendi Deum in rebus. Ad quartum dicendum q̄ inhabitatio quandam familiaritatem designat: quia est propria mansio habitantis. Vnde rōne familiaritatis quā Deus habet ad sanctos, qui ei coniunguntur per fruitionem amoris, dicitur Deus habitare in sanctis præ aliis creaturis. Ad quintum dicendum, q̄ in Christo ex parte deitatis est, & suppositum, & natura. Ipsa ergo diuina natura est in supposito hominis, inquantum est idem suppositum diuinæ, & humanæ naturæ. Suppositum etiam æternum est in humana natura, inquantū in ea subsistit, sicut & suppositum Petri est in humana natura.

Quæstio secunda.

Deinde q̄ritur quomodo Deus sit vbiq̄.

Et circa hoc queruntur duo.
Primo vtrum esse vbiq̄ Deo conueniat.
Secundo vtrum sic ei proprium.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur q̄ Deus non sit vbiq̄. Esse enim vbiq̄ significat esse in loco. sed esse in loco Deo non competit: cum sit incorporeus, & incorporea nō sunt in loco, s̄m Boe. ergo Deus non est vbiq̄. Prętерea. Esse vbiq̄ significat esse in pluribus locis ratiōe distributionis. sed Deus in rebus omnibus nō est, vt in pluribus locis, quia hoc modo est in toto mundo, sicut anima in corpore s̄m August. ergo Deus non est vbiq̄. Præterea. Illud quod est in loco comparatur ad locum vt mobile ad immobile. Nam locus est immobilis, locata vero mobilia. sed Deus comparatur ad res, vt immobile ad mobilia. ergo magis res sunt in Deo vt in loco, q̄ e conuerso, & ita Deus non est vbiq̄. Sed contra est qd in Psal. 138. dicitur. Si ascen. in ce. tu il. es. &c. Præterea. Sicut Deus est ifinitę durationis, ita infinitæ magnitudinis sed ratione infinitæ durationis Deus dicitur esse semper. i. in omni tempore. ergo rōne infinitæ magnitudinis est vbiq̄ . i. in omni loco. Respon. Dicendum q̄ esse in loco dupliciter accipitur. Vno modo s̄m q̄ aliq̄d est in loco, vt in loco, & sic per se aliquid est in loco qd loco mensuratur, vt corpus, per accidēs autem

In alio scrip. vt hic, p. p. q. 8. ar. 2. o. 3. cō. c. 58

autem quicquid est in corpore. Alio modo dicitur aliquid esse in loco nõ vt in loco & sic accidentia loci sunt in loco, & genus ipsius & alia huiusmodi. Deus ergo dicitur esse vbiq; & ratione ipsius loci, & ratione locatorum. Ratione loci, inquantum quelibet locum in esse conseruat, & sic est in quolibet loco vt in qualibet re. sed hoc non est esse in loco, vt in loco. Alio modo ratione locatorũ, & sic est in quolibet loco, inquãtum ipse est in omnibus locatis: Et ideo Deo competit esse vbiq;. Ad primum ergo dicendum q̃ Boe. accipit esse in loco, vt in loco, & per se: sic autem Deo non competit esse in loco, nec aliquo nec omni. Ad secundum dicendum, q̃ non solum totum vniuersum quodam respectu cõmuni ordinatur in Deũ, sed etiam singule partes secũdum proprias habitudines: Et ideo Deus non solũ est in rebus omnibus vt in vno vniuerso, sed etiam in singulis, vt sunt ab inuicem distinctæ. Ad tertium dicendum quòd obiectio illa procedit de eo quod mensuratur loco, quod per se est in loco, vt in loco.

Articulus secundus.

In alio scrip. vt hic, p.p. q. 8. arti. 4. o. quo. 11 ar. 1. o. AD secundum sic proceditur, & videtur q̃ esse vbiq; non sit propriũ Deo. Quia vniuersale, secundum philosophum, est vbiq; & semper: Deus autem non est vniuersale, neq; particulare, ergo esse vbiq; nõ est proprium Dei. Præterea. Numerus partium vniuersi quædam res est. Cum ergo numerus sit in numeratis, hæc res erit vbiq;, & sic nõ solum Deus. Præterea. Id quod est proprium Dei non potest intelligi alicui creaturæ cõuenire. sed esse vbiq; potest intelligi alicui creaturę conuenire, sicut si Deus fecisset vnum corpus continuum quod totam capacitatem mundi impleret. ergo esse vbiq; non est proprium Dei. Sed contra est quòd Ambrosi. in litera probat Spiritumsanctum esse Deum propter hoc quòd est vbiq;. Præterea. Sicut semper, se habet ad tempus, ita vbiq; ad locum. sed semper, importat immensitatem. ergo & vbiq;, & ita soli Deo conuenit esse vbiq;, cum solus Deus sit immensus.

Respon. Dicendum q̃ sicut hoc aduerbium, semper si proprie accipiatur, non solum refertur ad omne tẽpus quod est, vel erit, sed etiam ad omne tempus q̃d potest imaginari: ita etiam hoc aduerbium, vbiq;, refertur ad omnem imaginabilem locum: Non enim proprie dicitur mundus semper fuisse, quãuis omni tempore fuerit: quia est accipere quando tempus non erat. sed hoc solum semper dicitur fuisse, extra cuius permanentiam non est possibile imaginari aliq̃d tempus. Similiter etiam illud proprie dicitur esse vbiq; absq; quo nullus locus imaginari põt, hoc autem non põt esse nisi infinitum. Vnde cum solus Deus sit infinitus, soli Deo competit esse vbiq;, proprie loquendo. Ad primum dicendum, q̃ esse vbiq; significat esse in loco: quod per se non competit nisi rei subsistenti. Vniuersalia autem quæ nõ subsistunt, vt materia prima, & numerus, vel quæcunq; huiusmodi, non sunt in loco nisi per accidens: Et ideo non competit eis esse vbiq; proprie loquẽdo, & p hoc patet solutio ad secundum. Ad tertiũ dicendum, q̃ si esset aliquod corpus cõtinuum replens totum spacium cęli nõ diceretur esse vbiq;, proprie, duplici ratione. Primo quia extra illud corpus est imaginabilis locus, vbi nihil corporis illius esset. Secundo quia illud corpus esset in toto spacio sicut in vno loco, in singulis vero locis non esset nisi ratione partium. Deus autem est totus in toto vniuerso, & in qualibet parte vniuersi, nec est possibile imaginari locum aliquem vbi ipse non esset, illo loco posi-

to, vnde sibi verissime & proprissime competit esse vbiq;.

Cũq; diuina natura.

Hic est duplex quæstio.
Primo de loco Angeli.
Secundo de motu ipsius.

Quæstio prima.

Circa primum quæruntur duo.
Primo vtrum Angelus sit in loco.
Secundo vtrum possit esse in pluribus locis simul.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p.p.q. 52. ar. 1.c. quo. 1. ar.4.c. & quo. 6. ar.3. c.

AD primum sic proceditur, & videtur q Angelus non sit in loco. Esse enim in loco, secundum philosophũ in.iiii.phisi. dupliciter dicitur .s. vt in loco, & nõ vt in loco, sed vt passio in subiecto: Angelus autem non est in loco vt in loco, quia nõ mensuratur loco, nec est in loco vt passio in subiecto, quod patiens est, nec vt causa in effectu, sicut Deus est in loco, quia angeli nõ sunt causa corporaliũ rerum. ergo Angelo nullo modo competit esse in loco. Præterea. Sicut tempus est mensura quãtitatis motus, ita locus quantitatis corporis. sed illud quod omnino caret motu nõ est in tempore. ergo cum Angelus omnino careat corporali quantitate, non est in loco. Præterea. Locus est quantitas potentiam habens, fm philosophum in prẽde. Angelo autem nullo modo cõpetit situs. ergo nec esse in loco. Sed contra est quod Dam. dicit, q Angeli ibi sunt vbi operantur. sed operantur in loco. ergo sunt in loco. Præterea. Cœlum empyreum mox vt creatum est, sanctis Angelis est repletũ, vt Strabo dicit. sed cœlum empyreum est locus corporalis. ergo Angeli sunt in loco corporali. Respon. Dicendum q Angeli sunt in loco, alio tamen modo q̃ corpora: oportet enim inter locum, & locatum aliquem contactum intelligere. Est autem duplex contactus. Vnus corporalis, fm quẽ corpora sunt in loco, qui quidem contactus attenditur secundum coniunctionem terminorum magnitudinis: Et ideo corpora sũt in loco per quandam cõmensurationẽ locati ad locum. Alius autem est contactus virtutis, fm quẽ spiritualia possunt corporalia tangere, non autem fm primum modum contactus. Hic autem cõtactus non requirit aliquam commensurationem quãtitatis: Et ideo Angeli sũt in loco, non tamen per cõmensurationem, siue per circũscriptionem. Sicut autem corpus, quãuis non tangat locũ nisi ratione quantitatis dimensiue, est tamen in loco secundum substantiam, ita etiam Angelus, quãuis tangat locum secundum quantitatem virtualem. Ad primum ergo dicendum, quod locus habet mensuræ rationem ad id quod est in eo per cõmensurationem .s. ad corpus, vnde sic esse in loco, vt in loco, est loco mensurari, non autem esse in loco per contactum virtutis, sicut Angeli sunt in loco: quia iste modus commensurationem non requirit. Ad secundum dicẽdum, q illa quę nullo modo mouentur, non mensurantur tempore, dicuntur tamen esse in tempore, secũdũ q tempori assunt: Sic enim Deum fuisse heri, & futurum esse cras dicimus, & sic similiter potest dici q Angelus in loco est, non q loco mensuretur, sed quasi præsentialiter loco assistens. Ad tertium dicendum q obiectio illa procedit de eo qd est in loco per cõmensurationem extremorum: rei enim habenti situm, cõmensurari non potest qd situm non habet.

p.p.q. 61.ar.4. ad pri. De po. q.3.ar 19.c.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, p.p.q.

AD secundum sic proceditur, & videtur q Angelus possit esse simul in pluribus locis. Sicut enim se habet quod caret motu ad tempus, ita se habet

par. 2 o. Op. 15.c.18 bet quod caret dimensione ad locũ. sed quod caret motu ſm ſuam indiuiſibilẽ durationẽ adeſt pluribus temporibus, vt patet de æternitate, & æuo, ſecundum quoſdam. ergo Angelus, qui non habet dimenſionem corporalem, poteſt ſimul eſſe in pluribus locis. Prӕterea. Angelus eſt ſimplicioris naturę ꝙ̃ anima, vel non minus ſimplicis. ſed quanto aliquid eſt ſimplicius, tanto in pluribus inuenitur, vt dicitur. v. me. Cum ergo anima ſit tota in ſingulis partibus corporis, & Angelus poterit eſſe totus ſimul in pluribus locis. Prӕterea. Cœlum empyreum Angelis, & ſanctis datur pro gloria. ſed gloria eorum nunquã minuitur. ergo inde nunꝙ̃ recedunt. ſunt autẽ aliquando hic circa nos, cum in miniſterium mittuntur. ergo Angeli ſunt ſimul in pluribus locis. Sed contra eſt q̃d Dam. dicit, ꝙ cum ſunt in terra, nõ ſunt in cœlo. Prӕterea. Secundũ philoſophum in. iiii. phiſi. eiuſdem rationis eſt duo corpora in vno loco eſſe, & quęcunꝙ plura. ergo ſimiliter eiuſdem rationis eſt Angelis ſimul eſſe in duobus locis, & in quibuſcunꝙ pluribus. ſed nõ poteſt ſimul eſſe Angelus in quibuſcũꝙ pluribus, quia ſic eſſet vbiꝙ, quod eſt ſolius Dei proprium. ergo Angelus nõ poteſt ſimul eſſe in duobus locis. Reſpõdeo. Dicendum ꝙ Angelus in pluribus locis ſimul eſſe nõ poteſt: pðt enim in loco eſſe per contactum virtutis, virtus autem finita non poteſt ſimul ad plura terminari, vnde ab vna virtute finita non progrediuntur duo actus ſimul: Et ideo ad duo diuerſa loca nõ poteſt attẽdi ſimul virtualis contactus ipſius Angeli, & propter hoc in pluribus locis ſimul eſſe non poteſt: Nec tamen oportet ꝙ ſit ſolum in aliquo loco indiuiſibili, cũ in loco non ſit per cõmenſurationem: poteſt enim eſſe in aliquo loco diuiſibili, & tunc virtus ſua refertur ad omnes partes ipſius loci diuiſibilis, ſicut ad vnũ locum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ totum tempus eſt continuum, non autẽ omnia loca ſunt cõtinua, vt poſſint omnia loca ad Angelum cõparari vt vnũ quid. Vel dicendum ꝙ quia Angelus eſt in loco per contactum, non autem poteſt ſimul duo loca contingere: ideo nõ poteſt eſſe ſimul in locis duobus. in tempore autem eſt per concomitantiam, ga æuum, quod eſt menſura Angeli, eſt totũ ſimul, ideo Angelus poteſt adeſſe ſimul pluribus partibus temporis, vt quidam dicunt. Ad ſecundum dicẽdum, ꝙ anima nõ eſt in pluribus partibus corporis vt in pluribus locis, ſed ſicut forma in partibus vnius perfectibilis. Angelus autem non eſt ſicut forma in loco aliquo corporali, ſed ſicut omnino diſparatũ ſecundum naturam, & tamen poteſt in pluribus partibus vnius loci eſſe ſimul, ſi virtualiter contingat locũ continuũ. Ad tertium dicendum, ꝙ eſſe actu in cœlo empyreo, vel nõ eſſe, non auget, neꝙ minuit gloriam Angeli: ſed hoc ad gloriam ipſius pertinet ꝙ talis locus ſibi debeatur, qui ei debetur etiã cum actu in eo non eſt. Peter, q. 3. ar. 19. & d quartũ

Quęſtio ſecunda.

Deinde quæritur de

motu Angeli.

Et circa hoc quęruntur duo.

Primo vtrum moueatur in loco.

Secundo vtrum moueatur in tempore.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic, p. p. q. 53. ar. 1 o. Op. 15. c. 18 5. AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ Angelus in loco nõ moueatur: Omne enim quod in loco mouetur eſt in potentia ad locum, quia motus eſt actus exiſtentis in potentia, & ita habet materiam ad vbi, ſicut corpus cęleſte. ſed Angelus non eſt huiuſmodi, cum ſit immaterialis, ſm Dio. ergo non moue

tur ꝯm locum. Præterea. Omne qd mouetur, mouetur secūdum locum, vel ex se, vel ex alio. sed Angelus non moue tur ex alio: sic enim nobilius moueretur anima q̄ Angelus, nec iterum mouetur ex se: quia omne quod sic mouetur diui ditur in duas partes quarum vna est mo uens & alia mota (vt probatur in. viii. phi.) ꝙ Angelo couenire nō potest, cum sit indiuisibilis substantia. ergo Angelus localiter non mouetur. Præterea. Omne quod mouetur partim est in ter mino a quo, & partim in termino ad quem, vt probatur in. vi. phisi. sed Ange lus non habet partem, & partem. ergo localiter non mouetur. Prȩterea. Motus localis est continuus. si ergo An gelus mouetur localiter, continue mo uetur. sed nihil mouetur continue in lo co nisi corpus. ergo Angelus est corpus, quod est impossibile. probatio medij. Omne qd mouetur continue pertrāsit ola media, sed inter duo extrema spacii in quo est motus localis sunt in infinita indiuisibilia, quæ non possunt pertransi ri, nisi ab aliquo continuo quod etiam sit in infinitum diuisibile: quia indiuisi bile pertrāseundo ea, omnia singillatim contingeret, quod est impossibile ꝙ infi nita actu pertranseat. ergo omne quod mouetur in loco continuo est corpus continuum, & sic Angelus non mouetur in loco. Sed contra. Omne quod est aliquando hic, & aliquādo ibi, mouetur in loco. sed angelus est huiusmodi, vt ex scripturis patet, ex quibus habetur ꝙ Angeli quandoq; vni, quādoq; alteri mi nistrant, & quandoq; etiam sunt in cȩlo empyreo. ergo Angelus localiter moue tur. Præterea. Posito posteriori, po nitur prius. sed motus localis est primus motuum, vt probatur in. viii. phisi. cum ergo Angelus aliquo motu moueatur, quia non est omnino imobilis sicut De us, videtur quòd moueatur localiter.

Respon. Dicendum ꝙ sicut Angelo conuenit aliter esse in loco q̄ corpori, ita & aliter in loco moueri: Corpus. n. est in loco per commēsurationem, & ita mouetur cōmensurando se spacio. An gelus autem est in loco per contactum virtualem in quo nulla commensuratio importatur. Virtus autem Angeli non est obligata ad hūc vel istum locum, vn de sicut quandoq; est in hoc loco per cō tactum virtualem, ita quandoq; potest esse in altero sine aliqua commensura tione ad loca extrema vel media. Ad primum ergo dicendum, ꝙ corpus com paratur ad locum, vt ad mensuram cō tinentem: Et ideo comparatur ad locū sicut potentia ad actum. Nam contine re est formæ, cōtineri vero materiæ. Sed virtus rei spiritualis, per quam tangit rē corporalem, non se habet ad locum vt potentia ad actum, sed magis econuer so. vnde nō oportet ꝙ Angelus habeat materiam ad vbi. Ad secundum dicē dum, ꝙ ideo oportet motum ex se diui di in duo, quorum vnum sit mouens, & alterum sit motum in motibus corpo ralibus, quia non potest idem reducere se de potentia ad actum. Angelus autem non comparatur ad locum, vel ad motū vt potentia ad actum: Et ideo in motu Angeli dictum philosophi locum non habet. Ad tertium dicendum, ꝙ ver bum philosophi itelligitur de eo quod mouetur commensurando se spatio, ita ꝙ motus eius ex continuitate spacii cō tinuitatem recipiat, quod aliter esse nō potest nisi cōtinue intercipiat spacium partim hic, partim ibi existendo. Motus autem Angeli non est per commensura tionem, vt dictum est, vnde non requiri tur in eo continuitas, sed ordo tantum successionis, ita ꝙ angelus prius sit in hoc loco, & postmodum in alio: Et ideo ratio nō sequitur. Ad quartum dicē dum,

dum, ꝙ motus Angeli in loco poteſt eſſe continuus, & non continuus. Continuus quidem, inq̃tum poteſt eſſe in loco diuiſibili, vt ex ſupra dictis patet, & ſic paulatim, & continue poteſt aliquid ſpacii attingere ſine hoc ꝙ ipſe in ſua ſubſtantia ſit diuiſibilis, non continuus vero ſecundum ꝙ Angelus intelligitur ſine medió diuerſa loca contingere. Ad q̃ntum dicẽdum, ꝙ ſicut ex ſupradictis patet. Angelus quãuis non ſit corpus põt tamen in loco diuiſibili eſſe, & ſic motus ejus ex parte loci cõtinui poteſt habere continuitatem, & ex parte angeli poteſt eſſe non cõtinuus, ſed ſucceſſiuus ſolum, vt ex dictis patet, nec oportet ꝙ omnia media tranſeat, quia motus eius nõ eſt per cõmenſurationem ad ſpaciũ, ſed per virtualem contactum, qui quidẽ contactus continuitatem non requirit.

In alio ſcript. vt hic, arti. 3. p.p q. 53.art. 3. o. quol.9 ar.9.o. & quo. 11.art. 4. o.

Articulus ſecundus.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur quòd angelus nõ moueatur in tempore: Omnis enim motus rei eſt ſecundum ſubſtãtiam eius vel operationem. ſed angelus eſt ſubſtantia ſupra tempus exiſtens, & ſecundum ſubſtantiã, & ſm operationem vt dicitur in lib. de cauſis. ergo nõ mouetur in tempore. Pręterea. Secundum Dio. iii. cap. de diui. no. motus circularis angeli attenditur ſecundum conuerſionem in Deum, rectus autem ſecundum conuerſionẽ in inferiora, obliquus vero ſecundũ vtrũq;. ſed angelus nõ indiget tempore ad hoc ꝙ per intellectum conuertatur ad Deũ, quia ex hoc ẽ ęternitatis particeps, neq; ad hoc ꝙ conuertatur in inferiora, aut quòd ordinem eorum ad Deum cognoſcat, cum intellectum habeat deiformẽ. ergo motus angeli non eſt in tempore. Præterea. Cum angelus mouetur localiter non poteſt eſſe ſimul in termino a quo, & in termino ad quem, quia nihil eſt ſimul in pluribus locis, nec partim in vno, & partim in altero, quia indiuiſibilis eſt. Oportet ergo ꝙ ſemper ſit, vel totus in vno, vel totus in alio, & ſic inter iſta duo nihil cadit medium. ſ. inter eſſe angelum in vno termino, & eſſe cum in alio. ſed omnis mutatio, inter cuius extrema nihil cadit medium, eſt in inſtanti. ergo angelus mouetur de loco ad locum in inſtanti, & ita non mouetur in tempore. Præterea. Illud a quo denominatur aliqua ſpẽs motus oportet eſſe motus terminũ, quia motus, ſpeciem a terminis recipiunt. ſed tẽpus nõ eſt terminus alicuius motus, ſed ſolũ mẽſura. ergo nõ debet aſſignari angelo motus ſecundum tempus diſtinctus contra motum localem. Sed contra eſt quod Augu. dicit in litera quòd Deus mouet creaturam ſpiritualem per tempus, corporalem vero per tempus, & locum. Pręterea. Vbicũq; eſt aliqua ſucceſſio ibi eſt aliquo modo tempus. ſed in his quæ ad angelum pertinent oportet eſſe aliquam ſucceſſionem, vel quantum ad ſubſtantiam, vel quantum ad operationem, alias coęquaretur Deo in æternitate, quod eſt impoſſibile. ergo oportet in his quæ ad angelum pertinent intelligere tempus, & ſic angelus per tẽpus mouetur. Reſpon. Dicendum ꝙ motus dupliciter accipitur. Vno modo improprie pro ipſa operatione itellectus, vel appetitus, eo quòd intellectus intelligendo fertur in ſuum obiectum, & appetitus appetendo; & huiuſmodi motus tẽpore non menſuratur, niſi per accidens in nobis, inquantum intellectus noſter accipit a cõtinuo, & tempore, quod quidem accidens in angelis non eſt, vnde talis eorum motus non eſt in tempore. Alio modo accipitur motus magis ꝓprie: ex hoc quòd aliquid tranſit ex vno in alterũ, & ſic in angelo eſt duplex motus. Vnus quando tranſit de loco in locum. Alius quando tranſit de affectione

in affectum,vel de intellectu vnius rei in intellectū alterius rei,& in istis duobus motibus angeli,oportet successionē itelligere,eo ꝙ non est sil in pluribus locis, nec simul diuersis affectioibus afficitur, in bonum.s.& malum,nec etiam diuersa simul per diuersas species itelligit intellectu naturali,vt in secundo dicetur: Et ideo omnes huiusmodi motus sunt in tempore,& tēpus quo huiusmodi motus mensurantur nō est continuum , q̃a neq; habet continuitatem ex motu quē mensurat,cum in operationibus sibi succedentibus aut cōtrariis spiritualibus ad diuersa loca non sit aliqua continuitas,neq; etiam habet continuitatem ex motu celesti ad quē prædicti motus nullum habent ordinem . Ad primum ergo dicendum, ꝙ per authoritatem illā lib.de causis ostenditur angelus totaliter,esse supra tempus quod mēsurat motum cęli.est tamē in operationibus angeli tempus modo prædicto. Ad secundum dicendum ꝙ Dio . accipit motum pro operatione,& sic motus intellectualis naturæ tempore non mēsuratur,per se loquendo. Ad tertium dicendum,ꝙ quando duo extrema mutationis sunt immediata,& alterum eorum habet continuitatem ratione alicuius motus annexi,tunc talis mutatio est terminus motus: Et ideo non est in tempore,sed in termino temporis . Sed quando neutrum extremorum habet continuitatem , nec per se , nec per accidens,tunc talis mutatio non potest esse terminus motus,vnde non potest esse quòd alter terminorum participet ad tempus præcedens quo mensuratur motus , & alter ad terminum temporis quo mēsuratur terminus motus,sed oportet ꝙ duo termini habeant proprias mensuras eis respondentes.s.duo nunc sibi succedētia, quæ ad præsens tempus dicimus. Ad quartum dicendum,ꝙ illud a quo nominatur aliquis motus vt a dante speciem oportet esse terminum motus, quia ab eo sortitur speciem,non autem si denominetur vt a mensurante: Contingit.n. duobus modis motum aliquem denominari.

Distin. Trigesimaoctaua.

Nunc ergo ad propositum reuertentes.

Hic est duplex quæstio.
Prima de causalitate diuinæ scientiæ.
Secunda de cognitione contingentiū.

Quęstio prima.

Circa primum quęruntur duo.
Primo vtrū res sint causa scientiæ Dei.
Secundo vtrum scientia Dei sit causa rerum.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur,& videtur ꝙ res scitæ sint causæ diuinæ scientiæ:Veritas enim ad rationem sciētiæ pertinet: quia scientia nō nisi verorum est , sed veritatis causa sunt res,quia ex eo ꝙ res est vel non est,est oratio vera vel falsa.ergo res sunt causa scientiæ Dei. Præterea. Scientia est assimilatio scientis ad rem scitam,vt Algazel dicit. causæ autē nō assimilantur effectibus, sed magis econuerso,secūdum Dio.ergo res scitæ sunt causa scientiæ,& non econuerso. Præterea. Quæcunq; se consequuntur adinuicem oportet ꝙ dependeant ab vna causa,vel vnum eorū sit causa alterius. sed Deum scire mala,& mala esse se consequuntur. cum ergo scientia Dei non sit causa malorum,videtur ꝙ mala fieri sit causa quare Deus mala cognoscat. Non enim potest dici ꝙ vtrūq; ex aliqua causa extrinseca dependeat. Sed contra. Temporale non est causa æterni: scientia autem Dei est æterna. ergo res temporales scitę a Deo non sunt causa ipsius

ipsius scientiæ. Præterea. Malum non est causa boni. sed scientia Dei est bonū. cum ergo scitorum a Deo quędam sint mala videtur esse impossibile ꝙ res scitę sint cā diuinę scię. Rñ. Dicendū ꝙ res
p.q. scitę nō pñt esse causa alicuius scientię
4.art. nisi rōne speciei intelligibilis qua sciēs
ad 3. scit, inquantū illa species a rebus scitis
et ar.11 accipitur, vt in ītellectu nostro accidit.
c.ſ. De Nam vis intelligendi non potest causari
ve.q.2. a re scita inquātum huiusmodi: illud au
ar.3.ad tem quo Deus intelligit oēs res est essen
pri. 1. tia diuina, cuius constat res causas non
cont.c. esse. vnde res scitæ nullo modo possunt
63.r.6 esse causa diuinæ scientiæ. Ad primum
et 66. ergo dicēdum, ꝙ veritatis quæ est in in
c.6. tellectu nostro, vel in signo ipsius. s. enū ciatione, causa sunt res, non autem veri tatis quæ est in intellectu diuino, eo ꝙ intellectus noster est mensuratus a rebus
De ver. quarum intellectus diuinus est mensura.
vbi su. Ad 2m dicendū, ꝙ verbū Algazel intelli
ar. 1. ad gitur de scientia nostra quæ a rebus su
sextum mitur, non autem de sciētia diuina. Vel si cōmuniter accipiatur: accipitur assimilatio large pro quacunq; similitudine, siue sit causati ad causam, siue econ
p.p.q. uerso. Ad tertium dicendum, ꝙ Deus
14.art. malorum causa nō est, nec diuina scien
10.o. tia, cum mali causa bonum esse nō possit, nisi per accidens: aliter. n. malum causam non habet. Bonorum autem causa diuina scientia est; Et sic ratione diuinæ scientiæ infallibilis quidem est cōsequutio inter esse malorum, ipsamq; scientiā Dei, sed tamen malorum causa non est.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, ar.1.o. p.p.q. 14. ar. 8. o.1. có. vbi

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ scientia Dei non sit causa rerum scitarum: Posita enim cā ponitur effectus. sed scientia Dei est æterna. cum ergo res scitę a Deo sint tēporales, earum causa scientia Dei non est. Prætetea. Deus non tm̄ scit entia, sed etiam non entia, non entium vero causa non est, neq; ꝙ sint, neq; ꝙ non sint. ergo pari rōne non erit causa entiū. Præterea. Scia Dei cōparatur ad res creatas sicut scientia artificis ad artificiata. artificiatorum autem causa nō est scientia artificis, sed voluntas, quæ mouet ad opus. ergo scientia Dei nō est cā rerum. Sed contra est quod in Psal. 103. dicitur. Omnia in sapientia fe. Præterea. Sicut scientia nostra mensuratur a rebus, ita res mensurantur diuina sciētia, vt patet per philosophum. x. ethic. sed res sunt causa scientiæ nostræ: ergo econuerso scientia Dei est causa rerum. Respon. Dicendum ꝙ omnium rerū creatarum aliqualiter est causa diuina scientia: Omne enim imperfectum ab aliquo perfecto sumit originem. formæ autem in natura rerum existentes, ex hoc ipso ꝙ in materiis recipiuntur, imperfectę sunt: ex hoc enim ꝙ indiuiduantur, cōmunitas earum ad hoc particularę restringitur, vnde oportet harum formarū prima principia existere formas suā cōmunitatem retinentes, non quidē per se subsistētes, vt Plato dicebat: hoc enim impossibile ostēdit philosophus, sed existentes in intellectu diuino: In solo enim intellectu forma suæ cōmunitatis rōné seruare pōt, & hæ formæ dicuntur ideæ, de quibus supra habitū est. sic ergo sciētia Dei cōtinens huiusmodi formas, est prima rerum origo: Nec tamen omniū quæ Deus scit, eius scientia est causa: Nā ex scientia non procedit opus, nisi mediante voluntate imperante, & potentia exequente. Vnde malorum, & nō entium, ad quæ Dei voluntas non inclinatur, scientia Dei non est causa, similiter, nec æternorum, quę potentiæ non subduntur. Vnde scientia non est tota causa, sed simul scientia, & voluntas. Ad primum ergo dicendum, ꝙ quia a scientia non procedit opus, nisi mediante voluntate, non oportet ꝙ quādocūq;

sup. De ver. q. 2. ar. 14 o.

fuerit diuina scientia fuerint creaturæ, sed quando ei placuit. Ad secundum dicendum, quod quantum ad non entia, scientię Dei deest voluntas operandi: Et ideo horum causa Deus non est. Ad tertium dicendum, ꝙ scientia artificis, & si non sit causa proxima artificiatorum, est tamen causa prima quam artificiata imitantur.

In alio script. vt hic, ar.4.o.

Quæstio secunda.

Deinde quæritur de

cognitione contingentium.

Et circa hoc quæruntur duo.

Primo vtrum Deus sciat contingentia futura.

Secundo vtrum scientia sua sit variabilis.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, ar.5.o. p p.q. 14.art. 13.o.1 con.c. 68. De ve.q.2. arti.12 o.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ Deus nesciat contingentia futura: Nihil enim potest sciri nisi verum, vt habetur primo posteriorum. sed contingentia futura nō habent veritatem, vt probatur primo Perier. ergo de contingentibus futuris Deus scientiam non habet. Pręterea. Ista conditionalis est vera, si Deus scit aliquid, illud est verum, alias Deus sciendo falleretur. sed huius conditionalis antecedens est necessarium. ergo & consequens est necessarium. nihil ergo contingens potest esse scitum a Deo. Præterea. Scientia Dei est causa rerum creatarū. sed si causa est necessaria, & effectus necessarius erit. ergo, cum sciētia Dei sit necessaria, videtur ꝙ res scite ab eo sint necessariæ, & ita non cognoscit contingentia. Sed contra est quod dicitur in Psal. 32. Qui finxit si.cor.eorum, qui intelligit omnia opera eorum. sed opera humana sunt contingentia. ergo Deus de contingentibus scientiam habet. Præterea. Deus scit res inquantum est causa rerum, vt ex supradictis patet. sed ipse est causa, non solum necessariorum, sed etiam cōtingentium. ergo ipse scit non solum necessaria futura, sed etiam contingentia. Respon. Dicendum ꝙ futurum contingens dupliciter potest considerari. Vno modo secundum ꝙ est futurum, & sic nihil aliud est cognoscere futurū contingens, ꝙ̄ cognoscere causas eius secundum ordinem quem habēt ad ipsum, & quia causæ contingentium non habent immutabilem ordinem ad suum effectum, ideo ſm hunc modum contingens futurum immutabiliter sciri non potest. Alio modo potest considerari contingens futurum rōne illius temporis in quo futurum esse prædicitur, in quo quidem tempore futurū iam pręsentialiter est, & per consequens determinatū ad vnum, & sic certitudinaliter potest contingens cognosci, vtpote per seipsum iam visum, sicut sensu percipimus Sor. sedere. Vtroq; autem modo Deus de futuris contingentibus scientiā habet. Cum enim suæ cognitionis intuitus sit in momento æternitatis, omnibus tēporis partibus videt ab æterno. Deus rem ſm statum quem habet in quolibet puncto temporis ipse extra tempus existens, & sic ab æterno videt Sor. sedere: non autem vt futurum sibi qui est extra tempus, sed vt pręsens, futurum autē respectu aliorum quæ in tempore præcedunt. Videt nihilominus, & ordinem mutabilem causarum præcedentium ad hunc effectum: Et ideo plenissimam cognitionem habet de omnibus contingētibus futuris. Ad primum ergo dicendum ꝙ quis contingentia veritatem determinatam non habeant anteꝗ̄ sint, tamen quādo iam sunt determinatam habent veritatem, & sic intuitus diuinus in ea fertur. Ad secundum dicendum, ꝙ quidam dicunt hoc antecedens esse contingēs Deus sciuit Petrum nasciturum, rōne

rône contingentis quod implicatur. s. Petrum nasci. Sed hoc non oportet, qa id quod materialiter in propositiõe po nitur nihil ad contingentiam, vel necessitatem propositionis operatur. Æque enim necessarium vel contingens est me dicere solem oriturum, vel Petrum nasciturum: Et ideo alii dicunt antecedẽs prædictum esse necessarium, vtpote ęter num, nec tamen sequitur ꝙ consequens sit necessarium absolute, propter defectum causę mediæ, quæ est contingens. sed hoc etiam non soluit, quia cõditionalis esset falsa cuius antecedens contineret causam primam immobilem, con sequens vero effectum causæ secũdæ cõ tingentem, vt patet in hac, si sol mouebitur, arbor florebit; Et ideo alii dicunt ꝙ consequens est necessarium, secũdum ꝙ ex antecedenti consequitur, hoc autem est ſm ꝙ a Deo est scitum. Fertur. n. diuinus intuitus ad contingens, prout in sua præsentialitate est quãdo iam necessitatem habet, quia omne quod est, necesse est esse, dum est, ſm philosophũ. Qd autem vt futurum significetur nõ est per respectum ad scientiam Dei, sed per respectum ad nos. Ad tertium dicendum ꝙ scientia non est causa operationum, nisi mediante voluntate quæ non ex necessitate operatur, vnde ex necessitaté sciẽtiæ, necessitas operationum includi non potest.

Articulus secundus.

In alio scripto vt hic ar. 2. q. vnicæ. p. p. q. 14. ar. 15. o. De ver. q. 2. ar. 13. o. AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ scientia Dei sit variabilis. Mutato enim vno relatiuorũ, mutatur & reliquum. Nam & destructo destruitur. sed scientia relatiue dicitur ad scibile. cum ergo scibilia varientur, videtur ꝙ scientia Dei varietur. Præterea. Tanto scientia est certior quanto rei scitę cõformior. sed scientia Dei est certissima. cum ergo res scitę sint variabiles, vtpote contingentes, videtur ꝙ scientia Dei sit variabilis. Præterea. Omnis scientia trãsiens de vno in aliud est variabilis, quia non eodem modo se habet ad vtrũq;, diuina autem scientia transit de vno in aliud, quia per essentiã suam creaturas cognoscit. ergo diuina scientia est variabilis. Sed contra. Diuina scientia est eius essentia, vt supra probatum est. sed eius essentia est inuariabilis. ergo & scientia. Præterea. Primam rerum causam immobilẽ oportet esse, vt philosophi probauerunt. sed scientia Dei est omnium rerum prima causa, vt supra est dictum. ergo scientia Dei est inuariabilis. Respon. Dicendum, ꝙ scientia Dei nullo modo variabilis est. Nam variatio in scientia nõ potest esse nisi vel ex parte scientis; vel ex parte rei scitę. Ex parte quidem rei scitę scientia variatur, quando re mutata existimatio de re icipit esse falsa, quæ prius erat vera, vel econuerso, quod in diuina scientia accidere non potest. Nã intuitus eius fertur in omnes res secundum quemlibet statum earum, vt ex prędictis patet. Ex parte etiam scientis Dei scientia variari non potest, cum ipse Deus sit omnino immutabilis, vnde relinquitur scientiam Dei omnino inuariabilem esse. Ad primum ergo dicendum, ꝙ respectus diuinę scientię refertur in rem ſm quemlibet statum eius ab æterno: Et ideo qualitercunq; res varietur, scientia Dei iuariabilis manet. Ad secundum dicendum, ꝙ scientia rei scitę, debet esse conformis per viam repręsentationis, non autem ſm proprietatẽ naturę. vnde etiam et nos de rebus materialibus scientiam immaterialem habemus, & similiter de rebus mutabilibus habet Deus scientiam immutabilem. Ad tertium dicendum, ꝙ Deus eodem actu itelligit essentiam suam, & res alias per suam essentiam, cum sua operatio sit sua essentia: Et ideo nullus discursus, p. p. vbi sup. ar. 7. o.

n alio script. hic, .1.0. p.q. 14.ar. 15.ad ec, Dever. 3.2.ar. 13. ad quintū

Deus potest aliquid facere quod nō est facturus, non sequitur ꝙ aliquid possit scire quod nescit, nisi scientia visionis, nec tamen sequitur ꝙ etiam visionis sciētia augeatur, quia hoc est impossibile, si intelligatur composite Deum scire qd prius nesciuit scientia visionis, quia hoc ipso quod ponitur aliquid ab eo produci, ęternaliter ponitur a Deo visum fuisse, & in hoc sensu sequeretur sciētię visionis augmentum. Diuisim aūt intelligēdo, possibile est Deū scire sciā visionis qd nūc nescit. Sed ex hoc non sequitur scientię augmētū cū augmentū sit pręexistenti magnitudini additamentum. Ad tertium dicendum ꝙ Deus scit enūciabilia, non quidem componendo, vel diuidendo per suum intellectum, sicut nos scimus, cum in intellectu eius nulla sit multiplicitas: scit enim cōposita simpliciter, & multa vniuoce, ꝓm Dio. Et iō per essentiam suam scit omnia enunciabilia quę a nobis formantur, vel formari possunt, & quę horum sint vera vel falsa, vnde sicut nec circa res, ita nec circa enunciabilia eius scientia augeri pōt.


on. p. bssu. r.14.o n alio script. t hic, . 38. r.3.0.

Articulus secundus.

n alio script. t hic. sci. 1.

AD secundum sic procedit, & videtur ꝙ scia visionis minui possit. Illa enim solum scit Deus sciētia visiōis quę sunt, vel fuerūt vel futura sunt. sed pōt nō esse futurum aliquid eorum quę futura sunt. ergo sciētia visionis minui potest. Pręterea. Scientia visionis importat respectum Dei ad res temporales. sed nō est inconueniens huiusmodi respectus variabiles ponere, sicut, ꝙ Deus quandoq; dicitur Dominus cum prius non esset. ergo non est inconueniens ponere ꝙ scientia visionis per diminutionem varietur. Pręterea. Sciētia visionis simul habet diuinam voluntatem annexam: nihil enim est qd Deus esse nolit, & sic nihil Deus videt qd ipse nolit. sed Deus potest non velle quod vult. ergo potest nō videre quod videt, & ita potest scientia eius visionis minui. Sed contra. Omne necessarium est ęternum. sed quicquid Deus videt, ab æterno videt. ergo necessarium est. & ita non potest Deus nō videre quod videt, & sic scientia visionis minui non potest. Pręterea. Visio Dei est eius essentia. sed eius essentia non potest minui. ergo nec eius visio. Respon. Cum dicitur Deus videre aliquid, non solum ostenditur qualiter Deus se habeat ad rem visam, sed etiam qualiter res visa se habeat ad Deum, vt. s. quādoq; existens in propria natura: Et quāuis modus quo Deus se habet ad rem visam omnino sit inuariabilis, quia ipse eodem modo cognoscit, quantum in se est, existentia & non existentia, tamen modus quo res visa se habet ad Deum variabilis quidem est absolute, quia res in se cōsiderata potest eē, vel non esse in propria natura, inuariabilis vero ex suppositione, quia supposito eā in propria natura aliquando esse, vel a Deo videri, non est possibile eam non videri, vel in propria natura non esse, quasi possibile sit hęc simul duo eē, vt aliquid quādoq; a Deo visum fuerit, & postmodum futurum non sit. Quia ergo modus quo res visa se habet ad Deū est variabilis, ideo in sensu diuiso concedi potest, ꝙ Deus potest non videre aliquid eorum quę videt. sed quia ex suppositione est inuariabilis, ideo in sensu composito falsa est, & propter hoc falsum est ꝙ scientia visionis minui possit, quia diminutio hęc duo includit simul vt. s. primo sit visum, & postea non sit visum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ supposito quòd aliquid eorum quę futura sunt impediretur ne eueniret, per hoc tamen scientia visionis diuinæ non minueretur, qa hoc ipso quod ponitur ipediri ne sit, ponitur ab ęterno visum non esse. Ad secundum ꝙ aliter est de

p.p.q. 14. ar. 5. ad ter.



m

respectu visionis, & de respectu dominii: Nam respectus dominii requirit creaturam subiectam in actu existere, non autem respectus visionis: Et ideo ratio nõ sequitur. Ad tertium dicendum, ꝙ si intelligatur in sensu cõposito, falsum est ꝙ Deus possit non velle quod vult: non enim potest esse ꝙ eius voluntas mutetur. Si autem in sensu diuiso, sic verũ est, & ex hoc non sequitur quòd scientia visionis minui possit.

Quęstio secunda.

Deinde quæritur de prouidentia.

Circa hoc quęruntur duo.
Prio qualr prouidẽtia se hẽat ad sciam.
Secũdo vtrum oia diuina prouidẽtia regantur.

Articulus primus.

In alio script. vt hic,

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ prouidentia non pertineat ad scientiam, sed ad voluntatem: ita enim dicit Dam. in secundo. Prouidentia est volũtas propter quam omnia quæ sunt deductionem suscipiunt. Præterea. Boetius dicit in libro de consola. ꝙ Deus sua bonitate mundum gubernat. sed bonitas ad volũtatem pertinet. ergo & prouidentia, cuius est gubernare. Præterea. Prouidentia, s̃m Boetium est ratio per quam Deus cuncta disponit. sed disponere est voluntatis ergo & prouidentia. Sed cõtra videtur ꝙ solum pertineat ad sciẽtiam: Dicit enim Boetius in quarto libro de consola. Illud certe manifestũ est, immobilem simplicemq; formam gerendarum rerum esse prouidentiam. sed forma rerum agendarũ in Deo est idea, quæ ad scientiam pertinet. ergo & prouidentia. Præterea. August. dicit in lib. lxxxiii. q. Lex incõmutabilis omnia mutabilia pulcherrima moderatur gubernatione. sed gubernare, & moderari ad prouidentiam pertinet. ergo lex incõmutabilis est ipsa prouidentia, & sic prouidentia ad cognitionem pertinet, sicut & lex. Respon. Dicendum ꝙ cũ prouidentia sit pars prudentię secundũ Tullium, eodem modo se habet ad sciẽtiam, & voluntatem sicut & prudentia. p. p. q. 22. ar. 1. c. ad pri. & ad ter. Sed prudentia, secũdum philosophum, est virtus per quam recte disponũtur ea quę sunt ad finem: quod quidẽ fieri non potest nisi sine pręsupposito, & in cognitione, & affectione: Nullus enim recte ordinat aliquid in finem, nisi præcedat cognitio, & desiderium finis, qui est principium, & regula practicæ cognitionis. Sic ergo prouidentia ad cognitionem quidem essentialiter pertinet, sed voluntatem finis quasi principium præsupponit. Differt autem a scientia practica, quia scientia practica cõmuniter est de fine, & de eo quod est ad finem. Sed prouidẽtia cõsistit proprie circa ea quæ sunt ad finem, ordinando ea in finem debitum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ prouidẽtiam nominat voluntatem Dam. propter hoc ꝙ voluntatem finis præsupponit, vt dictum est. Ad secundum dicendum, ꝙ Deus, secundum Aug. vtitur nobis ad suam bonitatem, vel voluntatẽ: vnde bonitas, vel voluntas Dei se habet ad prouidentiam sicut finis, ad quẽ per prouidentiam res ordinantur. Ad tertium dicendum, ꝙ disponere dupliciter sumitur, quandoq; pro actu exteriori, secundum ꝙ ordo in ipsis rebus exterioribus constituitur, quandoq; vero pro actu interiori, s̃m ꝙ ordo rerum in mẽte pręcõcipitur. Prio modo dispositio pertinet ad voluntatẽ, sicut ad iperantẽ actum exteriorem, sed secundo modo pertinet ad vim cognitiuam, sed tamen duplex ordo rerum mente concipitur, vnus quo ordinantur adinuicem, & hoc pertinet proprie ad dispositionẽ, quia disponere est singula ponere in loco suo.

suo. Alius ordo est rerum in finē, & hoc pertinet ad prouidentiam, vnde gubernatio, quę est rerum directio, & custodia ne a fine deficiant, proprie ad prouidentiam pertinet, quāuis vnū pro alio quādoq; ponatur. Ad illud vero quod primo in contrarium obiicitur dicēdum, quòd prouidētia differt ab idea, quāuis vtrūq; ad cognitionem pertineat: Nam idea est forma alicuius rei in se considerata, prouidentia vero est forma ordinis rerum in finem. Ad secundum dicendum, ꝙ prouidentia nō est omnino idem quod lex æterna, sed eam præsupponit sicut principium: Nam principia operabilium leges dicuntur, & sic lex ęterna mediante prouidentia gubernat.

Articulus secundus.

In alio scrips. vt hic, p. p. q. 22, ar: 2. & 3. con. c. 64. & 94 De ver. q. 5. a. 2 & 4. & Opu. 3. c. 123. 132. & 133. & Op. 15 c. 13. 14 & 15.

AD secundum sic proceditur, & videtur quòd non omnia regantur prouidentia: In his enim quæ prouidentia alicuius gubernātur nihil præter intentionem accidit, nisi propter ignorantiam, vel debilitatem gubernantis: malum autem præter intentionem accidit, vt dicit Dio. cum ergo multa mala in mundo accidant, nec fas sit Deo infirmitatem, vel ignorantiam ascribere, videtur ꝙ res prouidentia non gubernētur. Præterea. Nihil quod est, prouisum est casuale. si ergo omnia diuina prouidentia agūtur videtur quòd nihil casu, vel a fortuna contingit, quod est inconueniens. Præterea. 1. ad Cor. 9. dicitur. Nunquid cura est Deo de bobus. Pari autem ratiōe, nec de aliis animalibus brutis. ergo non omnia prouidentia reguntur. Pręterea. Quicunq; sibi dimittitur, prouidentia regentis non gubernatur. sed mali sibiipsis dimittuntur, ſm illud Psal. 80. Dimisit eos secūdum desi. cor. eo. &c. Sed contra est, quod dicitur Sapientiæ. 14. Tu autem pater gubernas omnia prouidentia. Præterea. Dam. dicit ꝙ est conueniens aliū esse rerum factorem, & alium prouisorem. sed Deus est omnium factor. ergo per eum omnia gubernantur. Respō. Dicendum ꝙ omnia quæ sunt in mūdo diuinæ prouidētiæ subiecta sunt, ad qđ necessario ponendum cogit omnis sciētia, & infinita bonitas ipsius Dei: si enim cognosceret aliqua quorum gubernationem negligeret, non ostēderetur summe bonus. Sed sciēdum est quòd nō eodem modo se habēt omnia ad prouidētiam: Nam quędam sunt propter se prouisa, quędam vero propter aliud tantū, sicut in edificiis principales partes domus sunt per se prouisæ ab artifice, sed fulcimenta & picturę prouidētur ad firmitatem, vel decorem pricipalium partium. Illa ergo quæ sunt incorruptibilia sunt propter se prouisa, quasi essentiales partes vniuersi. Illa vero quę sunt corruptibilia, sunt prouisa nō propter seipsa, sed propter alia, sicut omnia corruptibilia propter animam rōnalem. Ad primum ergo dicendum, quòd duplex est prouidentia, secundum Dam. s. approbationis, quæ est de bonis, & concessionis, quæ est de malis: mala. n. Deus non intendit, sed permittit propter aliquod bonum quod inde elicit, & sic nō sunt prouisa quasi per se intenta, sed solum propter aliud. i. propter bonū qđ inde elicitur. Ad secundum dicendū quòd aliqua dicuntur casu in mūdo accidere, per comparationem ad causas proximas præter quarum intentionem accidunt, non autem per comparationē ad causam primam cui omnia sunt prouisa. Ad tertium dicendum, quòd ēt de brutis animalibus cura est Deo, alio tamen modo q̄ de hominibus: Nam bruta, sicut & aliæ inferiores creaturæ: propter hominem facta sunt, vnde & prouidentia est de eis non propter seipsa, sed propter aliud: Et ideo eorum actus non remunerantur, nec puniuntur. Ad quar

tum dicendum, quòd iusti diuina prouidentia excellentius gubernantur q̃ peccatores: Nam si qua mala sunt in iustis, vel culpæ, vel pęnę, in eorum bonum a Deo ordinantur, secundum illud Roma. 8. Diligentibus Deum omnia cooperātur in bonum, sed mala peccatorū ordinātur in gloriā Dei, & in laudē iustorū.

Distin. Quadragesima.

Prædestinatio uero

de bonis salubribus &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo de prædestinatione.
Scdo de prædestinationis certitudine.
Tertio de reprobatione.
Quarto de obduratione, quę est reprobationis effect us.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p. p. q. 23. ar. 2. o.

AD primum sic proceditur, & videtur quòd prædestinatio non sit in Deo. Prædestinatio enim dicitur esse præparatio beneficiorum Dei vt habetur in glo. Roma. 8. sed Deo, qui est completissimum agens, non cōuenit aliqua præparatio. ergo Deo non conuenit prædestinare. Præterea. Nullum æternum diffinitur per aliquod temporale: quicquid autem est in Deo est ęternum: cum ergo prędestinatio per aliqd tēporale diffiniatur, videtur quòd prędestinatio non sit in Deo, sed magis in rē prædestinata. Præterea. Sicut a Deo bona sunt gratiæ, ita & bona naturæ. sed ad bona naturæ nullus prædestinari dicitur. ergo nec ad bona gratię. ergo ad nihil videtur aliquis prædestinari. Præterea. Sicut homines gratiam, & gloriam a Deo consequuntur, ita & angeli, & beati. sed angelis & beatis non conuenit prædestinari, cum prędestinatio sit propositum miserendi, secundum August. in angelis autem, & beatis non est miseria. ergo nec hominibus conuenit prędestinari, & ita nulli a Deo prædestinantur. Sed contra est quod dicitur Rom. 8. Quos præsciuit, & hos prædestinauit. Præterea. Nullus sapiens sine proposito operatur. sed propositum Dei est prædestinatio, vt Augu. dicit. ergo Deus ante prædestinat illos quos saluat, & ita prędestinatio cōuenit Deo. Respon. Dicendum quòd q̃uis omnia sint diuinæ prouidentiæ subiecta, speciali tamē modo rationales creaturæ diuinitus gubernantur, inquantū ad altiorem finem perducuntur, & eorū actus remunerantur, vel puniuntur, vt ex supra dictis patet, & ideo ipsa prouidentia qua Deus creaturas rationales in beatitudinem ordinat speciale nomen sortitur, & prædestinatio dicitur: destinare enim est aliquid in alterum dirigere, quod ad prouidentiam pertinet. Hæc tamen prædestinatio super prouidentiā addit, quia prouidentia importat tantum ordinem prouisorum in finem, sed prædestinatio respicit, & ordinem, & exitum ordinis, vnde ex hoc ipso q̃ aliqua ordinantur in finem, prouidentiæ subiacent, sed prædestinari non dñr nisi hoc mō ordinentur vt p̄sciantur finem cōsequutura esse. Vñ prædestinatio præsciētiam in sui rōne includit, rōne cuius antecessio in prędestinatiōis noīe designatur. Ad primū ergo dicendū, q̃ prępa ratio qua agens p̄paratur, ad iperfectiō nē agentis pertinet: Et ideo Deo non cō petit. Sed præparatio qua præparatur factum, imperfectionem agentis non importat, & talis præparatio est prædestinatio: Nam prima præparatio facti, est propositum facientis. Ad secundum dicendum, q̃ actus voluntatis, & intellectus in ipso operante sunt, & nō in operato, vt dicitur. 9. me. Et ideo cum huiusmodi actum prædestinatio designet, non est in prædestinato, sed in prædestinante.

pri. p. vbi su. ar. 1. o. 3. con. c. 163. De ver. q. 6. ar. 1. c. quol. 11. art 3. c.

In alio scri[illegible] vt [illegible] q. 2. o.

nante. Denominatur autem aliquis prædestinatus ab actu prædestinantis, sicut, & cognitus ab actu cognoscentis. Ad tertium dicendum, quod quis bona naturæ sint a Deo, non tamen excedunt mensuram creaturæ sicut bona gratiæ vel gloriæ: Et ideo respectu horum est prædestinatio, & non respectu naturalium: Nam in illud proprie indigemus dirigi ex proposito alterius, quod supra nos est. Ad quartum dicendum, quod si prædestinatus sumatur participialiter, sic angeli, & beati sunt prædestinati, quia prędestinatus est participium præteriti temporis. Vnde quod aliquando est prædestinatum, semper erat prædestinatum. Si vero nominaliter sumatur, sic non conuenit beatis, nisi secundum quod diriguntur in continuitatē beatitudinis: beatitudinem enim iam habent, quia in eam iam non diriguntur: Diffinitio autem Aug. inducta loquitur de prędestinatione secundum quod respicit statū præsentis miseriæ. Articulus secundus.

In alio script. vt hic, q. 3. o. p. p. q. 23. ar. 6. o. De ver. q. 6. ar. 3. o. quol. 5 arti. 2. quol. 11. ar. 3. c. quol. 12. ar. 3. ad pri. Hebr. 12. le. 4 co. 3.

AD secundum sic proceditur, & videtur quod prædestinatio certitudinē non habeat: Prędestinatio enim non potest considerari nisi aut ex parte prędestinantis, vel ex parte prędestinati. sed ex parte prædestinantis nō habet certitudinem, quia quem Deus prædestinauit potest non prædestinasse (vt magister dicit in litera) nec etiam ex parte prædestinati, quia ad prędestinatiōis effectum li. ar. concurrit, quod est causa cōtingens. ergo prędestinatio nullo modo certitudinem habet. Prętere a. Omnis causa habens certum ordinē ad suum effectum de necessitate suum effectum inducit, si causa prędicta ponatur. Si ergo prędestinatio certum ordinem habeat ad suum effectum, cum prędestinatio iam sit posita, quia est ab æterno, sequitur quod eius effectus necessitatem recipiat a prędestinatiōe, hoc autem est falsū cū effectus eius sit cōtingēs. ergo prędestinatio nō hēt certitudinē. Præterea. Omne illud quod pōt augeri & minui, nō hēt certitudinē, sed prędestinatorum numerus pōt augeri. Deut. 1. Dñs addat ad hūc numerū multa milia. glo. diffinitur apud Deū qui nouit qui sūt eius. Sił etiā posse minui, qa dr̄ a Greg. iiii. moral'. Aliis cadētibus in eorum locū alii succedūt. ergo prędestinatio nō hēt certitudinē. Prętere a. Id quod per se certitudinē habet nō indiget aliūde iuuari. sed prędestinatio iuuatur orationibus sanctorum, vt Grego. dicit. ergo prędestinatio certitudinem non habet. Sed contra. Rom. viii. Quos pręsciuit, hos & prędestinauit, vbi dicit glo. prędestinatio est pręscientia, & pręparatio beneficiorum Dei, qua certissime liberamur, quicūque liberamur. Prętere a. Augu st. dicit in lib. de prędestinatione sanctorum quod veritas prędestinatiōis est immobilis. ergo prędestinatio certitudinē habet. Respon. Dicendum quod sicut supra dictum est, prędestinatio non solum respicit ordinem in finem, sed etiā exitum vel euentum ordinis, qui est consequutio finis: Hęc autem finis cōsequutio habet quidem certitudinem per cōparationem ad causam primam, sed nō per comparationem ad causam proximā: Causa enim proxima li. ar. est quod in se consideratum deficere potest a finis consequutione, adhibentur tamē a Deo plurima beneficia quibus conseruatur ne a fine deficiat, vtputa intercessiones sanctorum, exhortationes, & gratiæ dona, quæ omnia simul collecta certum ordinem habent ad consequutionem salutis, & quia prædestinatio hæc omnia ab æterno prouidet, & præparat proponēdo, ideo prædestinatio respectu sui effectus certitudinem habet. Ad primum ergo dicendum, quod certitudo prædestinationis nō ex prædestinato est, sed ex prędestināte. Quod autem dicitur quod Deus potest non prædestinasse quos prędestina-

uit, intelligendum est diuisim non cōposite: Deum enim non prædestinare istū, per se loquendo, est possibile, sed ex suppositione ꝙ prædestinauerit est impossibile: Nec differt in Deo prędestinare & prędestinasse, cum actus prędestinatiōis æternitate mensuretur. Obiectio autem procedit in sensu composito. Ad secundum dicendum, ꝙ secundum Dio. prouidēriæ nō est naturam perdere, sed saluare. Et ideo ita per causas cōtingentes aliquid faciendum ordinat, vt causę contigentiam non tollat, sed ex aliis cōcurrentibus causis defectum causæ contingentis impedit, & per hunc modum prædestinatio certissimum modum habet ad suum effectum, & tamen li. ar. nulla necessitas imponitur. Ad tertium dicendum, ꝙ numerus prædestinatorū certus est, & formaliter, & materialiter, quia et tot, & hi saluantur, quot, & qui prędestinati sunt, quāuis numerus materialis depēdeat aliquo mōex li. ar. Formaliter vero nullo mō, quia ꝙ isti saluētur, psit nihilominus alii saluari. Authoritates aūt inductæ loquuntur de numero eoꝝ qui stant per pręsentem iustitiam. Ad quartum dicendū, ꝙ orationes sanctoꝝ iuu ant prędestinationem, non ex parte causę, sed ex parte effectus, nec hoc derogat certitudini prędestinationis, quia diuina prędestinatiōe omnia huiusmodi auxilia sunt homini diuinitus prępa rata.

pri. p. vbi su. ar. 7. o. Dever. vbi su. ar. 4. o.

In alio script, vt hic, d. 41, ar. 4. o. pri. p. vbi su. ar. 8. o. De ver. vbi su. ar: 6. o.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ Deus neminē reprobet: Ipse enim vult omnes homines saluos fieri, vt dicitur. 1. Timo. 1. ergo Deus neminem reprobat absolute. Pręterea. Sicut prędestinatio, ita & reprobatio certitudinem habet: Aliter enim numerus prędestinatorum augeri posset. si ergo aliqui sunt a Deo reprobati impossibile erit eoꝝ saluari, & ita sine culpa sua dānabuntur, quod est impossibile. Pręterea. Nullus sapiens hoc quod facit propter finem aliquem, a fine consequēdo excludit, quātum ex parte sua est. sed Deus omnes homines facit propter beatitudinem. ergo quātum ex ipso est, nullum reprobat a beatitudine consequenda. Contra est quod dicitur Malach. 1. Iacob dilexi Esau odio habui, quod de reprobatione malorum exponitur, sicut & primum de prędestinatione bonorum. Prӕterea. Quicquid Deus vult, ab ęterno voluit. sed Deus vult punire malos sicut & pręmiare bonos. Respon. Dicendum ꝙ diuinę prouidentię subiiciuntur, & bona, & mala, sed diuersimode: Nam bona prouidērur sicut per se intenta, mala autem permittuntur, inquantum ad aliquod bonurń ordinari possunt. Ordinauit ergo diuina prouidētia ab ęterno humanam naturam ad beatitudinis consequutionem per li. ar. quod quia deficere potest per seipsum, a solo autem Deo indeficientiā habens, ideo ab ęterno proposuit quòd quosdam permitteret deficere, quibusdā vero auxilia apponeret ne deficerent, vt in vtrisq; manifestaretur virtus gratię, & defectus naturę. Defectum vero eorū qui defecturi essent in bonum ordinauit suę iustitię. s. quę pro culpa penas retribuit: Sic ergo ab ęterno fuit propositum Dei, & respectu culpæ permittēdę, & respectu penę infligendæ, & hęc dicitur reprobatio, Vnde quosdam ab ęterno reprobauit. Ad primum ergo dicēdum, ꝙ hoc ꝙ dicitur ꝙ vult omnes homines saluos fieri, intelligitur de his qui saluantur, quia nullus saluatur nisi eius voluntate, & hęc est expositio Aug. quę reprobationem non tollit. De hoc magis infra dicetur. Ad secundum dicēdum, ꝙ reprobatio & prædestinatio habent certitudinē partim similem & partim dissimilem. Similem quidem quantū ad

P. p. q. 23. ar. 3. o.

In alio script: vt hic, q. 4. ar. 1. c. 3. con. c. 163 Ro. 11 le. 2. &

ad fines, quia sicut prædestinatio respectu gloriæ habet certitudinem præscientiæ & causæ, ita reprobatio respectu penæ: Dissimilem vero respectu eius qd est ad finem. Nam prædestinatio respectu gratiæ habet certitudinem præscientiæ, & causæ, sed reprobatio respectu culpæ certitudinem præscientiæ solum, nō aūt causæ, & ideo certitudo reprobationis non excusat a culpa. Ad tertium dicendum, q̄ humana natura habet quidem ordinem ad beatitudinē non tamen necessariū, cum possit deficere: Et ideo vt naturę cōditio manifestetur, Deus permittit q̄ aliqui ab illo bono deficiant.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, q.4.ar.2. pri. Pæ q.79. ar.3.o. Scda Pę q. 15. ar.1.o. 3.con. c.162.

AD quartum sic proceditur, & videtur q̄ Deus neminem obduret, vel excęcet: Ansel. enim dicit q̄ cā quare aliquis gratiam non habeat, non est quia Deus dare nolit, sed quia ipse nō vult accipere. sed obduratio, vel excęcatio ad priuationē gratię pertinet. ergo obdurationes, vel excęcationis cā Deus non est. Præterea. Duritia cordis quædam culpa est. sed Deus non est author culpæ. ergo ipse nō obdurat. Præterea. Nullus sapiens artifex materiam indispositam reddit ad suū opus. sed per excęcationem, & obdurationem anima redditur indisposita ad receptionem gratię, quę est opus Dei. ergo Deus non obdurat, neq; excęcat. Sed contra est quod dicitur Rom. ix. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Prętere a. Cęcitas, & duritia quędam penę sunt. sed omnis pena a Deo est. ergo Deus indurat, & excęcat. Respon. Dicendū q̄ ad opus meritorium duo requiruntur. s. rectitudo rōnis, & pronitas affectus in bonum, cum omne meritum electionem rectam requirat. Rectitudo autem rationis est necessaria in hoc qd videat qd bonum est, non solum in vniuersali, sed etiam in particulari. Ex parte vero affectus requiritur vt non sit in seipso reflexus per amorem sui, sed per charitatem effluat extra se in Deum, & proximum. Duplex ergo est indispositio ad meritū. Vna ex parte intellectus, secundum q̄ errat in particulari operabili, prout omnis malus est ignorans, & hoc dicitur cæcitas. Alia ex parte affectus, s̄m q̄ per amorem sui in seipso retinetur ne extra se effluat, & hoc vocatur duritia. Vtrūq; autem istorum ex duobus causatur. Vno modo ex ipsa naturę insufficientia, vel corruptione, per quā natura de se est impotens ad cognoscendum bonum, & amandum, & sic Deus dicitur excæcare, vel obdurare, inquantū nullam sibi relinquit gratiam non apponendo. Alio modo ex voluntate humana, quæ propriæ assentit concupiscētiæ a qua impeditur ne bonum videat, & amet, & sic cæcitas, & duritia non est a Deo. sed a malitia humana. Ad primum ergo dicendum, q̄ Ansel. non est intelligendus quasi Deus nō ex iudicio suo iudicet aliquem esse a participatione gratiæ repellendum, sed quia illud iudicium semper habet voluntatem hominis concomitantem quæ gratiæ repugnat, & per hoc gratia caret. Ad secūdum dicendum, q̄ duritia & cæcitas s̄m q̄ causantur ex actu voluntatis habent rationem culpæ. & sic a Deo non sunt, vt dictum est. Ad tertium dicendum, q̄ licet artifex non faciat materiam indispositam, facit tamē quodāmodo, inquātum iudicat dignum vt relinquatur in sua indispositione reputans eam incōgruam ad opus artis. Vel pōt dici q̄ quāuis per cæcitatē & duritiam hō sit ad opus misericordię indispositus, estm̄ per hoc dispositus ad opus iustitiæ.

p. p. q. 23. ar. 3. ad sec. De ma. q.3. ar. 1. ad. 1. & sextū quol. 4 arti. 4. ad sec. Iob 7. lect. 2. co. 2. princ. 10. 12. lect. 7. co. 4. Ro. 1. 1, 7. co. 3. c. 9. lect. 3. co. 5. Hebr. 3. le. 2. co. 2.

Distin. Quadragesimaprima.

Si autem quærimus

meritum & obdurationis, etc.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum effectus prædestinationis & reprobationis possint habere aliquam causam meritoriam.

Secundo vtrum præscientia operationum sit causa prædestinationis.

Tertio vtrum præscientia operationũ sit causa reprobationis.

Quarto vtrum scientia vel præscientia Dei mutetur quantum ad scita.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, 2.d. 17 ar.4.o. pri ꝑæ q. 114. ar.5.o. 3.con. c.149.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ effectus prædestinationis, gratię.s. appositio, possit habere causam meritoriã: Maius enim donũ Dei est gloria q̃ gratia. sed gloria habet causam meritoriam. ergo & gratia habere potest. Præterea. Sicut operatio naturalis potẽtiæ est infra gratiam, ita operatio gratiæ est infra gloriam. sed per actus gratiæ meremur gloriam. ergo & per actus naturę possumus mereri gratiam. Præterea. Sicut se habet gratia ad merendum, ita gratiæ priuatio ad demerendum. sed homo demerendo meretur gratię priuationem. s. obdurationem, & excæcationem, vt in litera dicitur. ergo similiter potest bene agendo gratiam mereri. Sed contra est qd dicitur Rom. xi. Si enim ex operibus, iam non est gratia. sed ꝙ meritis redditur est ex operibus. ergo gratia pro meritis non datur. Præterea. Meritum sine bona voluntate esse non potest. sed volũtas, ad hoc ꝙ bene velit, gratia præuenitur, vt August. dicit. ergo omne meritum gratia præcedit, & sic gratia sub merito cadere non potest. Respon.

De ver. q. 29. ar.6.c. Io.10. l.4.c.3 Dicẽdum ꝙ nihil potest agere vltra suã speciem, potest tamen infra suam speciẽ agere, quod est quandocunq; effectus nõ adęquat causam: Quod.n. effectus cãm excedat impossibile est: Status autẽ gratiæ est supra statum rõnalis naturę, quia p grãm Deo vnitur, qui est supra ipsam: Status vero culpæ infra naturam rationalem est, quia per culpam inhæret temporalibus rebus, quæ infra ipsam sunt. Sic ergo patet ꝙ per naturalia homo non potest ad statum gratiæ merendo peruenire: potest autem per eã in statũ culpæ descendere, & inde est quod in litera dicitur ꝙ appositio gratiæ, non habet meritum, obduratio vero habet. Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet gloria perfectior sit q̃ gratia, tamen gloria est postremum inter dona gratuita: Et ideo potest sub merito cadere, nõ autem prima gratia. Ad secundũ dicendum, ꝙ licet gratia imperfecta sit respectu gloriæ, tamen inquãtum per eam Spiritus sanctus hominem inhabitat, qui perfectior est omni creatura, etiã gloria, opera gratię possunt esse meritoria gloriæ, non autem gratiæ opera naturæ. Ad tertium dicendum, ꝙ gratia est principium merendi, sed gratiæ priuatio non intelligitur vt demeriti principium, sed magis vt terminus, vel effectus, quia sola natura sufficit ad demeritum p quod homo gratia priuatur. Eph.2. lect. 3. co.1.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, ar. 3.o p. p.q 23. ar. 4.o. 3.con. c.vlt. De ver. q.6.ar. 2.o. Io. 15 lect. 3. co.3. Ro.8.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ præscientia operationum sit causa prædestinationis, quia ꝑm illud Ro.ix. Miserebor cui miserebor, dicit glo. Amb. misericordiam illi dabo quem præscio toto corde post errorem reuersurum ad me. sed hoc dicitur ex persona Dei prædestinantis. ergo præscientia operationum est causa prædestinationis. Præterea. Prædestinatio includit in se voluntatem diuinam humanæ salutis. non solum antecedentem, quia sic omnes essent prædestinati, sed etiam consequentem. voluntas autẽ cõsequens, vt Dam. dicit, respicit id qd est ex parte nostra. ergo præsciẽtia operationum

lect. 6. co.3. Eph.1. lect. 1. co.2.& lect. 4. co.2.fi.

rationum nostrarum est causa prædestinationis. Præterea. Homines præsciti ab æterno a Deo non distinguuntur, nisi secundum diuersitatem operationum præscitorum. sed distribuere inæqualiter æqualibus facit acceptionem personarum. si ergo ab æterno Deus proposuit se daturum quibusdam gratiam: quibusdam vero non daturum, non habita operationis ratiõe, videtur fuisse personarum acceptio apud Deum, quod est contra id quod dicitur Act.x. Sed contra est illud Ro.ix. Non ex operibus &c. Vbi dicit glo. Sicut nõ pro meritis præcedẽtibus id fuit dictũ. Iacob dilexi &c. ita nec pro meritis futuris, & sic præsciẽtia meritorum non est causa prædestinationis. Præterea. Illud quod datur alicui propter merita, datur ei secundum iustitiam, & non secundum misericordiam. si ergo præsciẽtia meritorum est causa diuinę prędestinationis, videtur quod salus hominum sit ex iustitia, & non ex misericordia, quod est contra Apostolum ad Titum.iii. Non ex operibus iustitię quę fecimus nos. Respon. Dicendum quod in prędestinatione est duo considerare. s. propositum diuinum, quod est ęternum, & effectum eius temporalẽ, qui est appositio gratię. Hic autem effectus nõ habet causam meritoriam, sicut dictum est, quãuis ex parte nostra aliquam dispositionẽ habere possit, quia opus humanum præscitum, voluntatem mouet de necessitate, sicut causa finis, & illud sine quo finis haberi non potest, sicut voluntatem hominis beatitudo, & vita sine qua non est beatitudo. Finis autem volũtatis diuinę est eius bonitas. quæ absque salute omnium hominum esse potest: vnde salus hominis neque est finis diuinæ voluntatis, nec id sine quo finis vltimus haberi non possit a Deo: nec etiam est id sine quo aliquid aliud prius a Deo volitum esse non possit, ita quod ex illius supositione debitum dicatur, sicut debitũ est aui habere plumas: nam gratia non requiritur ad esse naturæ. Vnde patet quod voluntas diuina non inclinatur ad dandam gratiam nisi ex mera liberalitate: Et ideo meritum præscitum cã vel ratio prædestinationis non est. Ad primum ergo dicendum, quod verbum Ambr. est referendum ad effectum prædestinationis, qui est gratia, ad quam opus rectum hominis præcedens se habet vt dispositio, sequens vero vt finis: Ad hoc.n. gratia datur, vt homo recte operãdo vitam ęternam mereatur. Ad secundum dicendũ. quod prædestinatio includit volũtatem consequentẽ, quæ respicit aliquo modo id quod est ex parte nostra, non quidem sicut inclinans diuinam voluntatem ad volẽdum, sed sicut id quod est dispositio vel finis respectu voliti a Deo, quod est gratiæ appositio. Ad tertium dicendum, quod inęqualitas distributionis ad æquales acceptionem personarũ causat, in his quę secundum aliquod debitũ dantur, in his vero quæ ex mera liberalitate donantur non est personarum acceptio, nec aliqua iniustitia si vni æqualium datur & alii non datur.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur quod pręscientia operationum sit causa reprobationis: Deus.n. nõ reprobat aliquos ex misericordia sed ex iustitia. iustitia autẽ habet respectũ ad opera nostra. ergo pręscientia operationũ est causa reprobationis. Præterea. Voluntas præcipue Dei, non est nisi de bono. sed reprobatio est voluntas dãnãdi, quod non est bonum, nisi ex ordine ad meritum præcedens. ergo præscientia operationũ est causa reprobatiõis. Præterea. Illud quod facit iniustitiã in opere, facit etiam iniustitiam in voluntate. sed iniustitia esset si Deus aliquẽ dãnaret sine culpa precedente. ergo &

iniustitia est ex parte voluntatis si vult dānationem alicuius absq; consideratione præcedentis culpæ. cum ergo iniustitia in Deum non cadat, videtur ꝙ præscientia operationum sit reprobationis causa. Sed contra est quod dicit glos. Roma. ix. Nunquid iniquitas est apud Deum? Nemo dicat, quia Deus futura præuiderat, alterum elegisse, alterum reprobasse. ergo sicut præscientia operationum non est causa prædestinationis, ita nec causa reprobationis. Preterea. Sicut prædestinatio includit diuinā voluntatem, ita & reprobatio. sed voluntatis diuinæ nihil est causa, vt dicit August. ergo præscientia operationum nō est causa reprobationis. Respon. Dicendum ꝙ volūtati diuinæ de salute hominis duplex voluntas opponi videtur .s. voluntas de contradictorio, secundū ꝙ vult aliquem non saluare, & voluntas de contrario, secundum ꝙ vult dānare aliquem. Prima quidem voluntas nō requirit aliquam rationem ex parte voliti, cum salus gloriæ non sit debitum humanæ naturæ. Non enim requiritur ratio quare non dem alicui cui dare non debeo, sed voluntas dānationis respicit rationem voliti in dānato, cum dānatio ex debito inferatur, quia finis dānatiōis est Dei iustitia. Detrimentum autem dānationis ex parte nostra nō solum sunt opera mala huius vel illius, sed etiam naturæ insectio. Reprobatio ergo quæ vtrāq; prędictarum voluntatum includit habet causam quasi finem diuinā iustitiam: habet vero quasi rationem voliti, non de necessitate, præscientiam operationum, sed ad hoc sufficit præsciētia imperfectionis naturę: Et per hoc patet solutio ad obiecta: Nam primę rationes includunt ꝙ reprobatio habeat pro ratione voliti pręsciētiam operationum, vel cuiuscunq; ex quo iuste dānatio sequatur. Secundę vero cōcludunt quod opera pręscita non sint causa reprobationis principalis, sed magis diuina iustitia, quę est quasi finis, & concernit debitum ex parte damnandi, non autem bonitas Dei, quę est finis saluationis cōcernit aliquid ex parte nostra per modum debiti, & quantum ad hoc est differentia inter reprobationem & electionem: Et per prędicta patere potest ordo prędestinationis ad electionem & dilectionē. Quia .n. nihil eligitur nisi quod aliquando pręoptatur, ideo electio pręsupponit dilectionem. Quia vero nihil in fine salutis ifallibiliter ordinatur, nisi quod a peccatoribus segregatur, & cuius salus a Deo amatur, ideo prędestinatio p̄supponit electionem & dilectionem, quarū quęlibet est ęterna, sed vocatio temporalis, ideo effectus prędestinationis, qui est gratię appositio in pręsenti, ad vocationem pertinet.

p. p. q. 23. ar. 3. c.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ non quicquid sciuit Deus sciat. In Deo est idem scientia & pręsciētia. sed non quicquid pręsciuit pręscit. ergo non quicquid sciuit scit. Preterea. Scientia Dei non solum est de rebus sed de enunciabilibus, vt supra dictum est. sed Deus aliquod enunciabile sciuit quod modo nescit: sciuit .n. Christum nasciturum, qd modo nescit, alias scientia sua esset falsa. ergo non quicqd Deus sciuit scit. Præterea. Deus scit omne verum, nec scit aliquid nisi verū. sed non quicquid fuit verum, est verum: nam eadem oratio, secundum philosophum, quandoq; est vera quandoq; falsa. ergo non quicquid Deus sciuit, scit. Sed contra. Quicunq; nescit aliquid quod prius sciuit, eius scientia diminuitur. sed scientia Dei minui nō potest, vt supra dictū est. ergo quicquid Deus sciuit scit. Præterea. Quicquid Deus sciuit, ab ęterno sciuit. sed quicquid fuit

ab

ab æterno, est, & erit semper. ergo quicquid Deus sciuit scit, & sciet semper.

Respon. Dicendum ꝙ si scientia Dei referatur ad res, verum est absq; dubio ꝙ quicquid Deus sciuit scit, si vero referatur ad enunciabile, sic multiplex opinio est. Quidam enim dixerũt idem esse enunciabile quod significat eandem rẽ, quacunq; differentia temporali significet vt Sor. currere, & cucurrisse, & sic idẽ est quod Deus scit quando scit. Sor. currere, & Sor. cucurrisse. Sed hoc non potest esse, cum tempus sit de compositione enunciabilis, vt dicitur in. iii. de ani ma: Et ideo alii dicunt ꝙ sunt diuersa enunciabilia, vnde si ad enunciabilia referatur, falsum est ꝙ quicquid Deus sciuerit sciat, & hoc propter mutationem rei, non propter mutationem diuinæ scientiæ. Sed hoc non videtur verum duplici ratione. Primo quia Deus non habet scientiam de rebus componendo enunciabilia sicut nos, sed & composita scit simpliciter, vt Dio. dicit. Secundo quia enunciabile potest considerari vt scitum, & vt quo scitur. Primo modo consideratur vt res quædam, & sic potest sciri etiam quando falsum est, dum aliquis scit naturam & conditionẽ eius. Secundo modo consideratur vt signum rei scitæ, & sic per ipsum non habetur scientia de re vel de eo quando falsum est. Sic ergo homo qui sciuit Sor. currere, & postea cucurrisse, scit quicquid sciuit, sed non quocunq; modo: alio. n. enunciabili scit eandem rem quo prius. Deus autem scit quicquid sciuit, & quocunq; modo. Ad primum ergo dicendum, ꝙ præscientia secũdum rationem addit supra scientiam respectum ad res scitas, ratione cuius falsum est quòd quicquid Deus præsciuit præscit. Ad secundum dicendum ꝙ Deus scit enunciabilia, non quasi enunciabilia componendo: Et ideo non sequitur, ꝙ eius scientia varietur, neq; quantum ad id quod scit, neq; quantum ad id quod sciuit, & per hoc patet solutio ad tertium.

Margin notes: p. p. q. 14. ar. 15. ad ter. De ver. q. 2. ar. 13. ad quintũ — pri. p. vbi su. a. 14. c. & ad p.

Distin. Quadragesimasecunda.

Nũc autem de omnipotentia &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo vtrum in Deo sit potentia.
Secundo vtrum ei omnipotentia conueniat.
Tertio qua ratione oĩpotens dicatur.
Quarto vtrum aliquid dicatur possibile secundum causas superiores vel inferiores.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ in Deo non sit potentia: Cuiuslibet enim potẽtię suus actus est complementum: sicut enim potentia passiua perficitur per formam, qui est actus primus, sic actiua per operationem, qui est actus secundus. sed in Deo non ponitur potentia passiua, propter hoc ꝙ sibi cõpleri non conuenit sed complere. ergo nec potentia actiua in Deo ponẽda est. Præterea. Potentia significatur vt operationis principium. sed operatio Dei est sua essentia, qui principium non habet. ergo in Deo potentia ponenda nõ est. Præterea. Omnis potentia quę non semper est coniuncta actui est mutabilis, saltem de ocio in actum, in Deo autem est potentia non semper actui cõiuncta, alias creaturæ essent ab æterno. ergo sequitur ꝙ sit mutabilis de ocio in actum, quod est inconueniens. ergo in Deo non est potentia. Sed contra est quod dicitur in Psal. 88. Potens es do. &. v. t. in. &c. Præterea. Potentia actiua habet rationem causæ efficientis. sed Deus est causa efficiens omnium. ergo sibi maxime competit ratio potẽtię

Margin notes: In alio scrip. vt hic. p. p. 1. 25. ar. 1. 0. 2. con. c. 7. 3. 9. 10. De po. q. 1. ar. 1. 0.

actiuæ. Respon. Dicendum ꝙ secundum ꝙ aliquid actu est, ꝭm hoc actiuum est, & secundum ꝙ est actiuum secūdum hoc conuenit habere potentiam actiuā, quæ nihil aliud est q̄ principium actionis & acti, vnde cum Deo maxime competat esse actu, sibi præcipue competit ratio potentiæ actiuæ. Sed tamen sciēdum ꝙ potentia habet respectū ad tria, primo ad subiectum, secundo ad actum, tertio ad effectum. Quātum ad duo prima differenter se habet potētia in creaturis & Deo: Nam in Deo potentia est idem secundum rem cum substantia potentis, & cum eius operatione, differens solum ratione, quod in creaturis non accidit: Sed quantum ad tertium similiter se habet in Deo, & creatura quodammodo: Nam potētia actiua tam in Deo q̄ in creatura realiter distinguitur ab effectu, cuius est principium. Ad primum ergo dicendum, ꝙ potentia actiua se habet in ratione complentis secundū respectum ad effectū, sed in ratione completi secundum respectum ad operationem, quę in Deo ꝭm rem idem est cū potentia, vt dictum est. Potentia vero passiua se habet solum in ratione completi: Et ideo potētia actiua potest Deo attribui, non autem passiua. Ad secundū dicendum, ꝙ diuina essentia secundum rationem essentiæ nō habet principiū, neq; secundum rem, neq; secundum modum intelligendi. Operatio autem diuina, quæ est idem essentiæ secundum rem differens ratione, habet principium secundum modum intelligendi potentiā actiuam in Deo. Ad tertium dicendū, ꝙ potentia actiua Dei semper est cōiuncta operatiōi, cum sua operatio sit eius substantia, non tamen semper effectum, cum effectus sequatur ad determinationem volūtatis. Articulus secundus.

l. effectui

p. p. q. 25. ar.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ Deus non sit omnipotēs: Dicitur enim. 2. Timo. 2. ꝙ seipsum negare non potest. ergo non potest oīa, & ita non est omnipotens. Præterea. Hiero. dicit ꝙ cum cætera Deus possit, non potest de corrupta facere virginē. ergo non est omnipotens. Præterea. Geñ. xviii. dicitur. Num celare potero Abraham quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam & robustissimam: Et. xix. Non potero facere quicq̄ donec gradiaris illuc. ergo Deus nō omnia potest. Sed contra est quod dicitur Luc. 1. Non erit impossibile apud Deū omne verbum. Præterea. Omnis potentia quæ aliqua potest & aliqua non potest est finita. sed potentia Dei est infinita, vt etiam philosophus probat. ergo omnia potest. Respon. Dicendum ꝙ sicut dictum est, in Deo non ponitur potentia passiua, sed actiua, eo ꝙ est actus purus nihil de potētia admixtum habens. Quia igitur est actus completus in se comprehendens quicquid in aliquo perfectionis esse potest vel excogitari, ideo in omnia eius virtus actiua simpliciter potest. Dupliciter ergo aliquid potest dici Deum non posse. Vno modo quia pertinet ad passionē, sicut dicimus Deum non posse pati, nō posse deficere, vel fieri, & alia huiusmodi. Alio modo quia illud quod dicitur Deum non posse non habet rationem actus, & hoc contingit ex hoc ꝙ nō potest habere rationem entis, sicut quod implicat in se contradictionem, qd etiā dupliciter contingit. Vno modo ꝭm ꝙ implicat contradictionem absolute in se consideratum, sicut hominem esse asinum, & hoc simpliciter Deus non pót. Alio modo secundum ꝙ in se consideratum contradictionem non implicat, sed solum per respectum ad aliud, sicut Petrum damnari in se consideratum non implicat contradictionem, sed per respectum ad præscientiam vel ordinationē Dei,

3. c. De po. q. 1. ar. 7. o. 2. con. c. 22. o

1. con. c. 16. o & 2. c. 7. o. De ver. q. 12. arti. 6. ad ter. De po. q. 5. ar. 3. c. p. p. q. 25. ar. 4. ad sec. scdaſę q. 15 2. arti. 3. ad ter. p. p. q. 23. ar. 6. ad sec.

Dei quę se habent ad modum contradictoriorũ, huiusmodi contradictioné implicat, & hoc dicitur Deus posse facere ex potentia absoluta, sed non de potentia ordinata: vel posse simpliciter, sed non posse ex suppositione. Sic ergo tribus modis dicitur Deum non posse aliquid, primo quia sonat defectum, secundo quia implicat contradictionem, tertio quia repugnat pręscientiæ vel ordinationi diuinæ. Prima ergo ratio procedit de primo, secunda de secundo, nã præteritum non fuisse implicat contradictionem, tertia de tertio.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ Deus non dicatur omnipotens, quia omnia possit. Quia ly omnia, aut distribuit pro his quæ sunt, aut pro his quæ possunt esse. Si solum pro his quæ sunt, hoc non sufficeret ad rationem omnipotentiæ: Nam si quis diceret Deum nõ posse facere nisi ea quæ sunt, omnipotentiam negaret. Si autem pro his quæ possunt esse, aut secundum potentiam creaturæ & hoc iterum ad rationem omnipotentiæ non sufficit: Nam omnipotentia Dei ad plura se extendit q̃ potentia creaturæ. Aut secundum potentiam Dei, vt Deum posse omnia, sit sensus, Deus potest omnia q̃ sunt ei possibilia, quod iterum ad rationem omnipotentiæ nõ sufficit: quia sic & homo esset omnipotens qui potest omnia quæ sunt ei possibilia. ergo Deus non dicitur omnipotens, quia omnia possit. Præterea. In litera dicitur quòd si Deus posset peccare, omnipotens nõ esset, & sic nõ posse deficere ad eius omnipotentiam pertinet. sed non posse deficere conuenit Deo, inquantum habet potentiam perfectam. ergo ratio omnipotentiæ in Deo magis est propter perfectionem potentię, q̃ propter vniuersalitatem possibilium. Pręterea. Angelus Luc. i. rationem omnipotẽtiæ insinuare videtur ex hoc ꝙ non est impossibile apud Deum omne verbum. sed verbum est quod mente concipitur, ergo Deus videtur dici omnipotens, nõ quia omnia possit simpliciter, sed quia potest omnia quæ mente possunt cogitari. Præterea. Sapientiæ. xii. dicitur. Subest tibi cum volueris posse. ergo Deus ex hoc dicitur omnipotens, quia omnia potest quæ vult, & non omnia simpliciter. Sed contra. Omnia quæcũq; voluit Deus fecit, sicut dicitur in Psál. 113. Si ergo Deus dicitur omnipotẽs ex hoc solo, quia potest quicquid vult, ratio suę omnipotentię terminabitur ad ea quę fecit, vel facturus est. Respon. Dicendum ꝙ ratio omnipotentię aliquid cõtinet in se primo & principaliter, aliquid vero secũdario. Principaliter quidem continet hoc ꝙ per nomen significatur. s. ꝙ omnia possit. Cum autem dicitur omnia posse, distributio refertur ad potentię obiectum: vnde oportet ꝙ intelligatur Deus oĩpotens esse ex hoc ꝙ potest omnia possibilia. Possibile, autem, ſm philosophum in. v. me. dupliciter dicitur. Vno modo secundum respectum ad aliquam potentiam, sicut cum dicitur hoc esse possibile huic vel illi. Alio modo nõ ſm aliquam potentiam, sed absolute, ſm ꝙ cõtra impossibile diuiditur, & cum necessario diuidit verũ: Sic enim dicitur possibile omne illud quod non habet in se repugnantiam ad esse, & hoc est quod in se contradictionem non implicat, & respectu horũ omnium distributio omnipotentię intelligenda est. Sic ergo primo & principaliter ratio omnipotentiæ in hoc consistit, ꝙ potest omnia per potentiam actiuam quę in se contradictionem non implicat. Secundario vero ratio omnipotentiæ includit quicquid ad perfectionẽ potentiæ actiuæ pertinet, vt ꝙ non pos-

p. p. q. 25. ar. 3. o. & arti. 4. ad sec.

sit deficere quicquid vult, & sic de aliis. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ ratio illa procedit de possibilibus quo ad aliquẽ & non de possibilibus absolute. Ad secundum dicendum, ꝙ non posse deficere consequitur rationem omnipotentiæ, sed nõ principaliter complet eam, vt dictum est. Ad tertium dicendum, ꝙ intellectus non est nisi entis. Vnde ad hoc ꝙ Deus possit facere quicquid in se consideratum potest esse non habens repugnantiam contradictionis, sequitur ꝙ possit facere quicquid mente concipi potest. Ad quartum dicendum, ꝙ posse quicquid vult absolute facere nõ sufficit in Deo ad rationem omnipotẽtiæ, sed posse quicquid vult se posse & per seipsum: Hoc.n. Deo cõpetit & nulli creaturæ, & tamen consequẽter se habet ad rationem omnipotentiæ & non principaliter, & per hoc patet responsio ad vltimum.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ aliquid dicatur possibile ꝭm causas superiores, & non ꝭm causas inferiores: A mensura.n. sumitur iudicium de mensuratis. sed potẽtia Dei mensura est omnium rerum, non autem potentia causæ inferioris. ergo possibilia dicuntur aliqua secũdum causam superiorem, & non secundum causam inferiorem. Præterea. Possibilia dicuntur per respectum ad actum. sed aliqua actu eueniunt, secundum ꝙ sunt in causis superioribus, non autem semper secundum ꝙ sunt in inferioribus, vt dicitur in glo. Esa. 38. ergo & possibilia aliqua dicuntur secũdum causam superiorem, & non secundum causam inferiorem. Præterea. Multa in rebus inferioribus accidunt quæ causæ inferioris potentiæ nõ subiacent, sicut creatio animarum, iustificatio impii, & alia huiusmodi, ergo si possibile diceretur aliquid secũdum causas inferiores, hæc impossibilia iudicarẽtur, quod falsum est. Sed contra. Deus omnia potest, secundum illud Sapientiæ. xi. misereris omnium, quoniam omnia potes. Si ergo aliquid dicatur possibile ꝭm causam superiorem & non secundum causam inferiorẽ, omnia possibilia dicentur, & nihil impossibile. Præterea. A necessitate diuinæ scientiæ nõ iudicantur ea quæ sciuntur a Deo esse necessaria. ergo nec a potentia diuina iudicãtur ea quæ potest possibilia. Respon. Dicendum ꝙ possibile dupliciter dicitur, sicut dcm̃ est, absolute, & respectiue. Asolute quidẽ dicitur aliquid possibile, ex habitudine prędicati ad subiectum, inter quæ nõ est repugnantia, & non secundum causam superiorem vel inferiorem. Respectiue autem dicitur aliquid possibile per respectum ad causam proximam; cuius conditiones effectus imitatur. Effectus ergo illi qui habent causam proximam aliquam creaturam, iudicãtur possibiles vel impossibiles ꝭm respectũ ad causam inferiorem. Illi vero qui habent solum Deum causam iudicãtur possibiles vel impossibiles, secũdum respectum ad causam superiorem. Ad primum dicẽdum, ꝙ a potentia Dei iudicãtur aliqua possibilia absolute sicut a propria mensura, non autem possibilia respectiue, sed per respectum ad causam proximã. Ad secundum dicendum, ꝙ possibile importat ordinem ad actum siue effectum. Secundum autem ordinem quem Deus rebus instituit, effectus suis causis proximis subsunt, quãuis aliquãdo aliter præter illum ordinẽ Deus operetur: Et ideo possibilitas effectus semper respicit causam proximam, sed euentus non semp. Ad tertium dicendum, ꝙ ratio ista procedit de his quæ solus Deus facere potest.

In alio script. vt hic. q. 2. ar. 3. c. p. p. q. 25. ar. 3. ad quartũ De po. q. 1. ar. 6. c.

Distin.

Distin. Quadragesimatertia.

Quidã de sensu suo gloriantes.

Quæstio vnica.

Hic quçruntur quatuor.

Primo vtrum Deus possit non facere quæ facit.

Secundo vtrum possit facere quç non facit.

Tertio vtrum potentia sua sit infinita.

Quarto vtrum Deus possit facere quòd sint infinita actu.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, q. 2. p. p. q. 25. ar. 5. 0. 2. con. c. 23. De po. q. 1. ar. 5. 0.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ Deus non possit non facere quæ facit: Omne enim quod agit ex necessitate naturæ non potest non facere quod facit. sed Deus est huiusmodi agens: agit enim per essentiam suã quæ est eius natura. ergo Deus non potest nõ facere quæ facit. Præterea. Iustitia determinatur ad vnum sicut & natura, quia, secũdum Tullium, virtus est in modum naturæ rationi consentanea. sed Deus operatur per iustitiam, & non aliter. ergo eius operatio est determinata ad vnum, & ita quod facit nõ potest nõ facere. Præterea. Nulla causa necessaria in causando potest non facere q̃d facit. sed Deus est talis causa, al's omnes aliæ causæ essent contingentes, cum effectus necessarius non possit esse nisi a causa necessaria. ergo Deus non potest non facere quæ facit. Sed contra. Omne agens per voluntatem potest non facere quç facit. sed Deus est agens per volũtatem, vt patet per illud Psal. 134. Omnia quæcunq; voluit dominus fecit: ergo Deus potest non facere quod facit. Præterea. Omnę agens quod non potest non facere quod facit, semper facit suum effectum. si ergo Deus non potest non facere quod facit, ab ęterno creaturam fecisset, quod est hæreticum. Respon. Dicendum ꝙ sicut supra dictum est aliquid implica: cõtradictionem dupliciter. Vno modo absolute. Alio modo respectiue. Non esse autem multa eorum quæ facit Deus non implicat contradictionem absolute, nec iterum per respectum ad potẽtiam Dei. Non enim repugnant ꝙ Deus possit hoc facere, & possit hoc non facere. Similiter nec per respectum ad effectum diuinum, quia non repugnãt hæc duo, creaturam esse, & non posse non esse, cum omnis creatura quãtum est de se sit potens nõ esse. Implicat autem cõtradictionem per respectum ad scientiam vel volũtatem diuinã, quæ etiam sunt diuini effectus causa: Hęc. n. repugnant ꝙ Deus sciat vel velit aliquid esse, & non sit, propter certitudinem diuinæ sciẽtiæ, & efficaciam voluntatis. Cum ergo dicitur Deum posse non facere id quod facit, quia in se repugnantiam nõ habet, simpliciter cõcedendum est ꝙ Deus potest non facere quod facit, si nihil addatur, eo ꝙ non facere non habet repugnantiam ad aliq̃d in loquutione positum. Addita autem scientia vel voluntate, erit loquutio vera in sensu diuiso, falsa in sensu composito, vt si dicatur, Deus potest nõ facere quod scit, vel quod vult se facere. Ad primum ergo dicendum, ꝙ Deus per essentiam suam agit, & tamen non agit ex necessitate naturę: sed ex proposito voluntatis: Nam essentia sua non solum natura est, sed voluntas. Ad secundum dicendum, ꝙ productio creaturarum est ex Deo, non secundum aliquod debitũ, sed secundum voluntatem eius quæ ordinem conuenientem rebus imponit, in quo ratio iustitię consistit. Sic ergo hoc modo distinguendum est, si in prædicta loquutione addatur iustitia, sicut si addatur voluntas, vt dicamus ꝙ hęc loquutio, Deus non potest nõ facere quod iu- In alio script. vt hic, q. 2. ar. 2. c. & ad pri.

ctum est fieri, est vera in sensu composito, falsa in sensu diuiso. Ad tertium dicē dum q Deus est causa necessaria in creā do, quia positis omnibus quę in eo ad creandum occurrunt, de necessitate se quitur effectus, inter quae vnum est vo luntas quę non determinatur ad vnum, & ideo Deus potest non facere qd facit.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & vi detur q Deus non possit facere qd non facit: Optimi enim, secundum Platonem, est optima adducere. sed qd per superabundantiam dicitur vni so li conuenit. ergo vno solo modo mun dum a Deo fieri est possibile. non ergo potest alia facere q̄ facit. Praeterea. August. sic argumentatur. Si Deus pōt, & non voluit, inuidus fuit: sed inuidia longe est a Deo. ergo quicquid boni po tuit in mundo facere fecit, quia quicqd voluit fecit. Pręterea. Deus non potest facere nisi quod vult facerę: sed non vult facere nisi quod ab aeterno vo luit. quod autem ab aeterno voluit non potest non velle. ergo Deus non potest facere nisi quod facit. Sed contra. Quicquid Deus facit creatū est. si ergo Deus non potest facere nisi quod facit creatura adęquat potentiam creatoris, quod est contra Hugo. de sanct. vic. qui dicit quòd potentiam Dei non adęquat opus. Pręterea. Deus potest facere omne id quod potest cogitari, vt supra dictum est. sed multa possunt cogitari quę Deus non fecit, vtpote coruos al bos, ergo potest facere aliqua quę non facit. Respon. Dicendum q nullus sapientis voluntas ad impossibile nitī tur. Impossibile autem est vt effectus di uini adęquentur bonitati diuinae, cum essentiae Dei non possit esse alia essentia aequalis in bonitate, quę sit bonitas pu ra. Vnde non est voluntas Dei q om nia sint quęcunq; bonitatem eius imita

p. p. lo cis supe tius ad ductis i pceden ti arti.

ri possibile est, quia cum infinitis modis possit imitari diuina bonitas, effectus di uini bonitati diuinae aequarentur, sed q sint aliqua quae secundum aliquos mo dos diuinam bonitatem imitantur; Et quia illi modi non ęquantur diuinę bo nitati, ideo multi alii modi sunt quibus potest diuina bonitas communicari quàm sit communicata. Cum ergo po tentia Dei se extendat ad omnia quę in se sunt possibilia esse, patet q absolu te loquendo, Deus potest multa facere quę nō facit. Si autem addatur aliquid pertinens ad scientiam vel voluntatem, vel iustitiam, distinguendum est sicut & prius. Ad primum ergo dicendum, q optimum dupliciter dicitur. Vno modo absolute, & sic id quod sit nō po test esse optimum. Alio modo in gene re aliquo determinato, vel secūdum ali quem modum determinatum, & sic Deus optimum fecit vnumquodq; in sua na tura, & in suo modo essendi, & sic nō se quitur q non potuerit alias naturas vel alios modos essendi facere. Ad secūdū dicendum q August. hoc argumēto vti tur ad probandū ęqualitatem Filii, quę ei debetur ex ipsa filiationis ratione, vñ de non tenet in creaturis, quę a Deo s̄m debitum non procedunt. Ad tertium dicendum, q cum dicitur, Deus non po test facere nisi quod vult facere, si intelli gatur composita, vera est: Non enim po test esse quòd Deus faciat aliquid, & nō velit illud facere. Si autem intelligatur diuisa, falsa est.

pri. p. vbi su. arti. 6. ad tec.

pri. p. vbi su. arti. 5. ad pri.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & vide tur q potentia Dei nō sit infinita. Quanto enim potentia est maior, tantò in minori tempore mouet. si ergo potentia Dei est infinita oportet q mo ueatur in instanti, quod est impossibile. Praeterea. Potētia proportionatur es sentiae a qua procedit, sed essentia Dei non

In alio script. t hic, q. 1. ar. o. p. q. 5. ar. o.

1. cō.c. 44. De po. q. 1 ar. 2. o. Opu. 3 c. 19 et Opu. 9 q. 4. nō est infinita, cum sit simplex. ergo nec potentia. Præterea. Infinitum, secundum philosophum in. iii. phisi. imperfectum est. sed potentia dei est perfectissima. ergo non est infinita. Sed contra. Omni finito pōt intelligi aliquid æqualem. si ergo potentia dei non sit infinita, poterit intelligi aliq alia potentia quę est ei ęqualis, quod est incōueniēs. Præterea. Illud quod omnia finit non potest esse finitum. sed per potentiam mei omnia intra suos fines collocantur. ergo potentia dei non est finita, sed infinita. Respon. Dicendum ꝙ duplex est quantitas. Vna intensiua quę proprie in incorporeis rebus est, qbus, secūdum August. idem est esse maius quod melius. Alia est quantitas extensiua quæ in cōtinuam & discretam diuiditur, vtraq autem quātitas in potētia cōsiderari potest. Prima quidem secūdum ipsam essentiam potentiæ. secunda vero quantum ad eius obiecta. Secundum autem vtrāq quantitatem potentia Dei dicitur infinita. Intēsiue quidem propter perfectionem suæ actualitatis, quam actiua potentia cōsequitur: Est. n. Deus actus perfectus in se omnia cōprehendens quę ad perfectionem pertinere possunt. Extensiue autem, quia potest in omnia ſm quæ bonitas diuina cōmunicabilis est, quod est infinitis modis, & ideo Dei potentia est simpliciter infinita. Ad primum ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit de potentia in magnitudine, quę est virtus corporalis: hęc enim si non esset infinita ageret in non tempore, vtpote agens ex necessitate naturę. Diuina autem potentia determinat tempus suę actioni, pro suę voluntatis arbitrio. Ad secundum dicendum ꝙ essentia Dei non est infinita extensiue, quia infinitum excedit cuiuslibet rei alterius perfectionem, vnde et & eius potentia hoc modo erit infinita. Ad tertium dicendum, quod obiectio illa procedit de infinito priuatiue dicto, quod imperfectionem importat sicut & quęlibet priuatio. In diuinis autem dicitur infinitum negatiue non priuatiue.

l. Dei

Articulus quartus.

p. p. q. 7. ar. 2 3. 4. o. De ve. q. 2, ar. 10. o. quol. 9 ar. 1. o. quo, 12 ar. 2. o. AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ Deus possit facere infinita simul actu: Deus. n. potest reducere in actum omne illud quod est potentia in materia. sed in potentia materię sunt infinita, vt patet per philosophum. iii. phisi. ergo Deus potest facere infinita actu. Præterea. Scientia Dei est infinitorum, vt Augu. dicit. xii. de ciui. Dei. sed Deus per suam scientiā est causa rerum. cum ergo scientia vnius rei nō impediat in causando scientiā alterius rei, videtur ꝙ Deus possit facere infinita in actu. Præterea. Plus potest Deus facere ꝙ homo potest intelligere. sed aliqui philosophi posuerunt esse infinita actu, sicut Democ. & Anax. ergo Deus potest facere infinita actu. Sed cōtra. Deus pōt facere maius omni eo quod facit, quia eius potentia non adęquat opus, vt dicit Hugo de sanct. vict. sed infinita materia in actu non potest esse aliquid maius. ergo nō potest esse ꝙ Deus faciat infinita in actu. Præterea. Omne illud cuius ratio completur in materia cum priuatione non potest in actu esse, quia nihil est in actu nisi secundum ꝙ est sub forma. sed infinitum est huiusmodi, vt patet in. iii. phisi. ergo infinitū in actu esse non potest. Respon. Dicendum ꝙ Deus non potest facere aliqd esse in actu, cuius ratio contrarietur facto, inquantum est factum, vel enti in actu, inquantum est ens actu. Facto autem, inquantum est factum, cōtrariatur ꝙ sit æquale Deo, vnde Deus non potest facere æquale sibi, & sic non potest facere aliquid quod sit modis omnibus infinitum, & quantum ad extensionem, & ꝙ

In alio scrip. vt hic, q. 1. ar. 1. ad qn tum

In alio script. vt hic, d.33.q. 1. articu.3.c. p.p.q. 86 ar. 2.c. De ver. q. 20. ar. 4. ad. 1 &.q 29 ar.3.c.

tum ad intensionem. Existenti vero in actu, inquantum huiusmodi, repugnat esse infinitum, non solum per se, vt quidam dicunt, sed etiam per accidens, vel quocunque modo. Non enim potest esse aliquid in actu ens in genere, quod non determinetur ad aliquam speciē. Oportet autem id quod ponitur infinitum, eē in genere quantitatis, vnde oportet quod si sit actu quod sit in aliqua spē quātitatis, quę quidem distinguuntur secundum determinatas mensuras, vt patet in numero, cuius species sunt binarius, & ternarius, & in quantitate cōtinua, cuius quasi species sunt bicubitum, & tricubitum. Esse ergo aliquam quantitatem in actu vel continuam vel discretam repugnat ei quod est esse infinitum: Et ideo deus nō potest facere quod aliquid actu sit simpliciter infinitum, vel intensiue, vel extēsiue, siue secundum quantitatem continuā, siue secundum discretam. Ad primum ergo dicendum, quòd Deus potest facere in actu quicquid est potentia in materia, non ita quòd simul sit actu, sed successiue, propter repugnantiam infiniti & existentis in actu, vt dictum est. Ad secundum dicendum, quod licet scientia Dei sibi non repugnet in creando, est tamen repugnantia ex parte effectus, vt dictum est. Ad tertium dicendum, quòd philosophi ponētes infinitum actu, propriam vocē ignorauerunt, quia eorum positio sibimet repugnat, vt ex dictis patet.

Distin. Quadragesima quarta.

Nūc idem restat discutiendum.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum Deus potuerit facere vniuersum melius quam sit.

Secundo vtrum quamlibet rem secundum se potuerat facere meliorem.

Tertio vtrum potuerit facere meliori modo.

Quarto vtrum quicquid potuerit possit modo.

Articulus primus.

In alio scrip. vt hic, arti. p.p. q. 25. ar. 6.c.

AD primum sic proceditur: & videtur quòd Deus non potuerit vniuersum facere melius. Optimo enim nihil potest esse melius, sed vniuersum est optimū, vt patet per illud quod dicitur. Gen.1. Vidit Deus cuncta quę fecerat, & erant valde bona. ergo vniuerso nō potest esse melius. Pręterea. Omne quod est cōmunicabile creaturæ est ei cōmunicatum: Cum enim bonitas Dei infinita sit, ad eum pertinet vt cōmunicet se quātūcūque potest. sed ex hoc vniuersum est bonum quod consistit ex creaturis diuinam bonitatem participātibus. ergo vniuersum melius esse non potest. Præterea. Omni agenti propter finem, finis est ratio faciendi, & non faciendi. sed Deus agit propter finem, qui est sua bonitas, quæ non potest esse ratio non faciendi vniuersum in meliori bonitate si melius esse posset. ergo Deus nō potuit vniuersum melius facere. Sed cōtra. Omni finito Deus potest facere maius, cum sua potentia sit infinita, vt dictum est. sed bonitas vniuersi est finita, alias æquaretur bonitati factoris, quod est impossibile. ergo Deus potest facere maiorem bonitatem quam sit bonitas vniuersi. Præterea. Hugo de sanct. vict. dicit quod potentiam diuinam non adęquat opus. sed vniuersum est opus Dei. ergo potentia Dei excedit totum vniuersum, & sic potest aliquid aliud melius de toto vniuerso facere. Respon. Dicendum quod sicut supra dictum est, contra rationem facti est vt sit æquale factori, ratione cuius Deus non potest facere aliquid ęquale sibiipsi. Ergo vniuersum quod est a Deo factum non participat bonitatem diuinam perfecte, sed secundum aliquē

modum

modum & mensuram determinatam. Possumus ergo de vniuerso loqui dupliciter. Vno modo absolute, & sic Deus potest aliqd facere melius toto vniuerso, quia & ordo eius ad Deum esset melior, quato perfectius diuinam bonitatem participaret, & ordo rerum adinuicem, quanto res essent meliores: In hoc enim duplici ordine bonum vniuersi cōsistit, vt dicitur .ix. Me. Alio modo per respectum ad modum participandi diuinam bonitatem qui est vniuerso a Deo prefixus, & sic vniuersum melius esse nō potest ordinatum, supposita. s. mensura sibi diuinitus fixa, & secundum modum dicitur vniuersum esse optimū, vel Deus fecisse omnia valde bona. Vnde patet responsio ad primum. Ad secundum dicendum, ꝙ multa sunt communicabilia creaturæ quæ non sunt cōmunicata, & tamen Deus infinita bonitate creaturis cōmunicat bona sua. Cōmunicat enim eis secundum ꝙ ratio sapientiæ exigit, ꝑm respectum ad modum quem diuina bonitas prefixit. Ad tertium dicendum, ꝙ licet, absolute loquendo, diuina volūtas non possit esse ratio quare vniuersū non fiat melius, tamen potest esse ratio eius si presupponatur modus a voluntate diuina præfixus: Hoc. n. diuinæ cōpetit voluntati, vt illud fit in rebus qd diuina sapientia & volūtas determinat.

De po. q 3. ar. 16. ad 17.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ Deus non possit facere aliquid melius qualibet re q̄ facit, secundū se considerata. Tanto enim aliquid est melius quāto Deo propinquius. sed natura humana in Christo nihil pōt Deo esse propinquius. ergo Deus nihil poterit ea facere melius. Præterea. Quanto aliquid est purius tāto est melius, sed Ansel. dicit in lib. de concep. vir. quod decuit vt beata virgo ea puritate niteret qua maior sub Deo nequit intelligi. ergo Deus nō pōt facere ea aliquid melius. Præterea. Vt dicitur in lib. de causis, Deus æqualiter se habet ad omnia. sed omnia non se habent ęqualiter ad ipsum, tantum ergo vnaquęq; creatura de Dei bonitate recipit quantum recipere potest. nō ergo potest esse melior q̄ sit. nihil ergo Deus potest melius facere q̄ sit. Sed contra. Inter quælibet infinite distantia possunt esse multa media. sed óptima creatura distat a Deo in infinitum. ergo possunt esse aliqua media inter creaturam illā, & Deum, & ita Deus potest facere aliquid melius omni creatura. Præterea. Quicquid pōtest facere virtus inferior, pōt facere Deus. sed virtus naturalis potest facere aliqd melius q̄ sit. ergo multomagis Deus.

In alio script. vt hic. ar. 1. & in aliis locis p cedēti articu addu ct. s.

Respon. Dicendum ꝙ duplex est creaturæ bonitas, vna accidētalis, & alia essentialis, sicut hominis accidentalis bonitas consistit in sciētia, & virtutibus, et aliis huiusmodi, bonitas vero eius essentialis consistit in hoc ꝙ habet sensum, & rationem. Bonitatem ergo accidentalē cuiuslibet rei Deus potest facere meliorem, etiam manente re, quia talis bonitas est finita, & eā res ꝑm suam spēm nō requirit. Bonitate vero essentiali cuiuslibet creaturæ, cū sit finita, potest aliquā bonitatem maiorem facere, non tamen in eadem re, sed in alia alterius speciei, quia mutatio talis bonitatis speciem variat. Ad primum ergo dicendum, ꝙ natura humana dupliciter potest considerari, secundum Dam. Vno modo ꝑm ꝙ per intellectum separatur a diuinitate, & sic, secundum ipsum, est seruilis & defectibilis, inquantū est creatura quędam, vnde sic potest deus facere aliam creaturā ea meliorē. Alio modo ꝑm ꝙ est vnita diuinitati in ꝑsona, & sic deus nihil potest facere melius Christo. Ad secundum dicendum, ꝙ purius dicitur aliquid per recessum a termino, melius

In alio script. vt hic, ar. 3. o. p. p. q. 25. ar. 6. ad. 4. 3. p. q. 7. ar'ia ad sec. De ver. q. 29. arti. 3. ad sex.

In alio script.

d.17.q. 2.ar.4 ad ḡr. per accessum ad terminum. Illud ergo qd omnino recedit ab impuritate culpę, est ita purum ꝙ nihil potest esse eo purius, nõ tamen sequitur ꝙ non possit eo aliquid esse melius, nisi acciperemus puritatem ab omni defectu, & imperfectione, sic autem non loquitur Ansel.

In alio script. 2.d.17 q.1.ar. 1.ad sextum Ad tertium dicendum, ꝙ creatura participat diuinam bonitatem secundum mẽsuram suæ capacitatis, quam ei diuina sapientia, & voluntas præfixit. Potest autem pręfigere maiorem, & sic plus de diuina bonitate participaret.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur quòd illud quod Deus facit non possit facere modo meliori. Sicut enim in litera dicitur, Fuit alius modus nostræ liberationis Deo possibilis, sed nullus conuenientior. sed quanto aliqd est melius, tanto conuenientius. ergo Deus non põt meliori modo facere nostram liberationem, & eadem rõne nec aliquid aliud. Præterea. Tanto aliquid fit melius quãto directius cõsequitur suum finem. sed finis cuiuslibet creaturę est participatio diuinę bonitatis. secundum modum sibi præfixum, quem res quælibet totaliter attingit: alias diuina ordinatio falleretur. ergo Deus non potest facere meliori modo res ꝗ facit. Pręterea. Modus operationis attestatur bonitati facientis: Iustus.n.est qui operatur iuste ꝭm philosophum in ii.ethic. sed bonitate Dei nihil potest eẽ melius, ergo nec modo quo res facit potest esse aliquis modus melior. Sed cõtra. Ansel.in li.de natura boni dicit. ꝙ ꝭm ꝗtitatẽ bonitatis rei est quantitas modi speciei & ordinis. sed potest bonitate creata Deus aliam facere, meliorẽ. ergo & modo quo facit res potest aliqs modus esse melior. Pręterea. Modus rei a Deo factę quędam creatura est, & ita est bonitatis finitę. ergo tali modo potest esse aliquis alius modus melior.

Respon. Dicendum ꝙ operatio media est inter operantem & operatum, ad minus ꝭm modum intelligendi. Modus ergo quo Deus facit res potest intelligi dupliciter. Vno modo ex parte illa quo operatio exit ab operante, & sic nõ potest Deus meliori modo facere res ꝗ facit, quia modus ille sequitur bonitatẽ & sapientiam facientis, quę est infinita. Alio modo ex parte facti, & sic absolute loquendo, Deus potest facere res meliori modo ꝗ facit, quia potest eis meliorem modum essendi tribuere, sed ex suppositiõe diuini ordinis, qua vnicuiq; finem certum præfixit, non potest fieri meliori modo, & ex hac suppositione procedit prima, & secunda ratio. Tertia vero de modo ex parte operantis, aliæ duæ de modo ex parte facti absolute, vnde patet solutio ad obiecta. In al. script. vt h.r, d.37.q. 3.art. 2 ad t.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ Deus nõ possit quicquid olim potuit: Potuit enim Deus ab æterno non pędestinare Petrum, quia volũtarie eum prædestinauit. sed modo nõ potest eum non pędestinasse, quia non potest esse ꝙ aliquis sit non pędestinatus postꝗ fuit prædestinatus. ergo Deus non potest quicquid potuit. Pręterea. Deus potest facere ꝙ Adam nullo tempore esset. sed hoc modo non potest, quia quod fuit non potest non fuisse. ergo Deus non potest quicquid potuit. Præterea. Deus potuit facere mundum istũ qui modo est, quia fecit, modo autẽ non potest eundem facere, quia quod est nõ fit. ergo Deus nõ potest quicquid olim, potuit. Sed cõtra. Sicut Deus fuit omnipotens, ita & nũc est. sed de rõne omnipotẽtiæ est vt simpliciter omnia possit. ergo Deus potest quicquid potuit. Præterea. Omne agens, cuius virtus in agendo non minuitur, potest quicquid potuit. In ali script. vt hi, p.p. 25.a 4.o. con. 25. I e po.q. ar. ,

potuit. sed Deus est huiusmodi agens. ergo potest quicquid potuit. Respon. Dicendum ꝙ in hoc potētia, & scientia differunt, quia scientia respicit res ſm ꝙ sunt in cognoscente, potentia vero respicit res ſm ꝙ exeunt a potestate, vt in seipsis existant. Vnde enunciabile, qd est res rōnis, se habet ad scientiam nram vt medium quo res cognoscuntur, sed ad potentiam huiusmodi habitudinem non habet: vnde potentia non respicit enunciabile nisi secundum rationē rei quam significat: Et ideo si res vna per diuersa enunciabilia significetur idē possibile simpliciter iudicatur. Sed in sciētia diuersitas enunciabilium modum scientiæ nostræ variat, quis non diuinæ, vt supra dictum est. Loquendo ergo de potētia Dei per respectum ad rem quæ significatur, cum dicitur, Deus potest hoc vel illud, aut potuit, dicendum ꝙ iste respectus potest variari dupliciter. Vno modo ex parte potentis, sicut cęcus nō potest videre qui prius poterat videre, & secundū hunc modum Deus potest quicquid potuit, quia cuiuscunq; rei potentiam habuit, habet. Alio modo ex parte possibilis, & sic potest concedi ꝙ Deus non potest aliquid quod potuit, quia hoc non habet rationem possibilis qd prius habebat: Ex quo enim aliquid in præteritum transit, rationem possibilis amittit, quia potentia actiua respicit pręsens, vel futurum. Ad primum ergo dicendum, quòd actus prędestinationis nūquam transit in pręteritum, cum mensuretur ęternitate, vnde semper eodem modo se habet ad diuinam potentiam. s. vt possibile non esse absolute, & vt impossibile nō esse ex suppositione, quod fit propter immutabilitatem diuini propositi. Aliæ duę rationes procedunt de eo quod iam in pręteritū transiuit, & ita possibilis rationem amisit, vnde patet solutio ex dictis.

p. p. q. 23. art. 6. ad. 3

Distin. Quadragesimaquinta.

Iam de uoluntate Dei &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo vtrum in Deo sit voluntas.
Secundo vtrum voluntas Dei sit causa rerum.
Tertio vtrum volūtatis diuinę ratio sit quęrenda.
Quarto vtrum voluntas beneplaciti distinguatur contra voluntatem signi.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ in Deo voluntas non sit: Voluntas enim est appetitus quidam: sed appetitus Deo non conuenit, cū imperfectionem importet. Est enim rei non habitæ, ſm August. ergo voluntas in Deo non est ponenda. Pręterea. In Deo nihil est cuius sit accipe aliquā causam. sed voluntas dicit respectum ad aliquam causam. s. finalem, quæ est eius obiectum, ergo voluntas in Deo ponenda non est. Pręterea. Illud quod se habet ad opposita, in Deo esse non potest, cum sit mutabile. sed voluntas se habet ad opposita. ergo voluntas in Deo poni non potest. Sed contra. Beatitudo Deo pręcipue competit. sed beatitudo non est sine voluntate, quia ſm August. beatus est qui habet quicquid vult, & nihil mali vult. ergo in Deo est voluntas. Præterea. Voluntas est principium laudabilium operationum. sed Deus propter sua opera laudandus est a nobis. ergo voluntas est in Deo. Respon. Dicendum ꝙ cum Deus sit prima rerum causa oportet in eo ponere illud quod inter cętera magis habet rationem causæ. Hoc autem est voluntas: Nam in hoc voluntas, & natura differūt in causando, ꝙ natura est causa deter-

In alio script. vt hic, p. p. q. 19. art. 1. o. 1. con. c. c. 73. De ve. q. 23. art. o. Opu. 3 c. 32.

minati effectus,ſed determinatiõis actus
ſui ad talem effectum ipſa nõ eſt cauſa,
ſicut non eſt cauſa ſuiipſius. Ex hoc enĩ
ꝙ talis natura eſt,ad talem effectũm de-
terminatur.Volũtas autem non ſolum
effectus determinati cauſa eſt , ſed etiam
habitudinis ſuę actionis ad determina-
tum effectum,quia in poteſtate volunta
tis eſt hunc vel illum effectum agere.
Propter quod ſola ea quæ voluntatem
habent dicũtur agere,quaſi plenam po-
teſtatem, & dominiũm habentia ſuper
ſuos actus,alia vero dicũtur magis agi;
& propter hoc in Deo eſt voluntas. Ad
primum ergo dicendum, ꝙ nihil prohi-
bet rõnem ſpeciei Deo cõpetere,& non
rationem generis,quia ratio generis im
perfectionem importat ratiõe cuius in
Deo ponimus ſcientiam,ſed non quali-
tatem,aut accidens , & ſimiliter in Deo
In alio ponimus voluntatem, non autem pro-
ſcrip. prie loquendo,appetitum . Ad ſecũdũ
vt hic, dicendum,ꝙ ratio illa procederet,ſi vo
ar.2.o. luntas Dei haberet aliquem finem præ-
p.p.vbi ter ſeipſum. Ipſa enim diuina bonitas
ſup.ar. eſt diuinæ voluntatis finis. Vnde ſicut
2 o.1. Deus principaliter cognoſcit eſſentiam
con.c. ſuam, & alia in ipſa,ita volũtas Dei pri-
76. cipaliter fertur in bonitatem ſuam,& in
alia,ratione ipſius , inquantum ad eius
p.p.vbi bonitatem participandam ordinantur.
ſup.ar. Ad tertium dicendum, ꝙ voluntas Dei
7.o. non ſe habet ad oppoſita per modum
receptionis,ſed per modum actionis:Et
ideo non ſequitur ꝙ ſit mutabilis , ſed
rerum mutatiua.

Articulus ſecundus.

In alio AD ſecundum ſic proceditur, & vi-
ſcript. detur ꝙ voluntas Dei non ſit cauſa
vt hic. rerum:Quãto .n.cauſa aliqua eſt prior,
arti. 3. tanto eſt ſimplicior. ſimplicior autẽ eſt
p.p.q. cauſa ea quæ agit per naturam , q̃ quæ
19.art. per voluntatem: Nam voluntas naturã
4. o. præſupponit. Cum ergo Deus ſit cauſa
De po, prima,videtur ꝙ agat per naturam, nõ
per voluntatem,& ita voluntas non eſt q.3. ar
cauſa rerum,ſed ipſa natura. Pręterea. 5.o.lo
Illud in Deo proprie eſt rerum cauſa, 5.Le.3
quod rõnem principii habet, hęc autem co.3.
eſt potentia,& volũtas, inquantum huiuſ
modi.ergo cauſalitas rerum magis po-
tentię q̃ voluntati debet attribui. Prę
terea. Effectus procedunt ab agente
ſecundum eius ſimilitudinem.ſed ſimili-
tudines rerum in Deo ad ſcientiã perti-
nent,& non ad voluntatem. ergo magis
cauſalitas rerum ſcientię q̃ volũtati de-
bet attribui. Præterea. A cauſa con
tingenti non poteſt procedere effectus ne
ceſſarius , ſed ĩ rebus cauſatis ſunt multi
effectus neceſſarii.ergo nõ poſſunt pro-
cedere à voluntate,quæ eſt cauſa cõtin-
gens,cum ſit ad vtrumlibet. Sed con-
tra eſt quod in Pſal.134.dicitur.Omnia
quęcũque voluit Dominus fecit. Præterea.
Dio.dicit de diui.nomi.ꝙ diuinus amor
non permiſit eum ſine germine eſſe. ſed
amor ad voluntatem pertinet.ergo cau
ſalitas rerum voluntati prĩcipaliter de-
bet attribui. Reſpon . Dicendum ꝙ cũ
forma ſit principium agendi , ſm hunc
modũ aliquid agit, quo forma rei factę
eſt apud ipſum,quod contingit duplici
ter.Vno modo ſm eſſe naturæ, ſicut al-
bedo eſt in lapide. Alio per modum
intentionis,ſicut albedo in pupilla,& vl
terius in intellectu , inter quos modos
hæc eſt differentia,quia forma ſecundũ
eſſe naturæ alicui inhęrens,determinatũ
eſſe ibi habet,reſpondens proprię rõni
illius formæ,ſed forma in intellectu nõ
habet aliquod eſſe determinatũ , quod
reſpondeat ipſi formæ , ſed in quadam
vniuerſalitate eſt ibi: Et ideo oportet ꝙ
omne agens in quo exiſtit forma facti p
modum intelligibilem ſit agens indeter
minatum ad hunc vel illum effectum,
quod competit agenti per voluntatem,
ecõtrario eſt de agente quod habet for-
mam facti ſecundum eſſe naturæ: Et q̃a
formæ

formę creaturarum sunt in Deo, non sicut in propria natura existentes, sed per modum intelligibilem, ideo Deus agit res per voluntatem, & sic causalitas rerum voluntati attribuitur. Ad primũ ergo dicẽdũ ꝙ in Deo inuenitur duplex origo. Prima quidem naturæ ſm quã Filius oritur a Patre, sed hoc non habet rationem causæ, & causati. Secunda volũtatis, prout creatura a Deo procedit, & in hac inuenitur ratio causę, & causati, quia, vt dictum est supra, voluntas est causa, ꝙ determinetur ad talem effectũ, non autem natura. Nec tamen hæc ratio derogat simplicitati causæ primę ꝙ per voluntatem agit, quia in Deo volũtas est idem quod natura. Ad secundũ dicendum, ꝙ in agente per voluntatem potentia se habet vt principiũ exequẽs, sed voluntas est quę imperat; Et ideo sicut primę causę causalitas ei magis attribuitur. Ad tertium dicendum, ꝙ similitudo rei quę est in sciente, rõne suæ vniuersalitatis, non habet de se sufficienter rationem causæ ad aliquem determinatum effectum, quem oportet esse particularem, sed per voluntatem determinatur ad particularem effectum forma vniuersalis: Et ideo causalitas magis attribuitur voluntati q̃ scientiæ. Ad quartum dicendum, ꝙ licet voluntas Dei se habeat ad vtrumlibet, tamen ratione suæ immutabilitatis, necessitatem pręstat rebus causatis: Et ideo non est causa contingens.

p.p.q. 19.art. 5. o. 1. con. c. 87. et 4. c. 97.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ voluntatis diuinæ ratio quærenda sit: Cuiuslibet enĩ sapiẽtis voluntas sapientia regulatur; sed in his quæ per sapientiam fiunt ratio inuenitur. ergo voluntatis Dei causa, siue ratio quęrenda est. Pręterea. Voluntas Dei non potest esse nisi iusta: Sed iustitia aliquam rationem respicit in his quæ facit. ergo voluntatis Dei aliquam causam, vel rationem oportet assignare. Præterea. Cognita causa cognoscitur effectus. si ergo non oportet aliã causam quærere in rebus creatis nisi diuinam voluntatem, videtur ꝙ quilibet de facili possit omnia scire, cum planũ sit de omnibus quæ sunt, ꝙ Deus velit ea esse, & sic superfluum esset addiscere scientias, in quibus aliæ rerum causę inquiruntur. Sed contra. Causæ primę non est causa quærenda. sed volũtas Dei est prima omnium causa. ergo volũtatis Dei nõ est cã quærenda. Præterea. Maiorem potestatem habet Deus in vniuerso q̃ princeps in regno. sed in regno terreno, quod principi placuit legis habet vigorem. ergo multo fortius voluntas Dei sufficit ad hoc ꝙ aliquis effectus fiat, nec oportet aliam causam quærere. Respon. Dicendum ꝙ voluntas diuina dupliciter considerari potest. Vno modo secundum respectum quem habet ad Deum volentem, & ex parte ista non habet aliquam causam quę ab ipsa realiter differat, sed secundum modum intelligendi bonitas Dei se habet ad voluntatem Dei vt mouens, sapientia vt dirigens. Alio modo potest considerari secundum respectum quem habet ad effectus volitos, & ex parte voluntatis diuinæ potest causa vel ratio assignari: Sicut, n. creatura vnaquæq;, ita & creaturarum ordo subiacet voluntati diuinæ. Vult ergo vnam creaturam esse causam alterius, & sic potest dici ꝙ vult hoc pp illud. Ad primum ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit ſm primum modũ, vt per se patet. Ad secundum dicendũ, ꝙ prima regula iustitiæ est diuina sapiẽtia: Et ideo eadem ratio est de sapiẽtia, & iustitia. Ad tertium dicendum ꝙ ad scientiam effectus, oportet scire omnes causas, non solum remotas, sed etiã proximas, & ideo non sufficit ad scientiam

de creaturis habēdam scire quòd Deus vult ea esse, sed oportet etiam alias causas quærere. Hoc tamen in vanitatem reputatur illis philosophis, qui postposita voluntate Dei solas causas inferiores quærebāt, de quibus Sap. xiii. dicitur. Vani sunt omnes homines in q̄bus nō subest scientia Dei.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic. p.p.q. 19. art. 11. et 12 o. De veri. q. 23. art. 3. o.

AD quartum sic proceditur, & videtur quòd voluntas beneplaciti contra volūtatem signi distingui nō debeat. Sicut. n. in creaturis sunt signa diuinæ voluntatis, ita sciētiæ & potentiæ: nam ex magnitudine creaturæ ostenditur Deus potens, & ex ordine, sapiens, vt habetur in glo. Ro. 1. sed potētiæ, & sapientiæ non assignantur aliqua signa. ergo nec voluntatis. Præterea. Aut illud quod Deus vult voluntate signi, vult voluntate beneplaciti, aut nō. si non, signum erit falsum, cui signatum non respondet, si autem vult, ergo volūtas signi non debet a voluntate beneplaciti distingui. Præterea. Vnius signati vnum debet esse signum. sed voluntas Dei est vna, & simplex. ergo non debent ei plura signa assignari. Præterea. Illa quæ se inuicem consequuntur non debent contra inuicem distingui. sed voluntas beneplaciti, & Dei operatio se consequuntur, quia omnia quęcunq; voluit fecit, vt in Psal. 134. dicitur. ergo operatio nō debet inter signa voluntatis poni quæ contra voluntatem beneplaciti distinguntur. Præterea. Sicut est inuenire bonum & melius, ita malum & peius, sed respectu boni & melioris sunt duo signa voluntatis. cōsilium & preceptum. ergo debent duo assignari respectu mali & peioris. Respon. Dicendum quòd aliquid dicitur de Deo dupliciter. Vno modo ſm proprietatē, sicut spiritualia, vt sapientia, bonitas, & huiusmodi. Alio modo metaphorice, sicut materialia. Quia ergo voluntas in nobis, & spiritualis est, & materialis, materialem passionē habet annexam, ideo vtroq; modo de Deo dicitur. Secundū quidem quòd proprie de Deo dicitur voluntas, sic vocatur volūtas beneplaciti, quia vere & proprie loquendo aliquid vult voluntate beneplaciti. Secundo vero ꝙ dicitur metaphorice, sic ea quæ in nobis solent esse voluntatis effectus, & signa dicuntur Dei voluntas, propter hoc ꝙ dicitur voluntas signi, sicut & id quod in nobis solet esse signum irę .s. punitio, in scriptura metaphorice ira Dei nominatur. Est autem in nobis duplex signum voluntatis accipere. Vno modo quo ad prosequutionem boni. Alio modo quo ad fugam mali. Quantum ad bonum, assignatur quidem volūtatis signum secundum quòd impetum facit ad opus operatio Dei in nobis, ſm vero ꝙ de agendis disponit, consilium & pręceptum, sed consilium respectu eorum sine quibus finis haberi potest, sed non ita bene, & congrue, pręceptum vero respectu eorum sine quibus finis haberi non potest. Sed quātum ad malum etiam est duplex signum. Malum. n. quādoq; impeditur, & sic est prohibitio, quādoq; non impeditur, & sic est permissio. Ad primum ergo dicendum, ꝙ voluntatis diuinę signa assignantur non ad ostēdendum quòd Deus sit volens absolute, sed ꝙ sit volens hoc vel illud: Et ideo scientiæ vel potentiæ signa non ostenduntur, sed voluntatis: Nam Deus omnia scit & potest. sed non omnia vult. Ad secūdum dicendum, ꝙ sicut punitio non fit ad hoc a Deo vt ostendat se iratum, ita nec præceptū ad hoc fit vt ostēdat se volentem: propter quod non est signum falsum, quāuis Deus aliquid pręcipiat, quod tamen non vult voluntate beneplaciti: Non enim dicuntur voluntatis signa quia adhibentur ad signandum

dum Deum velle, sed quia in nobis solēt esse signa volendi. Ad tertium dicendum, ꝙ voluntas non est causa determinata ad vnum effectum: Et ideo nō oportet vnum solum signum eius accipere. Ad quartum dicendum, ꝙ quāuis operatio Dei nunquā repugnet voluntati beneplaciti, tamen differt a voluntate beneplaciti differentia temporalis ab ęterno. Nam operatio est temporalis, volūtas vero beneplaciti æterna. Ad quintum dicendum, quod omne malum dicitur per remotionem a fine, sed non omnia bona eadem ratione ordinantur in finem: Et ideo vnum signum voluntatis sufficit ad mala magna vel parua, non autem ad bona.

Distin. Quadragesimasexta.

Hic oritur quæstio.

Quæstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum diuina volūtas debeat distingui per antecedentē, & consequentem.

Secundo vtrum Deus velit omnes homines saluos fieri.

Tertio vtrum mala fieri sit bonum.

Quarto vtrum Deus velit mala fieri.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur quòd voluntas diuina non debeat distingui per antecedētem, & consequentem: Motus.n. voluntatis

De ve. q. 23. ar.2.o. sequitur actum cognitionis. sed actus diuinæ cognitionis non hēt prius & posterius, cum sua cognitio nō sit discursiua. ergo non est verum quòd Deus velit aliquid antecedenter, & consequenter. Præterea. Si in Deo ponitur voluntas antecedens, & consequens, aut hoc erit propter ordinem voluntatis, aut propter ordinem volitorum. sed non propter ordinem volitorum, quia sic voluntas antecedēs esset de primis creaturis tantum. similiter nec propter ordinem voluntatis, cum sit vna & simplex. ergo diuina voluntas non debet distingui per antecedentem, & consequentē. Præterea. Illud quod non potest ab alio impediri nec mutari nō iudicatur ex alio, sed a seipso tantum. sed secūdū Dam. voluntas in Deo dicitur antecedens quasi ex seipso existens, sed consequens est causa nostra. ergo videtur ꝙ consequens voluntas Deo non competat, cum ipse impediri non possit aliunde. Sed contra est quod dicit Dam. in secundo lib. Oportet scire ꝙ Deus antecedenter vult omnes homines saluos fieri, non autem consequenter. Præterea. Voluntas per prius est finis q̄ eorum quę sunt ad finem. sed Deus vult aliquid quasi finem, & aliquid quasi ad finem, ergo Deus vult aliquid antecedenter, & aliquid consequenter. Respon. Dicendum ꝙ in actione alicuius agentis est aliquid considerare ex parte facientis, & aliquid ex parte facti. Horum duorum, quod est ex parte facientis prius est, vnde & voluntas diuina, quæ eius operationem determinat ad effectum, aliquid respicit ex parte ipsius Dei volentis & facientis, sicut cōmunicationem suæ bonitatis, vel aliquid huiuismodi, & aliqd ex parte facti. s. quod natura vel conditio rei factę requirit, & quātum ad primū dicitur in Deo voluntas antecedēs, quantum autem ad secūdum dicitur voluntas consequens. Ad primum ergo dicendum, ꝙ Deus non dicitur aliquid antecedenter vel cōsequenter velle propter ordinem qui sit in actu eius voluntatis, sed propter ordinem volitorum. Ad secūdum dicendum ꝙ ordo volitorum a Deo non est in proposito accipiēdus, secundum diuersas creaturas, sed s̄m diuersa quæ ad vnam creaturā pertinent: Nam vni, & eidem creaturæ con

In alio script. vt hic, c. p. p. q. 19. ar.6. ad 1. pri. Cor.7. Lec. 1. co.4.

uenit aliquid ex parte Dei.s. totum id quod habet de bono: & aliquid ex parte sui.s. defectus, respectu quorum distinguitur voluntas antecedens, & consequens, vt dictum est. Ad tertium dicendum, ꝙ ordo sapientiæ hoc requirit ꝙ voluntas Dei referatur ad rem secundū eius conditionem: Et ideo voluntas in Deo cōsequens ponitur, q̄uis Dei voluntas non possit impediri, nec immutari a creatura.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic. arti. 1. 1. Tim. 2. Le. 1 co. 3. & in aliis locis p̄cedenti art. adductis.

AD secundum sic proceditur, & videtur quòd Deus non velit omnes homines saluos fieri: Nihil. n. ē prædestinatio aliud q̄ propositum Dei de salute humana, sed non omnes sunt prædestinati a Deo. ergo ipse nō vult omnes homines saluos fieri. Præterea. Voluntas Dei, vt supra dictum est, est prima & summa causa omnium rerum, posita autem causa ponitur effectus. si ergo Deus vellet oēs hoīes saluos fieri, oēs saluarētur, cuius contrarium patet. Pręterea. Quęcunq; vult Deus saluari diligit, cum diligere sit velle bonū dilecto. sed Deus aliquos habet odio, s̄m illud Malach. i. Iacob dilexi Esau autem odio habui, & in Psal. 5. Odisti omnes qui operantur iniquitatem. ergo Deus non vult omnes homines saluos fieri. Sed contra est quod Apostolus dicit. 1. Timo. 2. Qui vult omnes homines saluos fieri. Præterea. Magis est proprium diuinæ voluntati quod est ex parte sua, quàm quod est ex parte nostra, sed secundum Dam. Deus secundum quòd est ex ipso, antecedenter vult omnes homines saluos fieri, sed secūdum illud quod ex nobis est non vult, inquantum merita aliquorum repugnant. ergo magis est dicendum, ꝙ Deus velit omnes homines saluos fieri, q̄ꝙ non velit. Respon. Dicendum ꝙ hoc verbum Apostoli quod in quæstione versatur, quatuor modis a diuersis itelligitur. Vno modo a Dam. qui dicit, Deus vult voluntate antecedēte omnes homines saluos fieri, sed nō ex cōsequenti, quod patet ex prædictis: Nā quantum ex seipso est, Deus vult omnibus suam bonitatem cōmunicare, vult tamen ꝙ in cōmunicatione debitus ordo seruetur: Et iō vult ꝙ illi in quibus est impedimentum participationis gloriæ eam non participent. Secundo modo intelligitur ab August. & habetur in litera, vt. s. fit distributio accommoda pro illis qui saluantur, quorum nullus nisi ex diuina voluntate saluatur. Tertio modo intelligitur vt fiat distributio pro generibus singulorū, & non pro singulis generum, quia de quolibet genere hominum vult aliquos saluos fieri, sed non omnes, & hoc tangitur in glo. 1. Timo. 2. Quartus est intellectus Orig. qui dixit ꝙ simpliciter erant omnes saluandi ex uoluntate diuina. Sed hic intellectus erat erroneus, quilibet autem priorum est uerus. Ad primum ergo dicendum, ꝙ prædestinatio includit uolūtatem salutis non solum antecedentem sed etiam consequentem, quod patet ex hoc quod prædestinatio est propositū cooperandi electis in salutem. Ad s̄m dicēdum, ꝙ ratio illa procedit de eo ꝙ Deus simpliciter & absolute uult secundum ordinem suæ sapientiæ, sine quo nihil causat. Ad tertium dicendum, ꝙ odium illud Dei non est secūdum id quod est ex eo, sed secundum quòd est ex parte eorum quos odio habere dicitur, qui sunt indigni bono, quod Deus pręparat dilectis a se. Vnde hoc odium non contrariatur voluntati antecedenti, sed cōsequenti.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & uidetur quòd mala fieri sit bonum: Bonum. n. est, ut omnia sint quæ ad perfectionē vniuersi pertinēt. sed multa bona pertinent In alio script. vt hic, ar. 2.

pertinent ad pfectionē uniuersi quæ nō essent si mala non essent, sicut patientia sine persequutiōe nō esset. ergo malū fieri bonū est. Præterea. Omne iustum bonū est. sed malum fieri iustum est: Nam etiā culpę pœnæ quædam sunt, vt patet Roma. 1. Propterea tradidit eos Deus &c. nec potest esse pęna nisi iusta. ergo malum fieri bonum est. Præterea. Verū & bonum conuertuntur. sed verum est mala fieri. ergo & bonum. Sed contra. Cuius generatio est bona ipsum quoque est bonum, secundum Boe. si ergo fieri mala est bonum, ipsa mala sunt bona, quod est impossibile. Præterea. Fieri mala est per se effectus eius quod est facere mala. sed facere mala est malum. ergo & fieri mala. Respon. Dicendum ꝙ dupliciter de malo loqui possumus. Vno modo ſm se. Alio modo secūdū ordinem ad aliud, & hoc dupliciter. Vno modo ſm ordinem per se. Alio modo secundum ordinem per accidēs. Bonitas ergo de malo, secundum se considerato, dici nō potest, nec de malo secundum ordinem quo per se ad aliquid ordinatur. Sed in ordine quo malū per accidens ordinatur ad aliquid, pōt aliqua ratio bonitatis inueniri, inquantū mala sunt occasiones bonorum: Et ideo omnes in hoc concordant ꝙ malum nō est bonum, quia per hoc remouetur bonitas a malo absolute. Similiter & in hoc concordant ꝙ facere mala non est bonum, quia per hoc designatur ordo mali per se ad suam causam. Sed in hoc ꝙ dicitur mala fieri vel esse importatur ordo malorum ad alia cōmuniter: ad p se & per accidens, quia cum dicimus mala fieri vel esse nihil aliud significamus q̄ mala inueniri inter res. Sic ergo videtur dicendum ꝙ mala fieri, per se loquēdo est malum, sed per accidens est bonū, inquātum ex malo aliquod bonum occasionatur: Et qa quod est per se, verius dicitur q̄ quod est per accidens, ideo verior est opinio quæ posuit ꝙ mala fieri est malum, q̄ quæ posuit ꝙ mala fieri est bonum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ illa bona quæ sunt de perfectione vniuersi non consequūtur ex malis nisi per accidens, vnde non sequitur, ꝙ per se loquendo, malum fieri sit bonum. Ad secundum dicendum, ꝙ culpa nō dicitur pęna esse, nisi per accidens, vel ratione antecedentis, quod est desertio a Deo, vel ratione consequentis, quod est amissio bonorum gratuitorum, & vulneratio naturalium, vel ratione concomitantis, quod est aliqua passio affligens, sicut patet in peccato iræ vel inuidiæ, ipsa tamen pęna nō est etiam bona nisi per accidens. s. ratione ordinis iustitiæ. Ad tertium dicēdum, ꝙ in processu illo est fallacia accidentis: Nam malum fieri non dicitur esse verum, nisi secundū ordinem quem habet ad intellectum vel enunciationem, prout significatur esse quod est, vel non esse quod nō est, & hoc est bonum, & a Deo, nec tamen sequitur ꝙ per se loquendo mala fieri sit bonū.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ Deus velit mala fieri: Omnis enim voluntas ex charitate procedens Deo conformatur sed aliquis sanctus ex charitate vult mala fieri, quia gloriatur in tribulationbus, vt dicitur Ro. 5. ergo & Deus vult mala fieri. Pręterea. Sicut culpa opponitur gratię ita & pęna naturę, sed Deus est author gratiæ, & naturæ. ergo sicut conceditur ꝙ Deus vult mala pęnę fieri, ita debet cōcedi ꝙ vult mala culpę fieri. Præterea. Necessarium est mala fieri vel non fieri. sed Deus non vult mala non fieri, alias non fierent. ergo Deus vult mala fieri. Sed contra. Voluntas Dei est causa volitorum. sed voluntas Dei non est causa ꝙ mala fiant. ergo Deus non

In alio script. vt hic, p. p. q. 19. ar. 9. o. 1. cont. c. 96.

vult mala fieri. Præterea. Voluntas non est nisi finis, vel eorum quæ sunt ad finem. sed mala fieri est recedere a fine. ergo Deus non vult mala fieri. Respon. Dicendum, ꝙ voluntas Dei non est nisi de bono. Mala autem fieri non est per se bonum, sed per accidens vt dictum est, non tamen potest dici ꝙ Deus velit fieri mala per accidens, & non per se: Nam cum volũtas sequatur cognitionem, multa distinguuntur ſm voluntatẽ quæ non distinguntur secundum rem, eo ꝙ distinguntur secundum rõnem. Vnde voluntas quæ est de re aliqua nõ oportet ꝙ sit de omnibus quę concomitantur rem illam: Et ideo de hoc ꝙ est mala fieri, quod ſm se cõsideratum malum est, Dei voluntas non est. Est tamen de eo quod est ei annexum, vel sicut pręcedens, vel sicut cõsequens. Pręcedẽs quidem est potentia creaturę qua potest deficere & non deficere, quam potentiã Deus esse vult, & secundum hoc dicitur permittere mala. Consequens est autem bonum quod ex malo occasionatur qđ Deus vult, & ideo dicitur ordinare mala, siue velle mala fieri secundum quid, & cum determinatione. s. secũdum quod iustum est. Ad primum ergo dicendũ, ꝙ sancti gloriantes in tribulationibus nolunt peccata persequutorum, sed volunt qđ inde sequitur, & similiter Deus. Ad secundum dicendum, ꝙ pęna in sui ratione includit ordinem debitũ ad culpam, culpa vero non includit aliquem ordinem: Et ideo non est simile. Ad tertium dicendum, ꝙ quãuis necesse sit mala fieri, vel non fieri, tamen Deus neutrum vult, loquẽdo de malis quę fiunt, sed vult permittere ea fieri, hoc enim bonum est. Non enim necessarium est ꝙ voluntas etiam in alteram contradictionis partem feratur. Et, si obiiciatur, Deus non vult mala non fieri, dicendum, ꝙ verum est, non tamẽ propter hoc factor malorum est, sed pręter Dei voluntatem dicuntur fieri, quia per negationem nõ ponitur, nec affirmatur mala voluntas, sed potius negatur vel remouetur, cum ei negatio pręmittatur.

Distin. Quadragesimaseptima.

Voluntas quippe Dei &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum Deus de necessitate velit quicquid vult.

Secundo vtrum pręter volũtatem eius aliquid fiat.

Tertio vtrum pręter Dei voluntatem nihil fiat.

Quarto vtrum voluntas Dei rebus necessitatem imponat.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ Deus de necessitate velit quicquid vult: Omne enim æternũ est necessarium. sed quicquid Deus vult, ab ęterno vult. ergo quicq̃d Deus vult, de necessitate vult. Pręterea. Quicquid Deus voluit, vel vult postquã vult illud, uel uoluit, non potest illud non uelle, vel non voluisse, quia uoluntas eius est immutabilis. sed quicquid Deus vult, uel uoluit, nunq̃ non voluit, quia ab æterno voluit, quicquid voluit, & vult. ergo Deus non potest non uelle quod vult, & ita de necessitate vult quicquid vult. Pręterea. Ex principiis necessariis sequitur conclusio necessaria, sed secundum philosophum, finis in appetibilibus est sicut principium, cum ergo Deus de necessitate uelit suam bonitatem quæ est finis, de necessitate etiam volet omnia quę ad eam ordinantur. ergo Deus de necessitate uult quicquid uult. Sed cõtra. Necessitas opponitur gratuitę voluntati. sed Deus uult saluum hominem ex gratuita uoluntate.

p. p. q. 19. ar. 3 o. i. cõ. c. 81. 82 83. 84. 89. De veri. q. 23. art. 4. o.

te.ergo non ex necessitate. Preterea. Voluntas Dei magis est libera q̃ nostra. sed voluntas nostra non ex necessitate vult quicquid vult. ergo nec voluntas Dei. Respon. Dicendum ꝙ actus diuinæ voluntatis, cum sit ipsa Dei essentia, necessarius est, sed respectus diuinæ voluntatis ad volitum, qui importatur cũ dicimus deum velle hoc vel illud, habet necessitatem quantum ad aliquod volitum, non tamen quãtum ad omnia: Volũtas.n. necessarium ordinem habet ad finem vltimum, quę quidem necessitas libertati non repugnat, quia non est necessitas coactionis, sed naturalis inclinationis, & per hunc modum homo de necessitate vult beatitudinem. Ad ea autẽ quæ sunt ad finem volũtatis necessariũ ordinem non habet, nisi sint talia sine quibus finis haberi non possit. Sic ergo Deus de necessitate vult bonitatem suã, & quicquid in ipso est. Creaturas autem non vult de necessitate, quia hoc modo ordinantur ad diuinam bonitatem vt sine eis diuina bonitas esse possit, & ei ꝑ creaturas nihil accrescat. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ aliquid dicitur esse necessarium dupliciter. Vno modo absolute propter necessariam habitudinem subiecti ad prædicatum, sicut homo est animal, & sic non est necessarium deum velle aliquid circa creaturas, quia nõ est necessaria habitudo voluntatis ad volitum, vt dictum est. Alio modo dicitur esse aliquid necessarium ex suppositiõe, sicut dicitur Sor. moueri, si currit, & sic est necessarium deum aliquid velle circa creaturas ex suppositiõe facta, quod ab æterno velit illud, & similiter dicendum, ad secundum. Ad tertium dicendum ꝙ ratio illa procedit de eo quod est ad finem, necessariam habitudinem habens ad finem, sicut principia demonstrationis habent necessariam habitudinem ad conclusionem. Talem autem habitudinem non habent creaturæ ad diuinam bonitatem, vt dictum est, Et ideo ratio non sequitur.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ voluntas dei non semper impleatur: Omnis.n. causa prima quæ producit effectum suum mediante causa secunda contingente potest deficere in suo effectu, quãuis in se sit necessaria, sicut floritio arboris propter defectum virtutis plantæ quandoꝗ deficit, q̃uis causa prima. s. motus solis sit necessaria. sed voluntas dei producit suum effectum volitum mediantibus causis secundis contingentibus, sicut lib. arb. & aliis huiusmodi. ergo quandoꝗ volũtas dei deficit a suo volito. Præterea. Quicquid deus pręcipit vult, alias esset duplex, & fallax in pręcipiendo, cũ pręceptũ sit voluntatis signũ. sed deus multa pręcipit quę non fiunt. ergo voluntas dei non semper impletur. Præterea. Duo contraria nõ possunt simul esse. sed mali homines habent voluntatem diuinæ voluntati contrariam, quæ quandoꝗ impletur. ergo voluntas dei nõ semper ĩpletur. Sed contra. Voluntas semper impletur nisi sit aliquid resistens. sed voluntati dei nihil resistit. Roma. ix. Volũtas ergo dei semper impletur. Præterea. Impletio voluntatis est ratio gaudii. ergo voluntatis cassatio est ratio tristitię, sed deo non potest accidere aliqua tristitię ratio, cum sit beatissimus. ergo voluntas dei semp impletur. Respon. Dicendum ꝙ hæc est differẽtia inter voluntatem, & cognitionẽ, ꝙ voluntas ĩportat ordinẽ uolẽtis ad rem, cognitio autẽ, rei ad cognoscentem: Et ideo sicut res non habet esse, n. si cõcurrentibus omnibus quę ad esse rei requiruntur, ita nullus sapiens dicitur aliquid velle simpliciter, nisi quod vult consideratis omnibus quæ ad volitũ cõ

In alio script. vt hic, arti. 1. p. p. q. 19. art. 6. o.

De ve. q. 23. ar. 2. c. quo. 11 ar. 3. c.

currunt tam ex parte volentis, q̃ ex parte voliti. Illud ergo Deus simplr̃ vult ꝙ uult voluntate antecedente tanquã ex seipso, & voluntate consequente tanq̃ ex volito, & hoc totũ impletur, ex quo nihil ei repugnat, nec ex parte volẽtis. nec ex parte voliti: Et ideo omne quod Deus simpliciter vult impletur. Ad primum ergo dicendũ, ꝙ ratio illa procedit quando causa prima efficit effectũ causæ secundæ, & non ipsam causam secundam, sed voluntas diuina non solũ est de effectibus causarum cõtingentiũ, sed de ipsis causis contingentibus, prout ordinantur in suos effectus. Vnde voluntas diuina de effectu causę contingentis excludit omnem defectũ qui causæ possit accidere. Vel dicendum ꝙ Deus nõ tantum est causa mediata, eo ꝙ coagit cuilibet causæ, sed etiam immediata, eo ꝙ agit per essentiam suam. Ad secundum dicendum, ꝙ preceptum diuinum semper est de eo quod Deus vult quãtũ ex se ipso est. Hoc.n. vult nos velle. Et iõ respondet voluntati antecedenti, quæ non semper impletur, nisi cõsequens adiungatur. Ad tertium dicendum, ꝙ voluntas malorum contrariatur voluntati signi. s. precepto, non autem voluntati beneplaciti, vel voluntati antecedenti sed consequenti.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, ar. 2.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ preter Dei voluntatem nihil fiat. Potentius.n. est agens preter cuius voluntatem nihil potest fieri, q̃ illud preter cuius voluntatem aliquid fieri potest. sed Deus est agens potentissimum. ergo preter eius volũtatem nihil potest fieri. Præterea. Quicquid Deus operatur vult. sed nihil potest fieri preter Dei operationem, quia ipse operatur in omni operante. ergo nihil potest fieri præter eius voluntatem. Præterea, Quicquid obsequitur diuinæ voluntati, non fit præter eius voluntatẽ. Vult enim Deus ꝙ omnia suę voluntati obsequãtur. sed nihil fit quod diuinę volũtati non obsequatur, vt in litera dicitur. ergo nihil fit præter Dei voluntatem. Sed contra. Deus non vult mala fieri, vt supra dictum est, sed multa mala fiũt, ergo multa fiunt preter dei voluntatẽ. Preterea. Voluntas dei causa est eorum quæ vult. sed multa fiunt quorum deus non est causa. s. peccata. ergo multa fiunt præter dei voluntatem. Respon. Dicendum ꝙ voluntas dei dupliciter accipitur. Vno modo voluntas beneplaciti. Alio modo voluntas signi. Loquendo de voluntate beneplaciti, sic aliquid potest fieri præter voluntatem dei tam antecedentem q̃ consequentem: non autem contra consequẽtem, quę semper impletur, sed contra antecedentem quę quandoq; non impletur, ut dictum est. Loquendo autem de voluntate signi, sic si loquamur de permissione, & operatione, nec præter voluntatem dei, nec contra eam potest aliquid fieri: Nihil.n. põt fieri quod Deus non operetur vel permittat. Si autẽ loquamur de precepto, prohibitione, & consilio, sic non solum preter uoluntatem diuinam, sed cõtra eam multa fiũt, & hoc ideo, quia ista signa respõdent uoluntati antecedenti quę non semper impletur, alia vero duo respondent uolũtati consequenti quę semper impletur. Operatio quidem secũdum ꝙ uoluntas consequens est de faciendo: Et ideo præter operationem potest aliquid fieri, sed non contra eam, sed permissio respondet voluntati consequenti, secundum ꝙ est de non impediendo: Et ideo præter eam nihil potest fieri. Ad primum ergo dicendum, ꝙ non est ex impotentia diuinę voluntatis ꝙ aliquid preter eam fiat, sed ex ordine sapientię a quo procedit ꝙ uoluntas dei non impediat quod impedire

p. p. q. 19. art. 6. c.

impedire potest. Et ideo illud quod prę ter eam esse dicitur est præter eam secundum ꝙ est de non operando, & non secundũ ꝙ est de non ipediendo. Ad secundum dicendum, ꝙ deformitas peccati est præter operationem dei, & præter eius voluntatem, quãuis substantia actus non sit præter dei operationem. Ad tertiũ dicendum, ꝙ voluntati dei, prout est de ordine uniuersi, obsequitur ille qui facit contra uoluntatem dei, non per se sed per accidens, inquantum deus ex malo elicit bonum, non tamen obsequitur uoluntati qua deus uelit hoc factũ particulare: Et præter talem voluntatem aliqua fiunt, inquantum deus non vult hoc particulare factum fieri.

scda fę q.6.ar. 2. ad sec. De po.q.1 arti.16. ad qn.

In alio script. et hic. ar.3.o.

Articulus quartus.

p.p.q. 19. ar. 8.o. pri. fæ q.10.ar 4.o.1, con.c. 86. De veri.q. 23.art, 5.o.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ diuina voluntas rebus volitis necessitatem imponat. Posita enim causa sufficienti necesse est effectum poni. sed voluntas Dei est sufficiens cã eorũ quæ ipse vult. ergo, cum voluntas Dei sit ab ęterno, videtur ꝙ eius volita sit necesse prouenire. Pręterea. Quantumcũq; causa est necessaria, & effectus contingens: propter cõtingentiam causæ mediæ, stante causa prima, potest effectus deficere, sicut stante motu solis deficit floritio arboris. sed stante voluntate Dei non potest deficere suum volitum: quia voluntas Dei semper impletur. ergo cum voluntas Dei sit causa necessaria, oportet ꝙ effectus ipsius sint necessarii. Præterea. Omnis conditionalis veræ cuius antecedens est necessariũ absolute, & consequens est necessarium absolute, quia consequens sequitur ex antecedenti. Ex necessario autem nihil sequitur nisi necessarium. sed hæc conditionalis est vera. Si Deus vult aliqd illud est vel erit. cum ergo antecedens sit necessarium absolute, quia est æternum, & consequens erit necessarium absolute. Sed contra. Omnia bona fiunt Deo volente. Si ergo volũtas Dei rebus volitis necessitatem imponat, omnia bona ex necessitate prouenient, & sic perit lib. arb. quod est inconueniens. Pręterea. Diuinæ prouidentię est naturam nõ perdere, sed saluare. Perderetur autẽ, si rebus secundum naturam suã contingentibus necessitatem imponeret. ergo diuina voluntas, quam prouidentia includit, rebus necessitatem non imponit. Respõ. Dicendum ꝙ voluntate Dei non solum res in esse producũtur, sed etiam rebus producendis modum quo producãtur prædeterminauit. Vnde cum voluntas Dei efficaciter impletur, oportet ꝙ res fiant, & eodem modo sicut voluntas diuina disposuit. Disposuit autẽ Deus ad complementum vniuersi vt quædam fierent necessario, & his pręparauit causas necessarias etiam secundas, quędam vero vt fierent contingenter, & his præparauit causas secundas contingentes: Et ideo diuina voluntas rebus necessitatẽ non imponit. Ad primum ergo dicendum, ꝙ posita causa necesse est effectum poni, ꝓm illum modũ quo causa ad effectum ordinatur: Et ideo illo modo res fiunt quo volũtas diuina disposuit, quædam contingenter, quædam necessario. Ad secundum dicẽdum, ꝙ q̃uis contrarium eius quod est volitum a Deo non possit stare cum voluntate diuina, possibilitas tamen ad contrarium potest stare cum ea, propter contingentiam causæ mediæ, & hoc sufficit ad hoc ꝙ effectus sit contingens, & non necessarius. Ad tertium dicendum, ꝙ ex hoc antecedenti, deus uult aliquid, sequitur non solum illud esse, sed eo modo quo deus uult: & ideo contingenter quandoq;, & quandoq; necessario.

Distin. Quadragesimaoctaua.

Sciendũ quoq; &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum uoluntas nostra possit uoluntati diuinæ conformari.

Secundo vtrum ad conformitatem teneamur.

Tertio vtrum perfecti & beati conforment uoluntatem suam uoluntati diuinæ, etiam in uolito.

Quarto vtrũ passio Christi placere potuerit, cum Iudæorum actio Deo displiceret.

Articulus primus.

In alio script. vt hic. AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ uoluntas nostra diuinæ uoluntati conformari nõ possit. Nullus.n.uoluntatem suam potest conformare uoluntati quam ignorat, quia non uolumus nisi cognitũ.sed uoluntatem dei ignoramus.ergo ei uoluntatem nostram conformare non possumus. Præterea. Eorum quæ infinite distant nulla potest esse conformitas.sed uoluntas nostra in ifinitum distat a diuina uoluntate.ergo non potest una alteri esse conformis. Præterea. Quęcunq; sunt conformia, in una forma conueniunt. sed non potest esse una forma uoluntati diuinæ & nostrę cõmunis, quia forma illa utraq; uoluntate prior existeret. ergo uoluntas nostra diuinæ uoluntati conformis esse non potest. Sed contra. Super illud psal. xxxii. Rectos decet collaudatio, dicit glo. Recti sunt qui dirigunt cor suum secundum uolũtatem Dei, quæ est regula nobis.sed regulatum conformatur regulæ. ergo uoluntas dei uoluntati nostræ conformis est. Præterea. Obediens præcepto conformat uoluntatem uoluntati præcipiẽtis.sed multi diuinis pręceptis obediunt. ergo eorum uoluntas diuinæ uoluntati conformatur. Respon. Dicẽdum ꝙ uoluntas diuina dupliciter considerari potest. Vno modo ut significetur per modum potentiæ. Alio modo ut significatur per modum operationis. Sic autem agitur hic de conformitate ad diuinam uoluntatem, & non primo. Actus autem uoluntatis considerari potest dupliciter. Vno modo ut est causa, & sic uoluntati diuinę nostra uoluntas conformatur, quando hoc uolumus quod deus uult nos uelle. Sic.n.in causis uoluntariis effectus causæ conformatur, inquantum sequitur dispositionem uoluntatis, & rõn.s, ut patet in artificiatis & arte, & hæc cõformitas est secundum rationem causæ efficientis. Alio modo consideratur actus uoluntatis ut est quidam actus, & sic uoluntati potest aliquid cõformari dupliciter. Vno modo ratione formæ superuenientis quã habet actus ex habitu, & sic conformamus uoluntatem nostram uoluntati diuinæ, inquantum uolumus aliquid ex charitate, sicut & deus uult, & hæc conformitas attenditur secundũ rationem causæ formalis. Alio modo quantum ad speciem actus quã habet ex obiecto, quod est duplex. Quoddã enim est finis, & sic uoluntas nostra conformatur uoluntati diuinæ, inquantum propter illud uolumus, propter qd & deus uult, & hæc conformitas attenditur ſm rationem causæ finalis. Aliud uero obiectum est id quod est ad finem, & quantũ ad hoc conformatur uolũtas nostra diuinæ in uolito, dum uolumus id quod deus uult, & hæc est conformitas quasi secundum rationem causæ materialis. In al. script. vt hic ar. 2.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ uolũtas dei plene nobis nunc nota non est: Et ideo nec est plena conformitas. Est tamen aliqua secundum modum nostræ cognitionis. Ad secundum dicendum, ꝙ duplex

ꝙ duplex est conformitas. Vna perfecta æqualitatem includens, qualis est Filii ad Patrem, & talis non potest esse alicuius creaturæ ad Deum; cum infinite distent. Alia imperfecta & non secundum eandem rationem, & sic creatura conformatur Deo. Ad tertium dicendum, ꝙ aliquid potest alteri conformari dupliciter. Vno mō sicut formę, alio mō sicut formato. Primo mō uolūtas nr̄a cōformatur diuinæ, & secūdo modo non.

Articulus secundus.

In alio script. ut hic, arti. 3. & 4. o.

AD secundum sic proceditur, & videtur quòd uoluntatem nostram diuinæ conformare non teneamur. Quicunq;.n. non facit id ad qd̄ tenetur, ex hoc ipso peccat mortaliter. si ergo tenemur uoluntatem nostram diuinę uoluntati conformari, quod nō facimus quādocunq; peccamus, uidetur quòd quodlibet peccatum sit duplex, & quodlibet ueniale habeat mortale sibi adiunctum. Præterea. Ad id non obligamur ex aliquo præcepto quod lib. arbi. non subiacet. sed conformitas uoluntatis nostræ ad Deum secundum rationem causæ finalis efficientis & formalis lib. arb. non subiacet, quia eius potestati non subest charitatem habere, in finem autem diuinæ uoluntatis, qui est bonum naturaliter tendit, nō ex electione quæ est li. ar. Voluntas autem diuina efficaciter implet in nostra quicquid vult. ergo ad cōformitates prædictas non tenemur ex aliqua obligatione præcepti. Præterea. Deus vult damnationem alicuius hominis reprobati, & cum hoc ipse sciat, potest homini reprobato reuelare. si ergo homo teneatur voluntatem suam conformare diuinæ voluntati in volito sequitur ꝙ iste teneatur suam damnationem velle, quod est inconueniens, cū talis voluntas sit contra charitatem, & sic quantum ad nullum modum conformitatis tenetur. Sed contra. Vnusquisq; tenetur esse rectus. sed rectitudo consistit in conformitate ad diuinam voluntatem, vt ex glosa prædicta probatum est. ergo quilibet tenetur voluntatē suā diuinæ voluntati conformare. Prętera. Quilibet tenetur Deo obedire. sed obediendo Deo homo voluntatem suam diuinę conformat. ergo homo tenetur voluntatem suam diuinæ conformare. Respond. Dicendum quòd secundum hoc diuinæ voluntati nostra voluntas conformari debet, secundum ꝙ ipsa est regula nostræ voluntatis quātum ad bonitatem. Bonitas autem in actu voluntatis, quantum ad aliquid cōsideratur absolute, & quantum ad aliquid respectiue. Absolute quidem primo & principaliter quantum ad finem, secundo quātum ad habitum, qui ex fine bonitatem habet, & tertio quantum ad rationem efficiendi, quia ex fine & habitu inclinatur aliquis ad agendum. Respectiue autem quantum ad volitum, quod non habet bonitatem nisi ex ordine ad finem: Et ideo voluntati diuinæ tenemur nostram voluntatem conformare. Absolute quidem quantum ad tres primas conformitates, primo & principaliter secūdum causam finalem: secundo secundum causam formalem, & tertio secundum rationem causæ efficiētis, vt. s. velimus quod deus vult nos velle, & ex charitate, & propter bonum finem. Respectiue vero & non absolute, quantum ad volitum si vt secundum id quod Deus vult in se nobis displiceat, tamen secundum respectum ad diuinam voluntatem nobis placeat, prout s. est a Deo volitum, & ordinatum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ conformitas nostræ voluntatis ad diuinam est quædam generalis conditio quæ in omni bono opere requiritur: & ideo quando prætermittitur, non fit speciale peccatum, nec semper mortale, quia quan-

doq; fit præter eam, non contra eam. Ad secundum dicendum, φ tres primæ conformitates, ad quas absolute tenemur, lib. arb. subiacent. Licet enim naturale sit nobis vt in bonum tendamus sicut in finem, non tamen vt in hoc vel in illud bonum, sed hoc per electionem accipimus. Quāuis etiam circa voluntatem nostram semper diuina volūtas impleatur, non tamen semper a nobis, sed quandoq; de nobis tantum. Quod autē a nobis, hoc est per electionem. Similiter quāuis ad charitatem habendam vires lib. arb. non sufficiant, tamen per li. arb. potest se homo ad eam præparare, & eius receptioni assentire. Ad tertiū dicendum, φ licet Deus possit alicui suā damnationem reuelare de potentia absoluta, non tamen de potentia ordinata, quia cogeretur desperare, & si qua reuelatio fieret quæ hoc sonaret, deberet intelligi secundum comminationem, & non secundum præscientiam.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & uidetur φ perfecti & beati suam voluntatem non conforment diuinæ in volito: Beata enim virgo in statu perfectionis erat, & tamen voluerat Christum nō pati, alias de eius passione nō doluisset. Est.n. dolor, secundum August. de his quę nobis nolentibus accidunt. Sciebat tamen per fidem Deum velle Christum pati. ergo perfecti non conformant voluntatem suam diuinæ in volito. Præterea. Christus inter omnes erat perfectissimus. sed in eo fuit aliqua volūtas diuinæ voluntati non conformis. s. voluntas naturalis, qua volebat calicem a se transferri, quod Deus nolebat. ergo voluntas perfectorum non semper conformatur diuinæ in volendo. Præterea. Animæ interfectorū propter Christum in plena fruitiōe beatitudinis sūt, & tamen desiderant aliquid & petunt quod Deus non vult, vt patet Apocal. 6. Vsquequo Domine non vindicas &c. ergo nec beati voluntatem suam cōformant diuinæ in volendo. Sed contra. Secundum Tul. Amicorum est idē velle. sed pcipue beati sunt in perfecta amicitia ad Deum. ergo voluntatem suā diuinæ conformant in volendo. Præterea. Electio peruersa est quando minus bonum magis bono præfertur. sed constat magis esse bonum quod Deus vult eo quod homo vult. cum ergo in perfectis & beatis nihil sit de peruersitate electionis, videtur φ semper eligendo vult hoc quod Deus vult. Respon. Dicendum φ volitum a Deo accipi potest dupliciter. Vno modo in particulari & quasi materialiter. Alio modo in vniuersali, & quasi formaliter. s. secundum φ est volitum. Primo quidem modo nō potest aliquis velle quod Deus vult, nisi sciat circa hoc particulare Dei voluntatem. Secundo autem modo non potest aliquis velle quod Deus vult, nisi secundum illam partem voluntatis quæ nata est ferri in diuina, quod non cōuenit voluntati sensualitatis, aut rationis inferioris, sed tantum voluntati rationis superioris. Sic ergo tam beati q̄ perfecti vel quicunq; iusti voluntatem superioris rationis conformant diuinę voluntati in volito vniuersaliter & formaliter sumpto, sed in hoc differt inter beatos, & viatores, φ beati secundum voluntatem prædictam etiam in particulari volito voluntatē suam voluntati diuinæ conformant, nō autem viatores, qui diuinam volūtatem super particularibus non cognoscunt sicut beati. sed secūdū alias voluntates in eis nō potest esse cōformitas ad diuinam voluntatem in volito vniuersaliter & formaliter sumpto, licet quandoq; per accidens in volito materialiter sumpto, quandoq; vero in cōtrarium. Sed motus iste qui est in cōtrarium

trarium tanto est debilior & minus impeditus quanto voluntas superior diuinæ fortius inhæret. Peccatores vero secundum superiorem voluntatem non conformant voluntatem suam diuinæ in volito formaliter sumpto, & si quandoq; conforment per accidens in volito materialiter sumpto. Ex tali enim modo conformitatis nihil laudis accrescit vel tollitur. Ad primum ergo dicendum, quòd tristitia erat in beata virgine de morte Christi secundum quòd inferior voluntas particulari volito repugnabat, & hoc non est perfectioni contrarium. Et similiter dicendum ad secundum de voluntate inferiori qua Christus transferri calicem volebat.

3. p. q. 18. ar. 5. o.

Ad tertium dicendum, quòd verba illa Apocalip. sunt intelligenda quantum ad naturalem appetitum quem habent animæ separatæ de corporum resumptione, & tamen secundum superiorem rationem animæ beatorum volunt dilationem resurrectionis quam sciunt Deum velle.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, lit.

AD quartum sic proceditur, & videtur quòd non possit esse volũtas de passione sine hoc quod fit de actione. Voluntas enim sapientis non est impossibilium, eo quòd est cum electione quę semper est possibilium. sed impossibile est esse passionem sine actione. ergo nullius sapientis voluntas est de passione sine actione. Præterea. Voluntas fertur in volitum secũdum quòd est in rerum natura, quia bonum & malum sunt in rebus, secundũ philosophum. sed in rerum natura non est passio sine actione. ergo voluntas non fertur in passionem sine actione. Præterea. Voluntas iudicatur mala ex malo quod male inseparabiliter coniungitur volito, sicut patet in voluntate fornicantis qui vult delectationem cui inseparabiliter inhæret deformitas. sed passioni innocentis inseparabiliter adiungitur actio mala persequentis. ergo quicunq; vult passionem Christi, videtur velle actionem malam Iudęorum Sed contra. Quæcunq; sunt separata secundum rem, possunt separari secundum actum animæ, per quem interdum etiam & coniuncta secundum rem separantur. sed passio Christi, & actio Iudæorum sunt duæ diuersę res. ergo potest esse voluntas de vno, sine hoc quòd fit de altero. Præterea. Omne bonum fit Deo volente, & nullum malum, vt ex dictis patet. sed passio Christi fuit bona, actio Iudęorum mala. ergo Deus voluit passionem Christi, non autem actionem Iudęorum.

Respond. Dicendum quòd in passione Christi duo est considerare .s. operationem Christi, qua passionem illatam voluntarie suscepit, & hæc omnino separata est ab actione Iudæorum. vnde potest esse de hac voluntas, sine hoc quod fit de actione Iudęorum. Est iterum ibi considerare ipsam passionem, quæ in se bona est, inquantum est iusta per comparationem ad naturam speciei, quamuis non per comparationem ad hoc indiuidnum, & quæ est etiam satisfactoria pro peccato totius humani generis. Est etiam mala, inquantum afflictiua innocentis, & hoc modo per se loquendo, est effectus actionis Iudæorum. Primo vero modo est volita a Deo, sed non secundo. Ad primum ergo dicendum, quòd illa ratio procederet, si diceretur quòd Deus vult passionem Christi esse, & actionem Iudęorum non esse, quia hęc duo sunt incompossibilia. Sed horum duorum vnum est secundum voluntatem Dei, alterum est pręter eam, non contra eam. Ad secundum dicendum, quòd licet voluntas feratur in volitum se


3. p. q. 49. ar. 3. ad ter. q. 47. ar. 6. ad ter.

cundum quòd est in rerum natura, non tamen oportet quòd feratur in omnia quæ circunstant rem, sed solum in ea quæ de esse rei sunt. Ad tertium dicendum, quòd voluntas effectus dependet a causa, sed non econuerso. Vnde quicunq; vult causam, vult effectum per consequens: sed non econuerso. Dele ctatio autem est causa deformitatis: sed passio Christi est effectus actionis Iudæorum, vnde Deus non volendo actionem Iudæorum malam, voluit bonam passionem Christi, qui est semper Deus Benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Explicit scriptum D. Tho. de Aquino ordinis prædicatorum super primo Sententiarum ad Hānibaldum Epm Cardinalē.

Scriptum D. Tho. de Aquino ordinis prædicatorum super secũdo Sententiarum ad Hanibaldum Epm Cardinalem.

Prologus.



Vae vidi annũciabo in sermonibus Domini opera eius. Ecclesiast. 42. Creaturarũ consideratio, & philosophis, & theologis est cõmunis. Differt tamen quantũ ad tria, quæ ex verbis propositis accipi possunt. Primo quantũ ad cognitionis certitudinem. Secundo quantum ad probationis firmitatem. Tertio quantum ad considerationis rationem. Secundum certitudinem quidem vtraq; cõsideratio differt: Nam philosophica consideratio naturali cognitioni innititur: Et ideo de creaturis non omnino certam notitiam habet, sed dubiam, & coniecturalem, secundum illud Sapientiæ. 9. Cogitationes mortalium timidę, & incertæ prouidentiæ nostræ, & ideo etiam nõ perfecte a philosophis enarrantur, nec vniformiter, vt diuersitas opinionum ostendit. Ecclesiast. 1. Cunctę res difficiles, non potest homo eas explicare sermone. Sed cognitio theologica diuinæ cognitioni innititur: quæ omnia clare, & certitudinaliter videt, Heb. 4. Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, & hæc certitudo deriuatur ad sanctos quibus Deus secreta suæ sapientiæ reuelat, secundũ illud 1. Corin. 2. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum, & ideo tanq̃ certitudinaliter visa indubitanter annunciant. Ecclesi. 42. Nõne dominus fecit sanctos enarrare oĩa mirabilia sua? Et hoc est quod dicitur in themate, Quæ vidi annunciabo. Secundum probationis vero firmitatẽ vtraq; consideratio differt, ex eo q; philosophica primo ex causis creatis, & inualidis, & mutabilibus sumitur. ex quibus ratio firma haberi nõ potest. Vnde dicitur Ecclesiast. 9. Intellexi, q; omnium operationum Domini nulla possit homo inuenire rationẽ. Sed probatio theologica inititur diuino sermoni qui semper est validus Heb. 4. Viuus est sermo Dei, & efficax. 2. Reg. 23. Spiritus domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam, & hoc est quod dicitur in themate, in sermonibus domini. Secundum vero considerationis rationem drĩa iuenitur: Nã philosophi cõsiderant creaturas secundum rationem propriæ naturę, nõ habito respectu ad Deum. Vnde de quibusdam dicitur Sap. 13. Neq; operibus attendentes agnouerũnt quis esset artifex. Sed theologi creaturas considerant secũdum rõnem qua referuntur in Deum tripliciter. Primo quidem vt in causam efficientem, secundum illud Psal. 91. Delectasti me Domine in fac. t. &c. Scdo vt in causam finalem: Prouerb. 16. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus. Tertio vt in formam exemplarem. Vnde dicitur Ecclesiast. 1. Effudit illam. s. sapientiam suam sup omnia opera eius, inquãtum videlicet opera sapientiam imitantur. Et ideo sicut philosophi considerãtes creaturas secundum naturas suas cõsiderãt motum in quo res in natura sua perficitur, vel a natura sua corrũpitur, ita theologus considerat motum creaturæ secundum quem perficit per cõuersionem ad Deum, vel deficit per auersionem ab ipso, & hoc notatur in themate

in hoc ꝙ dicit opera eius. Sic ergo ex prædictis verbis præsentis libri, in quo magister de creaturis agit, potest accipi quadruplex causa, materia in operibus, finis in relatione ad Deum, forma in certitudine traditionis principii, causa efficiens in Dei sermone, per quem hęc doctrina inspiratur.

Distin. Prima.

Creationē igitur etc.

Quæstio prima.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum res sint creatę a Deo.

Secundo vtrum sit aliquod principium increatum præter Deum.

Tertio vtrum præter eum sit aliquis creator.

Quarto vtrum creaturarum vniuersitas, quæ mundi nomine nuncupatur, sit Deo coęterna.

Articulus primus.

In alio script'. vt hic, arti. 2. p. p. q. 45. ar. 1.0.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ nihil possit creari a Deo. Quicquid enim est, vel est substātia, vel accidens. sed creatio non potest esse substantia, cum secundum eam denominetur aliquid creatum, similiter non potest esse accidens: quia sic esset in subiecto, vel quod est materia creati, qđ est contra rationem creationis secundum ꝙ creari dicitur quod ex nihilo fit, vel in ipso creato, quod est contra rationē subiecti, quod oportet esse prius accidēte, cum tamē sit creatum posterius creatione. ergo creatio nihil est, & ita nihil creatur a Deo. Pręterea. Omne qđ fit, possibile fuit prius fieri, alias impossibile fuisset fieri. nihil autē quod exit de potētia in actum creatur: quia omne huiusmodi fit de materia. ergo nihil fit per creationem. Pręterea. Impossibile est infinitam distantiam pertransitam esse. sed inter ens, & simpliciter non ens est infinita distantia. ergo impossibile est ꝙ aliquid sit factum ens de simpliciter nō ente, & sic impossibile est aliquid esse factum per creationem. Pręterea. Qđ fit in permanentibus non est. ergo fieri rei est ante rei esse. sed nō potest esse nisi in aliquo supposito. ergo omne qđ fit, fit ex aliquo subiecto, si sit de permanentibus, & ita nulla substantia potest creari, vt videtur. Sed cōtra est quod dicitur in Psal. 148. Dixit, & facta sunt, mandauit, & creata sunt &c. Præterea. Vnumquodq; agit secūdum ꝙ est actu. s. secundum partem suæ substantiæ. s. formam, & facit aliquem effectum secundū partem suæ substantiæ. s. secundum formam, vt patet in agentibus naturalibus. Cum ergo Deus secundum totam substātiam suam sit actus, videtur ꝙ totam substātiam effectus producere potest, & hoc est creare. ergo Deus potest facere res p creationem. Respon. Dicendum ꝙ Deus ab omnibus itelligitur id quod est primum in genere causarum agentium, inter quas effectus causæ primæ per causam secundam determinatur, sicut actio solis determinatur ad pomi productionem per virtutem actiuā, quę est in planta. Oportet ergo quòd cā secunda causet rem secūdum quòd est in determinata natura solis, sed causa prima secundū generalem rationē effectus, & ideo ipse Deus qui est causa simpliciter prima, est causa vniuersalis entis, inquantum huiusmodi, sicut ignis est causa calidi, inq̃tum est calidus, & ideo ad causas secundas naturales pertinet efficere res scđm formam tantum, per quam vnūquodq; determinatur ad speciē propriam. Sed Dei est producere rem secūdum totum illud quod est entitatis in ipsa, & quātū ad formam, & quantum ad materiam, & hoc est creare, vnde Deo competit res in esse per creationem educere. Ad primum ergo dicendum, quòd creatio aliquid

pri. vbi arti. 4. ad pri

quid

pri. p. vbi su. ar. 3. o. quid est, & est accidens, non tamen mutatio, proprie loquendo, quia Deus non producit res in esse per mutationem vel motum proprie acceptũ, sed per quendam effluxum. cum nihil praesupponatur diuinae factioni. Vnde ipsa creatio nihil est aliud secundum rem, q̃ relatio quaedam, qua creatura refertur ad Deũ vt ad causam. Ad secundum dicendũ,

p. p. q. 46. ar. 1. ad. p. ꝙ secundum philosophum quinto metaphisicae. Possibile dupliciter dr̃. Vno modo absolute non secundum aliquam potentiam, sed ratione habitudinis praedicati ad subiectum inter quae non est repugnãtia, & sic possibile opponitur impossibili, & necessario, & sic possibile fuit mundum esse, anteq̃ fuit. Alio modo dicitur aliquid possibile per respectum ad potentiam actiuam, & sic mundum anq̃ esset, possibile erat eẽ, per respectum ad potentiam actiuam, sed non passiuam. Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa procedit si distantia non entis ad ens esset infinita per extensionem, sic autem infinitum nõ est, sed solũmodo per finis negationem: quia non ens terminum non habet. Ad quartum dicendum ꝙ ratio illa procedit de fieri quod est per motũ: nõ de fieri quod est per simplicem effluxum. Sic enim simul fit lux, & facta est, & similiter creatura simul creatur, & creata est.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, ar: 1. De po. q. 3. ar. 6. o. AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ praeter Deum sit aliquod aliud principium increatum. Bonũ. n. principium mali esse non potest: quia vnumquodq; facit sibi simile. sed in rebus multa inueniuntur mala, non ergo possunt a Deo qui bonus est creari mala. ergo oportet ꝙ vel omnia sint icreata, vel reducantur ad aliquod malum increatum quod sit omnium principium. Praeterea. Causarum genera adinuicẽ distinguũtur. sed in genere causę efficientis est vnum principium increatum, id est Deus: ergo similiter in alijs causarum generibus, & ita sunt plura principia icreata. Praeterea. Omne quod creatur, aliqua creatione creatur. Creatio ergo qua creatur cęlum, aut est creata aut increata, si creata oportet ꝙ aliqua creatione creetur, & sic in infinitum. Relinquitur ergo ꝙ sit increata, & ita praeter Deum esset aliquod aliud principiũ increatum. Pręterea. Omne quod fit vel fit in tempore, vel in instãti tẽporis, quia fieri sine successione nõ est, nec successio sine tempore. Instans ergo vel tempus in quo creatum est cęlũ, aut est creatum, aut nõ. Si creatum, ergo in aliquo instanti, vel tempore, & sic in infinitum, quod est impossibile. Relinquitur ergo, ꝙ praeter Deum sit aliquod aliud principium increatum. Sed contra est qd Sapientiae. 11. dicitur. Quomodo posset aliquis permanere nisi tu voluisses. Omnium ergo quae sunt esse, & permanentia a voluntate Dei dependet, sed quae sunt, per voluntatẽ eius sunt ab eo creata, ergo nihil potest esse pręter ipsum quod non sit ab eo creatum. Praeterea. Vnitas est principium multitudinis. hoc autem non esset si plura increata ponerentur. ergo non est ponere plura increata. Respon. Dicendum, ꝙ omnis res, cuius essentia non est suũ ee, habet esse suum ab alio creatum, quia si esse rei est praeter essentiam eius, oportet ꝙ ei coniungatur per aliquam cãm, quae quidem nõ potest esse ipsa rei essentia, sicut subiectum est causa accidentis, quia nihil potest esse causa alicuius, nisi per hoc ꝙ esse habet. Vnde relinquitur ꝙ cuiuslibet rei, quae non est suum esse, sit causa essendi aliquid ab eo separatũ: nulla autem res potest eẽ cuius essentia sit suum esse, nisi vna tantum, quia huiusmodi rei esse non additur alicui per qd diuidatur vel cõtrahatur, sic vt nõ pos-

ftet esse nisi vna absolute per se substans. Relinquitur ergo quod non potest esse nisi vnum increatum, & per consequens in ipsum sicut in causam oportet res omnes alias reduci. Ad primum ergo dicendum, quod malum, inquantum huiusmodi, non habet esse, nec est res aliqua, sed magis est priuatio alicuius perfectionis in re, vnde non habet causam efficientẽ sed deficientem, & huiusmodi sunt causæ mediæ propter hoc quod sunt ex nihilo. Ad secundum dicendum, quod creare nominat actum causæ efficientis, vñ oportet id quod est primum in genere causæ efficientis esse increatum, sicut materia prima est ingenita, non autem increata: quia cum habeat esse imperfectũ oportet quod a perfecto ente sumat originẽ: forma autem, & finis incidunt in idem cum efficiente, & sic restat vnum solum esse principium increatum. Ad tertium dicendum, quod creatio relatio quædam est, vt dictum est, relatio autem nõ refertur per aliquam relationem realem, vt Auicen. dicit. Vnde creatio non est creata p aliquã creationẽ, sed per seipsam. Ad quartum dicendum, quòd in tempore, & in instanti non differunt esse, & fieri. Non autem est necesse tempus esse in tẽpore, sicut nec locum in loco: vnde non est necesse quòd instans primum creationis in alio instanti fiat.

P. p. q. 49. ar. 1. o. De ma. q. 1. ar. 3. o.

P. p. q. 45. ar. 3. ad. 2.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, p. p. q. 45. ar. 5. o. 2. con. c. 21. De po. q. 3. ar ti. 5. Opu. 3

AD tertium sic proceditur, & videtur quòd creare soli Deo nõ cõueniat: Vnumquodque enim agens potest agere infra suam speciem, sed anima rationalis secundum naturam est angelo inferior, ergo angelus potest aĩam facere. sed anima non potest fieri nisi p creationem, cum non sit composita ex materia, & forma. ergo angeli creare possunt. Præterea. Omne quod nõ habet materiam partem sui, non potest fieri nisi de nihilo, & ita per creationem. sed formæ naturales, & accidentia non habent materiam partem sui. ergo non possunt fieri vel educi in esse nisi per creationem. sed educuntur in esse ab agentibus naturalibus. ergo causæ naturales agentes creant. Præterea. Ad immensitatem diuinæ bonitatis pertinet vt omnis perfectio creaturæ cõmunicabilis sit ei cõcreata. sed potestas creandi est creaturæ cõmunicabilis, cum in se contradictionem non implicet. ergo videtur quòd creare nõ sit proprium Dei. Sed contra est quod Dam. dicit. Omnes qui dicunt angelos aliquid creare maledictos esse, de quibus tamen magis videtur quàm de alijs creaturis. ergo creare soli Deo conuenit. Præterea. Creare non est nisi agentis secundum totam suam substantiam: quia res secundum totam suam substantiam per creationem in esse educitur. sed agere secundum totam substantiam suam Deo conuenit, cum ipse solus sit actus purus. ergo solius Dei est creatio. Respon. Dicendum, quòd sicut in prima quæstione dictum est, creatio proprie actio est primi agentis, quod nihil aliud in suo accidente præsupponit. Ex secunda autem quæstione habitum est, quòd primum agens est solus Deus: quia omnia alia sunt ab eo creata. Vnde relinquitur quòd ipse solus est rerum creator, & creando res tradit eis possibilitatem vt recipiant effectus causarum suarum agentium, non ex nihilo, sed ex potentia præsupposita, & ideo omnes aliæ causæ agunt per viam motus vel mutationis, solus autem Deus per creationẽ. Ad primum ergo dicendum, quòd quia anima sit secundum naturam infra Angelum: tamen modus creandi animã est supra potestatem angeli quæ est finita: Nam agere ex nulla potentia præexistẽte infinitæ potentiæ est. Quod patet ex hoc quod quanto potẽtia passiua est remotior

c. 70. & 95. op. 15. c. 10

motior ab actu tãto indiget maiori potentia actiua. Ad secundum dicendũ, quòd fieri, propriè loquendo, non est nisi rei subsistentis cuius est, & esse. Vnde formæ naturales non fiunt, sed compositum, ipsæ vero formæ educuntur de potentia materiæ. Ad tertium dicendũ, quòd potentia creandi repugnat rationi creaturę, tum per hoc quod est primi agentis, tum per hoc quod est infinitã, & ideo ratio non sequitur.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, ar. 5. p. p. q. 46. ar. 2. o. 2. con. c. 35. 36. & 37. De po. q. 3. ar. 17. o. quol. 3 ar. 31. o.

AD quartum sic proceditur, & videtur quòd mundus sit æternus. Quod enim nõ habet contrariũ, non est corruptibile, neq; generabile: quia generatio est ex contrario, & corruptio in contrarium. sed cœlum non habet cõtrarium, quod eius motus ostẽdit cui nihil est contrarium. ergo cœlũ est ingenerabile, & incorruptibile, & ita ęternum, & per consequens totus mundus. Pręterea. Omne qd est semper in suo principio, & suo fine, semper fuit, & semper erit: quia post principium est aliud, & ante finem. sed temporis nihil est accipere nisi nũc, quod est principiũ futuri, & finis præteriti, & ita quandocunq; tempus est, est suum principium, & finis. ergo tempus semper fuit, & semper erit, & per consequens motus, & mobile. Pręterea. Si aliquid incipit moueri oportet accipere aliquam aliã habitudinem mouentis ad mobile nũc esse ꝙ prius. hoc autem non potest esse nisi aliqua mutatio accideret, vel ex parte mobilis, vel ex parte mouentis. ergo antequã habet motum est alius motus, & sic motus semper fuit, & per consequẽs mundus. Præterea. Omnis actio quæ est ab agente non moto, nec per se nec per accidens est semper: quia quod agit postꝙ non agebat fit de potentia actu agens, & ita exeundo de potentia in actum mouetur, vel per se, vel per accidens. sed Deus non mouetur per se, neq; per accidens. ergo omnis actio eius est ab æterno, & ita ab æterno mundum fecit. mundus ergo est ęternus. Sed contra. Omne quod creatur, ex nihilo est. sed mundus est creatus, vt ex supra dictis patet. ergo ex nihilo, & ita habet esse post non esse, non ergo est ęternus. Præterea. Si mundus fuit ab ęterno, & dies fuerunt ab ęterno, & similiter homines infiniti. ergo dies infiniti pręcessissent diem istum, & infinitæ animę remanerent a corporibus separatę, quorum vtrũq; impossibile est, quia ex primo sequeretur ꝙ infinita essent pertrãsita, ex secundo autem ꝙ essent infinita simul in actu. Respon. Dicendum ꝙ sicut supra ostensum est, omnium quæ sunt, pręter Deũ, ipse Deus est causa, quę non agit quasi ex necessitate naturæ, sed ex proposito voluntatis: agit enim per intellectum qui est rerum principium mediante voluntate: Voluntas autem se habet ad vtrũlibet: potest enim producere effectum suum, & non producere. Quia igitur Deus fecit mũdum ad hoc vt mũdus Deũ repræsentaret, fecit eum postꝙ non fuerat: hoc enim modo in mundo facultas diuinæ voluntatis repręsentatur, qua potest effectũ producere, & non producere. Vnde fides catholica firmiter tenet, mundum non semper fuisse. Quidam vero philosophi res non ex voluntate institutas esse, sed ex necessitate naturæ ponentes dixerunt vel materiã, vel mundum esse ęternum, non quasi necessariis rationibus hoc asserentes, sed quibusdam probabilibus coniecturis. pri. p. vbi su. ar. 1. c. Vnde dicitur in. 1. Topicorum ꝙ sunt quædam problemata de quibus rõnem non habemus, vt vtrum mundus sit ęternus. Ad primum ergo dicendum, ꝙ p rationem illam ostẽditur a philosopho in primo cœli, & mundi, ꝙ cœlum non exit in esse per generationẽ, quasi a cã

naturaliter agente, non autem remoue-tur quin exeat in esse per creationem a causa voluntarie agente. Ad secundũ dicendum, ꝙ cum dicitur instans est pri-cipium futuri, & finis præteriti intelliga-tur de instanti ſm ꝙ continuat partes temporis. Vnde non est necessarium ꝙ primum instans sit finis alicuius tempo-ris, neq; ꝙ vltimum sit principium tẽpo-ris, quia neutrum continuat tempus tẽ-pori. Ad tertium dicẽdum, ꝙ ratio illa procedit de mouente quod agit ex ne-cessitate naturæ, quale non est Deus, q̃a secundum imutabilem voluntatẽ Deus quandoq; non produxit res, & quãdoq; produxit: quia ab ęterno voluit vt res producerentur, postq̃ non fuissent. Ad quartum dicendum, ꝙ Deus non agit p̄ actionem mediam quę sit aliud a sua es-sentia, vnde actio sua est æterna: sicut & essentia sua est ęterna, sed effectus est tẽ-poralis secundum propositum suæ vo-luntatis, vnde ex hoc ꝙ aliquid de no-uo fit a Deo non sequitur aliqua muta-tio in Deo, sed solum in effectu.

pri. p. vbi su. ad sep.

Quęstio secunda.

Credamus ergo re-

rum creatarum.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum rerum omnium finis sit di-uina bonitas.

Secundo vtrum omnia sint facta pro-pter hominem.

Tertio vtrum aĩa debuit corpori vniri.

Quarto de modo vnionis.

Articulus primus.

In alio script, vt hic, ar. 1. p. p. q. 44. ar. 4. o

Ad primum sic proceditur: & vide-tur ꝙ nõ omnia facta sint propter Dei bonitatem: Ea enim quæ sunt ad finem, aliquid conferunt ad finem, vn-de & vtilia dicuntur. sed creaturæ nihil conferunt ad diuinam bonitatem. non ergo bonitas Dei est finis rerum. Præ-terea. Bonitatem Dei percipit creatu-ra cognoscendo, & amãdo. sed non om-nia possunt cognoscere, & amare Dei bonitatem. ergo non omnia sunt pro-pter eam sicut propter finem. Præte-rea. Agens facit effectum suum propin-quiorem fini quantũ potest. sed Deus nõ facit creaturas propinquas suæ bonita-ti q̃tum potest: quia sic nõ posset eas fa-cere meliores. ergo diuina bonitas non est finis rerum. Sed contra est quod di-citur Prouer. 16. Vniuersa propter se-metipsum operatus est Dominus. Præ-terea. Bonum habet rationem finis. sed Deus est primum, & summum bonum, ergo ipse est vltimus finis omnium. Re-spon. Dicendum ꝙ omne agens per vo-luntatẽ quicquid agit, agit propter hoc quod est suæ voluntatis finis: Nam quic-quid agit, est volitum ab eo, volũtas au-tem vna ad vnum vltimum finem ordi-natur, ad quem ordinat quæcunq; vult, finis autem vltimus diuinę volũtatis est sua bonitas, vt in principio lib. dictum est, vnde omnia quæ facit, facit propter suam bonitatem, non constituendã vel augendam: quia hoc est impossibile: sed multiplicãdam, eo modo quo multipli-cari potest. s. per cõmunicationẽ. Ideo ad hoc vnaquęq; creatura facta est sicut propter vltimum finem, vt diuinam bo-nitatem suo modo participet. Ad pri-mum ergo dicendum, ꝙ ratio illa pro-cedit quando agens agit ex appetitu fi-nis, quem acquirere intendit: Deus autẽ non sic agit propter suam bonitatẽ, sed ex amore suę bonitatis, vt eam cõmuni-cando multiplicent sicut est possibile. Ad secundum dicendum, ꝙ duplex est modus participandi diuinam bonitatẽ, vnus per assimulationem, & hic modus cõmunis est omnibus creaturis, inquan-tum sunt bonæ, a bono Deo factę. Alio modo per operationem. s. cognoscẽdo & amando, & hic modus proprius est ra-

q. 65. ar. 2. o. 3. con. c. 17. 18.

De ver. q. 23. ar. 1. ad ter. De po. q. 5 ar. 4. c.

tionalis

tionalis creaturæ, in quo etiã ratio beatitudinis consistit. Et ideo sola rationalis creatura facta est propter beatitudinem, sed omnes creaturę propter bonitatem. Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa procedit quãdo id quod est ad finẽ perfecte potest consequi finem: tũc enim fit propinquius fini, quantum est possibile. Sed hoc nõ est in proposito: Et ideo ratio non sequitur.

Articulus secundus.

In alio script: vt hic, ar. 3. 3. con. c. 112. & 4. c. 55. ad ter. De po: q. 5. ar. 9. c. Opu. 3 c. 148.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ nõ omnia facta sint propter hominem: Nobilius enim fit propter minus nobile, qa finis est nobilior eo quod est ad finem. sed aliquæ creaturæ sunt hoīe nobiliores, vtputa angeli. ergo nõ omnia facta sunt propter hominem. Præterea. Omnis res est propter suam operationẽ, vt dicitur in secundo de cœlo, & mundo. sed aliquę res sunt, quarum operationes ad homines se non extendunt, vt lapilli qui sunt in visceribus terræ, & pisces qui sũt in profundo maris. ergo non omnia facta sunt propter hominem. Præterea. Quandocunq; id quod fit propter aliquem cedit in nocumentum eius, frustratur intẽtio agentis. sed Dei intentio non frustratur, cum ergo creaturę cedant in nocumentum hominis secundum illud Sapiẽtię. 14. Creaturę Dei in odium factę sũt & in temptationem animæ hominum. Videtur ꝙ creaturę non sint factę propter hominem. Sed contra. Omne bonum quod accidit in vniuerso est intentum a Deo, alias casu accideret. sed ex omnibus creaturis aliquid cedit in bonum hominis, secundum illud Rom. 7. Diligentibus Deum omnia cooperãtur in bonum. ergo omnes creaturę aliquo modo factæ sunt propter bonum hominis. Prệterea. In omnibus quę sunt propter finẽ, posterius est finis prioris, sed creaturę sunt factæ propter finem. cum ergo homo inter cętera sit vltimo creatus, vt patet Geñ. 1. videtur ꝙ omnia sint propter hominem facta. Respon. Dicendnm ꝙ alicuius rei finis dicitur dupliciter. Vno modo principaliter ad quem res principaliter ordinatur, & talis rerũ finis est diuina bonitas. Alio modo secundarius per quem res principalem finem consequitur, & hoc modo finis omnium creaturarum est homo, differenter tamen ad hominem ordinantur creaturæ superiores, & inferiores. Superiores quidem, vt Angeli, & corpora cęlestia, per solam operationem per quam hominem perficiunt, & sic diuinam similitudinem consequuntur, inquantum Deus est causa rerum, quę quidem assimilatio est finis cuiuslibet creaturæ, vt dictum est. Creaturę vero inferiores ordinãtur ad hominem dupliciter. Vno modo quantum ad esse, inquãtum imperfectiora appetunt formã perfectiorem, sicut elemẽta formam mixti, & sic deinceps vsq; ad formam hominis. quę est nobilissima inter formas inferiores. Alio modo quantum ad operationem, inquantum ex earum operationibus aliquod cõmodum homini acquiritur. Est etiam, & tertius modus quo omnia ad hominem ordinãtur. s. per operationem hominis qui ex cognitione creaturarum in Dei cognitionem adducitur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de fine principali. Vel potest dici ꝙ nulla creatura est dignior homine, quantum ad finem suum vltimum. Ad secundũ dicendum, ꝙ quãuis aliquę res sint quę non actu aliquid operantur circa hominem, natę sunt tamen operari, & homo natus est eas cognoscere, q̃uis non actu cognoscit, & secundum naturalem appetitum materię tẽdunt in formã hoīs, vt dictum est. Ad tertium dicendum, ꝙ ex hoc ipso ꝙ creaturæ aliquę nocẽt

homini, vel quantum ad culpam occasionaliter, vel ad pęnam, actiue, cedunt in bonum hominis, vel eiusdem, vel alterius.

Atticulus tertius.

In alio script. vt hic, ar. 4. p p. q. 75. ar. 5. o. De aia ar. 8. o Opu. 3. c. 151.

AD tertium sic proceditur, & videtur quod anima ratiõalis corpori vniri non debuerit: Anima enim rationalis creata est propter beatitudinẽ, vt in litera dicitur, hoc autem consistit in cognitiõe Dei. cum ergo per corpus retardetur animæ cognitio, secundum illud Sapien. 9. Deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, videtur quod anima corpori vniri non debuerit. Pręterea. Inęqualitas bonorum a iusto authore non turbatur, nisi propter differentiam meritorum. sed nulla merita pręcesserunt in angelis, & in animabus antequã crearentur. ergo diuina iustitia requirit quod ęquales crearentur, & sic cum angeli non sint vniti corporibus, nec animæ vniri debuerint. Pręterea. Anima est nobilissima formarũ. si ergo conuenienter vnita est corpori, debuit vniri corpori nobilissimo, & ita corpori cęlesti, vel etiam igni, quod est corpus subtilissimum, & intercorporalia nobilissimum, cuius contrarium videmus, & ita inconuenienter anima est corpori vnita. Sed contra. Si extrema sunt in natura, & medium in natura inueniri debet, vt patet per philosophũ secundo de celo & mũdo. sed inuenitur in rebus creatura pure spiritualis, inuenitur etiam pure corporalis. ergo ad completionem vniuersi debuit esse anima composita ex spirituali, & corporali, & ita spiritualis creatura, quæ est anima debuit corpori vniri. Præterea. Perfectio in rebus consistit secundũ quẽdam circulum, inquantum. s. vltima ad principium per quandam coniunctionem redeunt. sed inter creaturas infima est corporalis, suprema vero spiritualis, media autem spiritus rationalis. debuit ergo, ad hoc quod esset perfectio in rebus, spiritus rationalis corpori vniri.

Respond. Dicendum quod causa coniunctionis animæ rationalis ad corpus diuersimode assignatur. Orig. nãq; pro cã assignat motum lib. arb. per quam quędam spirituales creaturæ peccando meruerunt corporibus alligari. Sed ista positio abiicienda est. Primo, quia repugnat fidei, per quam credimus propter bonitatem Dei, non solum inuisibilia, sed etiam visibilia esse creata, secũdũ illud Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecit &c. Non ergo propter malitiam rationalis creaturæ sunt visibiles creaturę factæ, sed quia bonum est. Secundo quia repugnat naturæ ipsius animæ, quæ nõ per accidẽs, sed naturaliter corpori vnitur, alias homo non esset ens naturale. Et ideo ex ipsa natura animæ, vnionis ratio est accipienda. Voluit enim Deus intellectuales creaturas per quosdã gradus distinguere, inter quas anima humana, ordine naturæ, est infima, sicut materia prima est infimum in genere sensibilium. Vnde sicut materia prima in sui essentia considerata est denudata omnibus formis, ita anima humana est formis denudata intelligibilibus. Et ideo oportuit vt corpori vniretur, quatenus per corporea instrumenta intelligibiles species a rebus ad ipsam deferrentur, & in hoc includuntur duę rationes quas magister assignat: Tertia nãq; quam ipse ponit est quædam vtilitas inde prouenens s. quoddam exemplum futuræ beatitudinis. Ad primum ergo dicendum, quod corpus impedit animam, a cognitione, ratione corporis quę sequuta est ex peccato, & non ratione naturæ. Ad secũdũ dicendum, quod Deus ex ordine sapientiæ suæ creaturas intellectuales inæquales instituit, vt diuersi bonitatis gradus implerentur, quos omnes melius est esse, quam vnum

l. corruptiõis

vnum eorum tantum, nec hoc tamen repugnat iustitiæ. Nam tales dignitates naturales non attribuuntur alicui creaturæ ex debito, sed ex Dei beneplacito. Ad tertium dicendum, quod corpori cælesti coniungitur nobilior substantia, secundum quosdam, quam sit anima humana. s. intellectiua mouens orbem, vel anima orbis. potest tamen dici quod corpus cæleste vel ignis sit nobilius corpore humano quantum ad aliquid, non tamen quantum ad aptitudinem perficiendi operationes animæ.

Articulus quartus.

p. p. q. 76. ar. 4.2. 2. con. c. 56. AD quartum sic proceditur, & videtur quod anima non vniatur corpori vt forma. Quod enim in se est substantia substans non pōt alteri vt forma vniri: quia quod in se subsistit per se habet esse cōpletum, & sic vnio ad aliud est ei accidentalis, quod non conuenit de forma quæ secundum esse suum substantiale materiæ vnitur. sed anima est in se substantia substans, quod patet ex hoc quòd sine corpore remanet. ergo anima non vnitur corpori vt forma. Præterea. Anima rationalis vel est intellectus, vel intellectiuæ potentiæ subiectum. sed intellectiua potentia nullius corporis actus est, vt dicitur in tertio de anima. ergo anima rationalis nō vnitur corpori vt forma. Præterea. Omnis forma substātialis immediate vnitur materie, vt patet in. 8. metaphi. sed anima vnitur corpori mediantibus potentiis, & spiritibus, vt quidam dicunt. ergo anima non vnitur corpori vt forma. Sed contra est quod philosophus dicit in secundo de anima. Quod anima est actus corporis physici potentia vitā habentis. Præterea. Vnumquodque collocatur in specie per suam formam. sed homo collocatur in specie per animam rationalem. ergo anima rationalis est forma corporis. Respon. Dicendum quod sicut dictum est; anima rationalis inter cæteras creaturas intellectuales est inferior ordine naturæ. Vnde esse eius est quodāmodo a fine, & proximum rebus corporalibus, ita quod esse animæ rationalis potest cōmunicari corpori per modum quo cōmunicatur materiæ esse formę. Alio tamen modo est de anima, & de aliis formis. Nam esse quod acquiritur materiæ per alias formas, non est illarum formarum vt subsistentium, sed esse quod acquiritur homini est ipsius animę principaliter vt subsistentis, & in eius consortium perducitur corpus, vt illud idem esse fiat compositi quod est animæ subsistentis: Et ideo anima rōnalis in se considerata non solum est forma, sed substantia subsistēs, & ex hoc habet quod possit per se habere operationem sine organo corporali, vnde & mouet corpus, & sic vnitur corpori, vt motor, & vt forma. Patet ergo quod homo est quoddam medium constitutum inter creaturas pure spirituales, & pure corporales, cōmunicans spiritualibus secundū animam, & corporalibus secūdū corpus, & sic reperitur in homine hoc quod dicit. Dio. 7. cap. de di. no. quod diuina sapientia cōiungit fines primorum principiis secundorum. p p. q. 91. ar. 1. c. q. 96. ar. 2. c. Quidam vero posuerunt quod anima vnitur corpori solum vt motor mobili, dicentes animam esse in corpore sicut nauta est in naui, sed secundum hoc, qui est compositus ex anima, & corpore non esset ens per se, sed ens per accidens, quod est absurdum. Ad primum ergo dicendum, quod anima, quāuis sit substantia per se subsistens, tamen vniri corpori potest vt forma, ita quod corpus vniatur ei quantū ad ipsum esse suum substantiale, non quantum ad aliquod aliud: quia sic vnio illa esset accidentalis. Ad secundum dicendum, quod duplex est forma, vt ex dictis patet. Quædam quę secundum esse suum a materia dependet, vtpote p

se non subsistēs, & a tali forma nihil potest procedere quod nō sit actus corporis. Quædam vero est forma, vt anima rationalis, quę secundum esse suum nō dependet a materia, vtpote in se subsistens: Et ideo ab anima rationali quāuis sit secū dum suam essentiam corpori vnita, possunt progredi quędam vires quæ sunt actus corporis, vt sensitiuę, & nutritiuæ, & quędā quę non, vt intellectiuæ. Ad tertium dicendum, ꝙ spiritus, & potentiæ sunt media inter animam, & corpus, prout anima vnitur corpori vt motor: quia his mediātibus mouet corpus, non autem prout vnitur ei vt forma: sic enim nihil est medium inter animam, & corpus, vt dicitur in.8.metaph. nisi forte per modum quo dispositio pręparās materiam ad formam, medium dicitur inter ea quodāmodo.

Distinct. Secunda.

De angelica itaq; natura &c.

Hic est duplex quęstio.
Prima de duratione angeli.
Secunda de loco creationis eius.
Circa primum quęruntur duo.
Primo vtrum angelus fuerit creatus an creaturam corporalem.
Secundo vtrum eius duratio, quę ęuum dicitur, habeat prius & posterius.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, ar: 3. p. p.q. 61. ar. 2.o. De po: q.3.ar. 18.o. & 19.o.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ angeli ante creaturā corporalem fuerint creati: Basilius enim dicit in exam. ꝙ angeli ante creati fuerant ꝗ creatura corporalis, cuius creationem Mois. ibi prosequitur: Et iō Mois. de rerum creatione loquens de angelis mentionem non facit. Aliter.n. insufficiēs eius narratio videretur. Præterea. Nullus potest habere cognitionem rei faciendę nisi præexistat factio ni illius. sed secundum August. in lib. super Gen. ad lit. Angelus accepit in verbo cognitionem creaturę corporalis faciendę. ergo ipse fuit creatus ante creaturam corporalem. Pręterea. Plus distat creatura spiritualis a corporali, ꝗ corporales abinuicem. sed creaturæ corporales non sunt omnes factę simul. ergo nec creatura spiritualis, & corporalis simul. Sed contra est quod dicitur Ecclesiast. 18. Qui viuit inęternum creauit omnia simul, quod oportet intelligi saltem secundum materiam. sed materia angeli, non est sine angelo. ergo angelus creatus est simul cum aliis creaturis. Pręterea. Si angelus ante corporalia creatus fuit, oportet ꝙ nunc creatiōis angeli sit prius ꝗ nūc creationis mundi. sed vbicūq; est nūc prius, & posterius ibi est tempus. ergo secundum hoc, tempus fuisset ante mundum, quod est impossibile. Respon. Dicendum ꝙ quidam dixerunt, ꝙ impossibile fuit angelos ante creaturā corporalē creari: quia non potest intelligi ꝙ sint distincti abinuicē, nisi in diuersis locis existāt. Diuersitas autem locorum sine situ intelligi non potest. Sed hoc non videtur efficaciām habere, quia illa solum loco distinguūtur de necessitate, de quorum ratione est situs, sicut quę subiacent ꝗtitati dimensiuæ, quod de angelis dici nō potest, cum incorporei sint. Vnde sicut eorum substantia nō depēdet ab aliqua dimensione, ita nec eorum distinctio. Alii vero posuerunt angelos ante creaturam corporalem creatam, sicut Basilius, & Grego. Einiss. & multi antiquorū doctorum ꝙ quidem Deo possibile fuit, tamen ad hoc probandum, cum ex voluntate diuina dependeat, nō potest efficax ratio haberi. Sed quia authoritas in scriptura diuina, vel canonica expressa non inuenitur, est aliqua probabilis ratio, per quam Augu. & omnes moderni l. creatos

ni latinorum ponunt Angelos simul cū natura corporali creatos fuisse: Ex angelis enim, & creaturis corporalibus cōstituitur vniuersum, cuius partes principales decuit simul esse, vt ostenderentur omnes vniuoco ordine ad vnum qd pertinere. Ad primum ergo dicēdum, ꝙ Basilius hmōi opinionis fuit. Mois ve ro prætermisit angelorum creationem, nō quia ante creati fuissent, sed quia inuisibilia rudi populo tradi non poterant, vel secundum aliquos per cœlum spiritualis natura intelligitur. Ad secundum dicēdum, ꝙ de re iam facta potest accipi cognitio eius vt faciēdę si cōsideretur in causis suis ex quibus procedit, multomagis de re quæ est in fieri, & sic non oportet ꝙ angeli præexisterent rerum factioni, sed simul esse inciperent. Ad tertium dicendum, ꝙ creaturæ corporales creatæ sunt simul in materia, sed non in forma, secundum quosdam, sed angeli materia nō potest esse sine eo, si materiam habet. Vnde opotter ꝙ totaliter simul cum cęteris creaturis creatus sit.

p. p. q. 61. ar. 1. ad p.

Articulus secundus.

In alio script, vt hic, arti. 1. quol. 10. ar. 4. o.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ in ęuo, quod est duratio angeli, sit prius, & posterius, Quia p hoc differt in re aliqua esse, & fuisse, quod est in eius duratione accipere prius, & posterius, si ergo in duratione angeli nō est accipere prius, & posterius, non differt in angelo esse & fuisse. sed Deus non potest facere angelum non fuisse. ergo nō potest facere angelum nō esse, quod est impossibile. Pręterea. Si in ęuo nō sit prius, & posterius, tota duratio angeli simul est in actu. sed duratio angeli est infinita ex parte post. ergo aliquod creatum est actu infinitum. Pręterea. Omnia successiua eadem mensura mensurantur. s. tempore, ꝗuis vnum eorum sit prius, & causa alterius, sicut motus cęli est causa motus pluuiæ, & tamē vterq; motus tempore mēsuratur. ergo & omnia alia in quibus non est prius, & posterius eadem mensura mensurantur, si ergo duratio angeli non habet prius, & posterius, non aliqua mensura mēsurabitur quàm duratione Dei. s. ęternitate, & sic angelus erit ęternus, quod est incōueniens. Sed contra. Vbicunq; intelligitur prius, & posterius ibi intelligitur tempus. si ergo in duratione angeli sit prius, & posterius, videtur ꝙ mēsuretur tempore. Præterea. Prius, & posterius in tempore causatur a priori, & posteriori i motu, vt dicitur i quarto physicorum. sed in esse angeli, quod mensurat æuum non est aliquis motus. ergo in ęuo est prius, & posterius. Respon. Dicendum ꝙ angelus dupliciter potest considerari. Vno modo secundum omnia quæ ad ipsum pertinent, & sic mensuratur tempore. Est enim circa angelum considerare aliquid secūdum prius, & posterius inquantum operationes, & affectiones eius sunt sibiinuicem succedentes, & sic dicit Augus. q. super Gen. ꝙ creaturam spiritualem mouet Deus per tempus. Alio modo potest considerari substantia angeli secūdum esse suū, pręter ea quę ipsum circumstant, & sic, cum in esse angeli nōn sit aliquis motus vel potentia, non potest tempore mensurari sed ęuo, & ita cum mensura sit homogenea mensurato, sicut angeli ee. est simplex non habens prius, & posterius, eo ꝙ caret motu, ita & ęuum. Quamuis quidam dicunt, ꝙ ęuum habet prius, & posterius, sed sine innouatione, tempus vero cum innouatione, quod non est intelligibile, quia duę partes durationis se inuicem non includentes non possunt esse simul, sicut annus includit mensem, non autem vnus dies annum. Vnde si ponuntur duæ partes ęui quarum vna sit prior, & alia posterior, sequitur quod

In alio script: vt hic, lit. p. p. q. 10. ar. 5. ad p. De ma. q. 16. ar. 4. ad decimūnonum. Despū. ar. 5. ad quartū

vna pars abscedat, & altera de nouo adueniat, & ita erit ibi innouatio. Ad primum ergo dicendum ꝙ rebus immobilibus non conuenit differenter esse, & fuisse, si cōsiderentur ꝓm se, sed solū qñ cōsiderantur ꝓm habitudinem ad mensurā subiacentem vel adiacentem .f. tp̄s, sic & in Deo differenter intelligimus eē vel fuisse secūdum habitudines ad diuersas partes temporis, ita etiam, & in angelo differt esse, & fuisse, & ex hac differentia sequitur quędam necessitas circa hoc ꝙ est angelum fuisse, inquantum implicatur esse angeli simul cum alia parte temporis, non autem cum dicimus angelum esse. Ad secundum dicendum, ꝙ duratio angeli non est infinita quasi extensiue, sed solum negatiue inquantum non deficit. sic & pūctus potest dici infinitus. Ad tertium dicendum, ꝙ omnes motus successiue conueniunt in vno genere: Et ideo ad vnam mēsuram reduci possunt, non autem omne permanēs est vnius generis: Nam esse diuinum est subsistens, non autem esse angeli: Et ideo non eadem mensura mensuratur.

Quęstio secunda.

Deinde quæritur de

cęlo empyreo, in quo angeli dicūtur esse creati.

Et circa hoc quęruntur duo.

Primo vtrū cęlū empyreum sit corpus.

Secundo vtrum habeat influentiam super alia corpora.

In alio scripto, vt hic.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur: & videtur ꝙ cęlum empyreum nō sit corpus. Nullus enim locus corporeus potest incorporeo repleri. sed cęlū empyreum repletum est angelis in sui creatione, vt in litera dicitur. ergo cęlū empyreum non est corpus. Pręterea. Omne corpus naturale est mobile, sed cœlum empyreum non est mobile, alias motus eius participaretur secundum varietatem situs alicuius corporis delati, sicut patet de aliis orbibus qui mouentur. ergo cœlum empyreum non est corpus naturale, mathematicum autem cōstat quod nō est, quia mathematica sunt in imaginatione tantum. Pręterea. Omne corpus aut est lucidum actu vt ignis, aut est lucidum in potentia vt aer, aut opacum vt terra. sed cœlum empyreum non est opacum vt terra, quia sic esset ignobile corpus, nec est lucidum in potentia tantum, quia sic nihil differret a cœlo cristallino, nec est lucidum actu, quia sic continuo aer ex eius præsentia illuminaretur, cū sit multo maius q̄ corpus solis. ergo cœlum empyreum nō est corpus. Sed contra. Corporum locus non potest esse nisi corporeus. sed cœlum empyreum ponitur locus Christi, & sanctorum, qui post resurrectionē corpora habent. ergo cœlum empyreū est corpus. Pręterea. Inuenitur in cęlis aliquod corpus quod est totum diaphanum, sicut cœlum cristallinum, aliquod quod est partim lucidum, sicut cęlum sydereum. ergo est aliquid quod est totum lucidum, & hoc est cœlum empyreum. Respon. Dicendum ꝙ omnes creaturę corporales propter hominem factę sunt. Quędam vero subseruiunt ei quātum ad esse naturale, quędam vero quantum ad esse gratię. Quātum ad naturam quidem deseruiunt ei corpora cœlestia per motum, & alia ēt elementa huius mundi, inquantum per ea corpus humanum generatur, nutritur, & conseruatur: Sic autem nō deseruit ei cœlum empyreum, sed in ordine ad gratuitum Dei beneficiū, quod quīdē exhibetur homini, non solum secūdum animam, sed etiam per redundantiā ad corpus, vt etiam corpus glorificetur. Et quia ista ꝑfectio corporis excedit omnem

p. q. 6. art. ad 3. 1. 102 ar. 2. ad pri. q. 112 articu. 1. ad sec. pri. p. q. 4 arti. 7. ad ter. De po. q. 3. ar. 19. ad quar.

nem perfectionem naturæ, ideo sup omnia alia corpora naturaliter agentia est a Deo prouisum quoddam corpus, in quo præcipue sit locus corporum gloriosorum, & hoc est cœlum empyreum. Vnde, & per quandam congruentiā omnibus spiritibus bonis, & Deum contemplantibus cœlum empyreum pro loco deputatur, & ideo dicitur angelus in cęlo empyreo creatus esse. Ad primum ergo dicendum, ꝙ repletio illa non est intelligenda corporaliter, sicut locū implet corpus, sed inquantum ex præsentia spirituum locus ille honorabilis redditur. Ad secundum dicendum, quòd alia corpora naturalia ordinantur ad hominem secundum ꝙ mutabilitati eius deseruiunt, q̄tum ad præsentem statum, sed cęlum empyreum ordinatur ad eius immutabilem fęlicitatem: Et ideo inter alia corpora solum est immobile secundum omnes species motus. Ad tertiū dicendum, ꝙ cęlum empyreum lucidum est. sed tamē ratione suæ subtilitatis lux eius oculis nostris perceptibilis non est, sicut corpora radios emittentia, quæ quandam spissitudinem habent, vnde & ignis in propria sphęra dicitur nō lucere, ratione suæ raritatis.

p. p. q. 61. ar. 4 ad. 1. q. 102. ar. 2. ad. 1 articu. 4 ad pri.

p. p. q. 102 articu. 2. ad pri.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, arti. 3. quol. 6 ar. 19. o.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ cęlum empyreum influentiam habeat in corpora inferiora: Aug. enim dicit in tertio de Trin. ꝙ corpora crassiora, & firmiora per subtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur. Sed cęlum empyreū est potentius, & subtilius aliis corporibus. ergo ad regimen aliorum influentiam habet. Præterea. Extrema non coniunguntur nisi per media. Sed cęlum empyreum est medium ordine naturæ inter animam rationalem, & corpus elementatum infra animam, & supra corpus prædictum existens. ergo mediante aliqua influentia cęli empyrei anima rationalis corpori coniungitur, & sic cęlum empyreum influentiā habet in corpora inferiora. Pręterea. Nobilissimo corpori magis cōpetit influere in alia, q̄ ab alio recipere impressionem sed cęlum empyreum recipit impressionem ab alio, quod patet ex hoc ꝙ in eo formantur voces sanctorum laudātium Deum in patria, ergo multomagis cęlum empyreū in alia corpora influit. Sed contra. Nullum corpus mouet nisi motum, vt a philosophis probatur. sed cęlum empyreum non mouetur, vt dictum est. ergo non mouet alia corpora, & ita in alia corpora influentiam nō habet. Pręterea. Ex effectibus deuenimus in causas. si ergo cęlum empyreum aliquem effectum in corporibus inferioribus haberet, naturali ratione posset deueniri in cognitionem cęli empyrei, cuius cōtrarium apparet ex hoc quòd philosophi de cęlo empyreo mentionē non fecerunt. Respond. Dicendum ꝙ cęlum empyreum, sicut dictum est, principaliter ordinatur ad gloriam beatorum, ad quā quidem gloriā reliqua corpora nihil operantur, nisi a remotis, inquantum seruiunt homini secundum necessitatem suæ naturæ. Quod autem ordinatur in aliquem finem, principaliter sic se habet ꝙ omnis eius opatio in illū finem refertur: Et ideo cum dispositiões corporum inferiorum non pertineant ad illam gloriam beatorum, quæ est finis cęli empyrei, cęlum empyreum non efficit dispositionem aliquam in corporibus aliis, q̄uis quidam cōtrarium opinentur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ August. loquitur de corporibus mobilibus, quæ ordinātur ad vnum finem, s. ad gubernationem naturæ, in quo ordine non est cęlum empyreum. Ad secundum dicendum, ꝙ inter animam, & corpus nihil cadit medium, sicut nec inter formam, & materiam, vt dicitur in

retractata est sētētia hæc a S. D. p. p. q. 66 arti. 3. ad sec. & quol. supius adducto.

viii.metaph.nisi per modum quo dispositio, per quam materia est propria tali formæ, dicitur esse media inter materiā, & formam. Dispositio autem quæ in corpore humano requiritur ad hoc ꝙ sit propria materia animę rationalis, cū ad statum naturæ pertineat, nō depēdet a cęlo empyreo, sed ab aliis corporibus naturalibus. Ad tertium dicendum, ꝙ duplex est laus Dei.s. mentalis, & vocalis. De prima non est dubium quin sancti, & angeli in patria Deum laudent, sed huic laudi cęlum empyreum non deseruit. Laus autem vocalis angelis, & animabus non competit, sed nec hominibus post resurrectionem, vt quibusdam videtur. Cuius contrarium manifeste dicitur in Psal.149. Exul. Dei in gut. e. glosa. Quia in corde, & lingua non desinūt laudare Deum, a quo æterna habent. Vnde dicendum est, ꝙ vocaliter Deum laudabunt non propter aliquam necessitatem, sed ad hoc vt quicquid in eis est, secundum modum suum, gloria repleatur, & Deo coniungatur, nec hoc erit ad ignobilitatem cęli empyrei si in eo formetur laus Dei per motum membri gloriosi.

scd.1 Fę q.3. ar ti.4. c. & opu. 63.c.5. o.

Distin. Tertia.

Ecce oñsum est &c.

Hic est duplex quæstio.
Primo de his quæ pertinent ad naturā angeli.
Secundo de his quę pertinent ad grām, vel culpam.

Quæstio prima.

Circa primum quæruntur duo.
Primo de simplicitate angeli.
Secundo de distinctione angelorum ad inuicem.

Articulus primus.

In alio script.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ angelus sit cōpositus ex materia, & forma: Vt enim dicit Boetius in lib. de Tri. forma simplex subiectum esse non potest. sed angeli sunt subiectū virtutis, & gratiæ, & intelligibilium specierū g. angeli non sunt formæ simplices, & ita sunt compositi ex materia, & forma. Præterea. In angelis personalitas inuenitur, vt in litera dicitur, & ita in eis est indiuiduatio, quæ est & rōne personæ, indiuiduationis autem principiū est materia. ergo in angelis est materia. Pręterea. Omne qd est, vel est actus purus, vel potentia pura, vel compositum ex vtroq;. sed angelus non est actus purus: quia sic in nullo differret a Deo, nec est potētia pura, quia sic in nullo differret a prima materia. ergo est cōpositus ex potentia, & actu, & ita ex materia, & forma. Sed contra est ꝙ Boetius dicit in lib. de duabus na. ꝙ omnis natura incorporeæ substantiæ nulli materiæ innítitur fundamento. sed angelus est substātia incorporea. ergo materiam non habet. Pręterea. Dio. dicit. iiii. cap. de di. no. ꝙ angeli intelliguntur īmateriales, & incorporales. Respon. Dicendum ꝙ circa compositionem angeli est triplex opinio. Quidam enim dicūt ꝙ est compositus ex materia, & forma, quod non videtur verum propter duo. Primo ratione intellectualis naturæ: Nam immunitas a materia, secundū philosophos, est causa qua aliqua substātia sit intellectualis, cuius signum est ꝙ species intelligibiles actu fiunt per hoc ꝙ separantur a materia, & omnibus materiæ conditionibus, inquātum vero sunt intelligibiles actu sunt vnum cum intellectu: quia intellectus in actu est intelligibile in actu, secundum philosophum. Secundo, ratione corporeitatis: Nam oportet omnia quæ componuntur ex materia, & forma, in materia cōmunicare, eo ꝙ totius distinctionis principium est forma. Distinctio autem rerum ex materia

vt [illegible] p.p. [illegible] 50.ar 1. o. [illegible] con [illegible] 49. [illegible] De [illegible] ritu [illegible] ti.1 o. quo 9 ar.6 o.

materia vna præsupponit materiæ diuisionem, vt in diuersis partibus materiæ diuersæ formæ recipiantur ad diuersas res constituendas, diuersæ autem partes materiæ intelligi non possunt, nisi intellectis dimensionibus in materia, secundum quas diuidatur, & sic si angelus eēt ex materia, & forma compositus, sequeretur ꝙ haberet dimensiones, & esset corporeus: Et ideo alii dicunt, ꝙ est compositus ex natura, & supposito, sicut & hic homo non est sua humanitas. sed hoc in idem redit cum primo: Nam hoc indiuiduum demonstratum addit super naturam communem materiam designatam, quæ est indiuiduationis principium, vnde differentia naturæ, & suppositi non inuenitur nisi in habentibus materiam. Vnde Auicen. dicit quòd quidditas simplicitatis est ipsum simplex: Et ideo dicendum est secundum Boe. quòd componitur ex quod est, & esse: nihil .n. est suū esse nisi Deus, qui non habet causam sui esse, vnde & natura, siue substantia Angeli est aliud ꝙ̄ eius esse: Et ideo dicitur in libro de causis, quòd intelligentia non est esse tantum, sed est forma, & esse. Ad primum ergo dicendum, quòd Boetius loquitur de forma quę est oīno simplex, sicut natura diuina quæ est suū eē, quę est purus actus, & iō subiectum eē nō pōt, hoc autem non est de Angelo, & ideo ratio non sequitur. Ad secundum dicendum, ꝙ sicut forma quę est receptibilis in materia indiuiduatur per materiam in qua recipitur, ita forma immaterialis indiuiduatur ex hoc ipso quod per diuisionem materiæ diuidi non potest, & per hunc modum ponitur personalitas in Angelo. Ad tertium dicendum, quòd esse est actus existentis, vnde substantia eius comparatur ad esse, sicut potentia ad actum, & ideo cum in Angelo differt substantia, & esse erit ibi actus, & potentia, non autem materia, & forma, sed forma, & esse.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ in angelis distinctio eē nō possit: Distinctio enim, secundum Dam. est principium numeri, numerus autem quantitas est, cuius subiectum est materia. cum ergo in angelis non sit materia, vt dictum est, videtur ꝙ nec numerus aut distinctio possit esse ibi. Præterea. In angelis non est compositio naturæ, & suppositi, vt dictum est. sed vnū suppositum non est pluribus angelis cōmune. ergo nec vna natura potest esse pluribus cōmunis. hoc autem esset si in hoc genere, quod est angelus, plures angeli inuenirentur. ergo nō possunt esse plures angeli. Præterea. Si sint plures Angeli, aut differunt specie, aut numero tantum. sed numero tantum differre nō possunt: hæc .n. differentia est secundum distantiā materiæ non autem formę, similiter nec specie differre possunt, cum omnes cōmunicent in vltima differentia specifica, secundum ꝙ sunt intellectuales, quam oportet esse vltimam, quia est id quod est nobilissimum in angelis, quod conuenit vltimæ differentię constitutiuæ. ergo angeli adinuicem distinguuntur. Pręterea. Plus differt anima ab angelo, ꝙ̄ angeli abinuicem. sed angelus, & anima specie non differunt: nam vnibile corpori, & non vnibile, per quæ differre videntur, non sunt differentiæ specificę, vt videtur, cum vnibile conueniat animæ secundum quod est forma, sic autem non est species nec in specie, sed pars speciei. ergo nec Angeli abinuicem specie distinguuntur, & sic idem quod prius. Contra. Sicut Angelus est substantia incorporea, ita, & anima. sed inueniūtur plures animæ, etiam vnius speciei. ergo inueniuntur plures angeli, etiam in vna specie. Præterea. Dicitur Dan. 7. Milia milium mi

In alio script. vt hic, arti. 3. p. p. q. 50. art. 3. o. 2. con. c. 92.

nistrabant ei &c. ergo in angelis est numerus nobis per scripturam determinatus, & per consequens distinctio. Respon. Dicendum ꝙ circa distinctionē est multiplex opinio: Quidam nāq; posuerunt omnes angelos, vel saltem aliquos qui sunt vnius ordinis, in eadē specie esse. Sed hoc non potest esse, nisi ponantur ex materia, & forma compositi: Nam diuersitas formæ diuersitatem speciei inducit: Diuersitas autem materiæ facit diuersitatem secundum numerum tantum, vbi est forma vnius rationis.

In alio script. vt hic, ar.4 o. p.p.q. 50. ar. 4.o.2. cont.c. 93. De po.q.6 ar.6.c.

Dato autem ꝙ essent ex materia, & forma compositi, adhuc non possent numero tantum distingui, cum distinctio materiæ vnius rationis dimensiones requirat, quæ in angelis nō sunt, materia autem si non sit vnius rationis, nec formam vnius rationis habebit, & sic sequitur diuersitas speciei: Et ideo alii dicunt ꝙ angeli, cum sint substantiæ immateriales, differunt secūdum causam, & causatum. Sed hoc est contra fidem. Nā angeli, cum sint immateriales, exeunt in eē per creationem, cuius solus Deus est author. Et ideo dicendū est secundū alios, ꝙ omnes angeli differūt abinuicem specie, quæ quidem differentia sumitur ex diuerso gradu perfectionis; secūdum ꝙ natura vnius Angeli magis vel minus Deo appropinquat, sicut in diuersis speciebus rerum naturalium inuenimus, & in vltimo horum gradu est anima rationalis inter cęteras substantias incorporeas minus perfectam naturam habens, & ideo est in quodam confinio naturæ corporeæ cui vnitur vt forma, & incorporeę cui per intellectum assimilatur. Ad primum ergo dicēdum, ꝙ numerus qui est species quantitatis, vt in primo lib. dictum est, non inuenitur nisi in habentibus quantitatem continuā; in aliis autem non inuenitur multitudo opposita vni quod est principium numeri.

Ad secundum dicendū, ꝙ in substantiis simplicibus, in quibus non est aliud natura q̄ ipsum suppositum, pōt esse multitudo specierum in vno genere, nō autem multitudo idiuiduorum in vna specie: quia indiuiduum addit supra speciē naturam signatam, per quam suppositū a natura distinguitur, & in eadem specie plura indiuidua diuiduntur. Sed species non addit supra genuŝ aliam naturam, sed designationem seu determinationē naturæ cōmunis ad specialem modum perfectionis. Ad tertium dicendum, ꝙ angeli abinuicem specie distinguuntur, & non numero tantum, intellectuale autem non est differentia specifica, sed pertinet ad naturam generis. Quod autem dicitur ꝙ differētia specifica est nobilium in vnoquoq; , intelligendum est non per modum quo vna forma est alia nobilior, sed per modum quo determinatum est nobilius indeterminato, sicut actus potentia. Ad quartum dicendū, ꝙ anima dupliciter potest considerari. Vno modo inquantum est forma, & sic neq; est species, neq; in specie, sed pars speciei. Alio modo vt substantia quędā per se existens sine corpore, & quantum ad hoc potest poni in specie, & sic specie ab angelo differt, inquantum vltimū gradum perfectionis in natura intellectuali tenet. Ex hoc autem habet anima ꝙ sit corpori vnibilis, & ꝙ sit rationalis nō pure intellectualis, & ꝙ recipiat nō solum a superioribus, sed etiam ab inferioribus. i. a sensibilibus, & ꝙ habeat li. arb. vertibile post electionē sicut, & ante, & ꝙ loquatur voce corporali. Vnde per hoc quidam assignāt differentiā inter angelum, & animam, non ꝙ sint differentiæ essentiales, sed inquantum essentiales differentiæ per conuenientia naturalia innotescunt. Ad primum vero quod contra obiicitur dicendum, ꝙ anima licet non habeat materiam ex qua

l. nobilissimū

sit,

ſit, ſic nec angelus, habet tamen materiã in qua eſt, inquantum eſt forma corporis, quod non habet angelus: Et ideo nõ eſt ſimile. Ad ſecundum dicendum, ꝙ in verbis illis ponitur determinatũ pro indeterminato: Vt enim oſtendatur multitudo angelorum noſtram cognitionẽ excedẽs, deſignatur per maximos numeros qui apud nos ſunt per ſe multiplicatos.ſ.x.c.& mille per quos etiam ſolet perfectio deſignari.

Quęſtio ſecunda.

Deinde quæritur de

his quę pertinent ad culpã vel grãm. Et circa hoc quęruntur duo.

Primo vtrum diabolus in primo inſtanti ſuę creationis malus eſſe potuerit.

Secundo vtrum boni angeli in primo inſtanti ſuæ creationis habuerint gratiam. Articulus primus.

AD primum ſic proceditur: & videtur ꝙ diabolus in primo inſtanti ſuæ creationis fuit malus. Augu. enim ſuper Gẽ.ad literam dicit. Ea quę facta ſunt leguntur in prin. Gẽ. ſimul eſſe facta. ſed in primo inſtanti creatiõis cęli, & terrę creati ſunt angeli. ergo in primo inſtanti quo angeli creati ſunt, facta eſt diſtinctio tenebrarũ, & lucis, quæ quidem, ſecundum Auguſt. intelligenda eſt per conuerſionem, vel auerſionẽ angelicæ naturæ ad Deum. ergo in primo inſtanti ſuæ creationis aliqui angeli ſũt auerſi a Deo, & per conſequens mali.

In alio ſcript. vt hic, p.p.q. 63.art. 5.o.De ma. q. 16.art. 4.o.Io. 8 le.6, co.3.

Præterea. Natura ſpiritualis potior eſt ꝙ corporalis. ſed natura corporalis in primo inſtanti quo eſſe incepit habet ſuam operationem, ſicut ignis ſtatim cũ accẽditur illuminat. ergo angelus in primo inſtãti creatiõis potuit habere actũ li.arb. per quem fuit malus. Prętere. Si diabolus aliquando non fuit malus, & poſtmodum eſt malus, eſt aſſignate aliquod inſtans in quo vltimo fuit innocens, & primum in quo fuit malus, quæ quidem oportet eſſe duo, & non vnum: quia non ſimul fuit malus, & innocens: Inter quęlibet autem duo inſtantia eſt tempus medium. eſt ergo dare aliquod tempus, in quo nõ fuit malus nec innocens, quod eſt impoſſibile, & ita non poteſt dici: ꝙ aliquando non fuerit malus. Sed contra eſt quod dicitur Ezech. 28. In delitiis paradiſi Dei fuiſti, qd de diabolo exponitur. hoc autem non conuenit diabolo poſtquã fuit malus. ergo aliquando non fuit malus. Præterea. Eſa. 13. dicitur. Quomodo cecidiſti de cęlo lucifer qui mane oriebaris, non autem cecidit qui nunq̃ ſtetit. ergo diabolus aliquando fuit in cęlo, & ita nõ ſemper fuit malus, ſed in aliquo inſtãti fuit non malus. Reſpond. Dicendum ꝙ quidam dixerunt, ꝙ diabolus in primo inſtanti ſuę creationis fuit malus, & hoc dupliciter. Nam quidam eorum attribuunt malitiam naturæ ipſius, vt Manichei, quod eſſe non poteſt: quia cuiuſlibet naturæ quę eſt propter Deum. Deus eſt cauſa, nec poteſt eſſe niſi bonum qd ab ipſo eſt. Quidã vero attribuerũt malitiam voluntati dicentes ꝙ per lib.arb. diabolus in primo inſtanti ſuæ creationis peccauit, & malus fuit. Sed hoc eſſe non poteſt. Cum.n. peccatum ſit contra naturam, non poteſt eſſe ꝙ naturali inclinatione voluntas angeli tenderet in peccatum, ſed hoc accidit per collationem quandam, & deliberationem, quæ nõ poteſt eſſe in inſtanti: Et ideo magis poteſt dici ꝙ in primo inſtanti ſuæ creationis nõ peccauerit: Et propterea, hęc ſecunda opinio tanquã primæ vicina a magiſtris eſt reprobata, Vnde reſtat, vt cõmuniter tenetur, ꝙ in primo inſtanti ſuæ creationis diabolus bonus fuerit. Ad primum ergo dicendum, ꝙ omnis opatio creaturę iam præexiſtentis perti

net ad opus propagationis naturæ non ad opera sex dierum, in quibus natura est instituta. Vnde & auersio vel conuersio lib. arbi. non pertinet ad opera sex dierum, computatur tamen inter opera sex dierum, secundum dictam expositionem, per quandam anticipationem, sicut & quod dicitur, Germinet terra herbam virentem, & alia huiusmodi, vt August. dicit: Et ideo non oportet dicere, secundum eius expositionem, ꝙ diabolus in primo instanti suæ creationis fuerit malus, sed ꝙ hoc factum fuerit per temporis processum, primo ipsis naturis spiritualibus institutis. Ad secundum dicendum, ꝙ peccare non est actus naturalis lib. arb. sed magis contra naturam, & ideo non sequitur ꝙ in primo instanti peccare potuerunt ex hoc ꝙ res naturales habent suas operationes naturales in primo instanti quo esse incipiunt.

l. potuerit

Ad tertium dicendum, ꝙ operationes angeli nullum ordinem habēt ad motum cœli. Vnde nō mensurantur aliquo modo motus lib. arb. ipsorum tēpore quo mensurantur motus corporales, qd est continuum. sed quodam tempore non continuo, quod in vicissitudine operationum intelligitur, & ideo non oportet ꝙ inter illud instans quo vltimo fuit innocens, & illud quo primo fuit malus sit tempus assignare, eo ꝙ non oportet ea continuari adinuicem, sicut nec operationes angeli continuantur. sed consequenter se habēt. Secus autem est de motibus lib. ar. in nobis, qui aliquo modo mensurantur tempore continuo.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, q. 3. o. p. p. q. 62. art. 3. o.

Ad secundum sic proceditur, & videtur quòd angeli in gratia creati non fuerunt: Vt enim dicit August. super Gen. ad literam, per hoc quod dicitur Gen. 1. Fiat lux, & facta est lux, intelligitur illuminatio bonorum angelorū per gratiam. sed per lucem gr̄æ diuisum est iter lucē, & tenebras. i. inter bonos angelos, & malos, cū ergo angelus non fuerit malus in primo instanti suæ creationis, nec etiam in ipso instāti aliquis angelus gratiam habuerit, sequitur ꝙ angeli in gratia creati non fuerūt. Præterea. Motus lib. arb. requiritur ad susceptionem gratiæ, sicut & ad culpā: sed diabolus non potuit esse malus per motum li. ar. in primo instanti suæ creationis. ergo eadem ratione nec in ipso instanti primo aliqui angeli gratiam acceperunt. Præterea. Si in primo instanti creationis aliquibus angelis gratia est collata, oportet ꝙ omnibus collata fuerit tam bonis q̄ malis, cū in nullo esset aliquid gratiæ impedimentū. sed malis angelis gratia non est collata: fuisset enim in eis aliquis motus lib. arb. in Deum, sine quo gratia non confertur, & ita a Deo postmodum auerti nō potuissent, cum lib. arb. angelorum sit inuertibile post electionem, vt cōmuniter dicitur. ergo angeli in gratia creati non fuerunt. Sed contra est quod August. dicit, ꝙ Deus simul erat in angelis condēs naturam, & tribuens gratiam. Præterea. Sicut materia corporalis formatur naturalibus formis, ita natura spiritualis, secundum August. formatur per gratiam. sed res corporales, secundū sententiam Augu. sunt simul creatæ in materia, & forma. ergo & substātiæ spirituales. s. angeli sunt simul creati in natura, & gratia. Respon. Dicendum, ꝙ circa hoc est duplex opinio: Quidam. n. dicunt, ꝙ angeli fuerunt creati in naturalibus tantum, sed postmodum gratia est collata quibusdam cōuersis ad Deū, dum alii auerterentur. Hçc autem opinio, licet multum sit cōmunis, tamen dictis sanctorum repugnare videtur, qui asserere videntur angelos in gratia creatos esse. Repugnat etiam diuinæ liberalitati per quam suam bonitatem cōmunicat

quol. ar. 8. secūd. sedç. 5. 21. c.

nicat omnibus, secundum suam capacitatem. Unde, & gratiam tribuit omnibus in quibus impedimentum gratiæ non inuenitur per peccatum actuale vel originale, quale impedimentum in primo instanti suæ creationis angeli non habuerunt, & ideo ab aliis probabiliter dicitur, quod omnes angeli tam boni, quam mali in gratia creati fuerunt. Ad primum ergo dicendum, quod illa illuminatio per quam a tenebris, vel a demonibus boni angeli sunt diuisi, est per gratiam consumatam, quæ ad gloriam pertinet, quam angeli in primo instanti creationis suæ non habuerunt. Ad secundum dicendum, quod non est simile de motu lib. ar. in bonum, & malum: Nam ad bonum ordinatur naturaliter, malum autem est ei contra naturam. Ad tertium dicendum, quod inuertibilitas lib. ar. dicitur esse in angelis post electionem, non qualibet, sed completam, quando finaliter, & perfecte adhærent bono, vel a malo declinant.

Distinct. Quarta.

Hic solet quæri &c.

Quæstio vnica.

Circa hanc partem quatuor quæruntur.
Primo vtrum naturali cognitione angelus cognoscat per species.
Secundo vtrum cognoscat singularia.
Tertio vtrum naturali dilectione diligat Deum super omnia.
Quarto vtrum angeli a principio creationis suæ fuerint beati.

Articulus primus.

In alio script. vt hic. d. 3. q. 2. ar. 1. p. p. q. 55. ar. 1.

Ad primum sic proceditur, & videtur quod angelus non cognoscat res per aliquas species: Res enim materiales melius cognoscuntur in essentia diuina, quam in propriis naturis. sed essentia angeli est propinquior diuinæ essentiæ, quam res meteriales. ergo res materiales potest angelus cognoscere, per propriam essentiam, cum nos cognoscamus eas in propriis naturis. Præterea. Intellectus noster, qui res materiales per proprias earum species cognoscit, cognoscit se per aliam speciem, vt patet in tertio de anima. sed angelus cognoscit seipsum per essentiam propriam, per quam etiam cognoscit superiores, & inferiores angelos, vt videtur innui ex libro de causis. ergo angeli non cognoscunt per aliquas species. Præterea. Propter hoc non possumus simul multa intelligere, vt Algazel dicit, quia diuersis speciebus simul intellectus formari non potest. Si ergo angelus res per species cognosceret, non posset simul multa intelligere, quod est contra August. qui dicit in lib. de Trini. quod in patria omnem scientiam nostram simul vno conspectu videbimus, ibi autem angelis erimus æquales. Præterea. Angeli cognoscunt res materiales in verbo, vt August. dicit super Gen. ad literam. sed in verbo sufficienter rerum similitudines continentur, quia verbum est ars plena rationum viuentium, vt dicit August. in lib. de Trini. ergo non est necessarium in angelo ponere species ad intelligendum. Sed contra est quod dicitur in lib. de causis, quod omnis intelligentia est plena formis. sed illæ formæ non sunt ibi principium essendi: quia sic vnius tantum esset vna forma. ergo sunt principium intelligendi. Præterea. Intellectus angeli deficit a simplicitate intellectus diuini, Deus autem intelligit omnia per vnum. ergo oportet in intellectu angeli multas species intelligibiles ponere. Respond. Dicendum quod, angelus cognoscit res materiales, non per essentiam suam, vt Deus, sed per species quæ non sunt eius essentia, non quidem acceptas a rebus, sicut nos intelligimus, sed eis naturaliter inditas. Cuius ratio est, quod omne quod, conuenit

& 2. 0. De ve. q. 8. et 9. o.

l. ei

alicui per essentiam suam, conuenit ei per propriam virtutem. Similitudo aũt rerum cognitarum non conuenit angelo per propriam virtutem, siue ponãtur
l. vt angeli esse creatores rerum, vt philosophi posuerunt, siue non, nec fides ponit: Si enim sunt in angelo similitudines rerum sicut in causa, oportet ꝙ conueniat eis per virtutem diuinam, per quam rebus dat esse, vt in li. de causis dicitur. Si vero non sunt creatores, tunc similitudo rerũ non conuenit eis, nisi vel a creaturis accipiant, vel a Deo: quia quęcũq; sunt similia, ita se habent, ꝙ ambo causantur ab vno, vel vnum est causa alterius. A rebus autem similitudines nõ ac
2. cõ. c. 94. r. 4 cipiunt, cum non habeant vires sensitiuas, quibus mediantibus species a rebus materialibus ad intellectum deferũtur. Vnde relinquitur ꝙ similitudo rerũ sit in angelis, non per virtutem propriam, sed per virtutem diuinam, & ita non est similitudo rerum per essentiã suam, sed per aliquid essentiæ superadditum, & p consequens nec per essentiam suam res cognoscunt, sed per species. Ad primum ergo dicendum, ꝙ essentia diuina ratione suæ infinitatis habet ꝙ sit similitudo rerum omnium, eo ꝙ ad nullum genus determinatur, essentia autem angeli est finita, & ad specialem perfectio
p. p. q. 56. ar. 1. c. nem determinata. Ad secundum dicendum, ꝙ angelus perfecte naturam intellectualem habet, vnde in operationẽ intellectualem potest respectu eius ꝙ actus in ipso est, & ideo per essentiam suã seipsum cognoscit. Secus autem est de intellectu possibili humano, qui est sicut imperfectum in natura intellectuali, vnde nõ potest intelligere nec se, nec alia nisi aliqua specie intelligibili perficia
p. p. vbi su. ar. 2. ad ter. tur. Res vero alias, quarũ essentia angeli non est actus, angelus per essentiam suam cognoscere non potest, sed p spẽs superadditas, vnde etiam vnus angelus alios per species intelligibiles cognoscit, non per essentiam cogniti, quę eius mẽti non illabitur, neq; per essentiam propriam quæ non est alterius angeli similitudo, nisi quantum ad naturam generis, & sic non potest esse principium cognitionis specialis, sed generalis tantũ. Ad tertium dicendum, ꝙ angelus bonus, quãtum ad illam cognitionem qua cognoscit res in verbo per quam bonus est, potest simul multa cognoscere, vt potè vno. s. verbo multa cognoscens. Quãtum vero ad cognitionem naturalem, qua cognoscit res per species, non cognoscit simul plura quæ p diuersas species cognoscuntur. Ad quartum dicẽdum, ꝙ angelus ad illam cognitionem qua cognoscit res in verbo, nõ indiget aliis speciebus per quas cognoscat res ꝙ verbo, sicut, & qui videt hominem per eius imaginem eadem specie cognoscit imaginem, & hominem: q̃uis posset intelligens præter speciem imaginis speciem hominis formare, Sed hoc iam pertinet ad aliam cognitionem, qua. s. homo in seipso cognoscitur: sed q̃a perfectio gloriæ non excludit perfectionem naturę, ideo præter cognitionẽ gloriæ qua angelus cognoscit res in verbo, habet cognitionem naturalem, quæ fit per species concreatas. Verbum enim, & species intelligibiles concreatæ sunt diuersarũ rationum, ideo eis mediantibus possunt simul actus diuersarum cognitionũ egredi ab intellectu, sicut simul ferrum ignitum scindit ratione subtilitatis, & vrit ratione caliditatis.

In a[...] scrip[...] vbi su[...] ar. 4 o. p. p. [...] 58. ar. 2. o. De ve. q. 8. ar. 14. o. quol. [...] ar. 1. o. p. p. 58. a[...] 7. c.

Articulus secundus.

Ad secundum sic proceditur, & videtur ꝙ angelus singula non cognoscat. Omnis enim cognitio est per assimilationem cognoscentis ad cognitum. sed intellectus angeli, cum sit inmaterialis, non potest assimilari singularibus, inquantum huiusmodi, cum singularitatis

In al[...] scrip vbi s[...] arti. [...] p. p. q. 57. ar 2. o.

2. cō.c. 100. De ve. q.8.ar. 11.0. claritatis principiū, sit materia. ergo angelus singularia non cognoscit. Præterea. Angelus cognoscit res alias a se per species, vt dictum est. si ergo singularia cognoscit, oportet quod singulariū species sint apud ipsum, quod non videtur, quia vel essent infinitæ species apud ipsum actu, cum singularia sint infinita, saltem a potentia, vel oporteret quod eius intellectui species intelligibiles continue abscederent, & aduenirent. Præterea. Cognoscere particulare per vniuersale est intellectus discurrentis. sed formæ quę sunt in angelis maxime superioribus, sunt vniuersales, vt dicitur in lib. de causis. ergo si angelus singularia cognoscit, videtur ꝙ habet intellectum discursiuum, quod est contra Diony. Præterea. Species quæ sunt in intellectu, cum sint præter hoc, & nunc, æqualiter se habent ad præsens, præteritum, & futurum. si ergo angelus per species quæ sunt in eius intellectu singularia cognoscit, videtur ꝙ ęqualiter cognoscat pręsentia, & futura, & distantia secūdum locum, quod esse non potest, quia scire futura solius Dei est. vt dicitur Esa. 41. Quæ ventura sunt annunciate, & dicemus quia Dii estis vos. Sed contra est ꝙ angeli homines custodiūt, vt dicitur in Psal. 90. Angelis suis Deus &c. Præterea. Vt dicit Boetius in lib. de consolatione. Quicquid potest virtus inferior potest & superior. sed homo potest cognoscere particularia. ergo multomagis angelus. Respon. Dicendum ꝙ secundum doctrinam fidei necesse est ponere angelos singularia cognoscere, pp hoc quod ad ministerium hoīum singularium deputantur. Heb. 2. Nonne omnes sunt administratorii spiritus &c. Quod qualiter esse possit a diuersis diuersimode traditur. Quidam enim dicūt ꝙ angelus cognoscit singularia per spēs a singularibus abstractas. Sed hoc nō pōt esse, tum quia intellectus nō mouetur a sensibilibus nisi mediante sensu, & fantasia, quę in angelis non sunt, tum ēt quia species sensibilium in intellectu non recipiuntur nisi vniuersaliter, & sic remanet eadem difficultas. Vnde alii dicunt ꝙ angeli singularia cognoscunt cognoscendo ordinem causarum vniuersaliū quæ sunt in vniuerso, a quibus procedunt omnia particularia. Sed hoc esse non potest: quia quorūcunq; vniuersaliū cognitio non sufficit ad cognitionē singularis, vt est singulare: quantumcunq; enim vniuersalia aggregentur non faciunt singulare. Et ideo alii dicunt ꝙ per applicationem specierum innatarū vniuersalium ad res particulares angeli particularia cognoscunt. Sed hoc nō potest esse: quia intellectus nō potest applicare aliquid ad id quod est omnino ignotum. Vnde notitia singularis pręexigitur ad applicationē pręd ictam: Et pp hoc alii probabilius dicūt ꝙ species angelis cōcreatæ sunt similitudines idearum in mēte diuina existētium, quæ cum sint principia rerum ſm formā, & materiam, sunt mediū respectu cognitionis, nō solū vniuersalis, sed particularis. Vñ angelus per spēs innatas non solū vniuersalia sed particularia cognoscere pōt. Ad primū ergo dicendū, ꝙ sicut idea in mente diuina est similitudo, & cā rei materialis ſm materiā, & formā, ita, & spēs intellectus angelici, quę est quędā repręsentatio primę ideę, est siłitudo rei ſm materiā & formā. Vñ intellectus angeli per spēm cōcreatā assimilatur singulari, inq̄tū est singulare. Ad ſm dicendū, ꝙ q̄to aliq̄s itellectus est pspicatior tanto ex paucioribus pōt plura cognoscere, Vñ cū itellectus angeli sit pspicatior q̄ nr̄, nō oportet ꝙ singulorꝫ cognitorꝫ habeat singulas spēs, sed per vnā spēm pōt multa cognoscere, & tanto plura quanto est superior, sicut si inferior per vnā

speciem hominis oēs homines cognoscat, & superior per vnā spēm animalis cognosceret oia aialia, & ideo nō oportet ponere infinitas spēs actu in itellectu angelico. Ad tertium dicendum, ꝙ discursus attenditur in hoc ꝙ intellectus transit ab vno cognito in aliud cognitum, non autem secūdum hoc ꝙ per speciem aliquam res aliqua cognoscitur. Vnde quāuis angeli per formas vniuersales singularia cognoscant, non est tamē in eorum cognitione discursus.

Adquartum dicendum, ꝙ per speciem quam angelus apud se habet, nō potest angelus aliquod singulare cognoscere, nisi habeat naturam quā illa species repręsentat. Futura autem singularia non dum habent naturam. Distantia vero secundum locum habent, & ideo angelus non potest cognoscere futura, potest tamen cognoscere distantia ſm locū.

Articulus tertius.

In alio script. vbi su. q.3. o. p.p. q. 60. art, 5. o. pri. ſæ q.109. arti. 3. scda ſę q. 26. ar. 3. c. quol. 1 ar. 8. c.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ angelus per pura naturalia non possit Deum diligere super se, & super omnia: Nullus enim potest in actum virtutis qui non habet virtutem, & præcipue secundum modum virtutis: qui enim iusta iuste facit iustus est, vt dicitur in secūdo ethicorum. sed diligere Deum super omnia, & supra se dicit actum, & modum charitatis. ergo angelus per pura naturalia charitatem non habens Deum supra se, & supra omnia diligere non potest. Pręterea. Naturali dilectione tāto vnumquodq; magis diligitur quanto diligēti est magis propinquum, & vnitum. Vnde similitudo est causa dilectionis. sed nihil est alicui magis propinquum seipso. ergo impossibile est ꝙ angelus naturali dilectione diligat aliquid supra se. Præterea. Bona naturalia etiam in angelis remanēt post peccatum, vt dicit Dio. sed demones nō diligunt Deum super se, & super omnia. ergo hoc ad naturalem conditionē nō pertinet. Sed contra. Dilectio naturalis angelorum non potest esse peruersa: quia natura nō est mala. sed omnis dilectio respectu Dei est peruersa qua deus super omnia non diligitur. ergo cū angeli naturali dilectione Deum diligerēt, cum super omnia dilexerunt. Præterea. Sicut se habet verum ad cognitionem, ita bonum ad affectionem. sed cognitio angelorum naturalis est uera, ergo & dilectio bona, & sic eum super omnia diligunt, cum nulla alia dilectio respectu Dei bona esse possit. Repond. Dicēdum ꝙ est duplex dilectio. s. concupiscētiæ, & amicitiæ: quicunq; enim diligit aliquem, bonum ei optat. Ad illum ergo cui bonum optat habet amicitiā. respectu aūt eius qd optat habet cōcupiscentiam, & pręcipue cum sibiipsi optat. Dixerunt ergo quidam ꝙ dilectione cōcupiscētiæ angelus, si in puris naturalibus creatus fuit, supra se Deum dilexit, & super omnia, quia plus desyderauit frui Deo ꝙ̄ seipso vel quocūq; alio, non aūt dilectione amicitiæ Deum supra se dilexit: quia bonum non optauit plus Deo, ꝙ̄ sibi. Sed hoc non videtur conueniens: Nam angeli in puris naturalibus diligebant Deum dilectione amicitię, & hoc propter similitudinem bonitatis naturalis, quę est multo efficacior amicitiæ ratio iter angelos & Deum, ꝙ̄ iter duos homines sapientes. Si ergo amicitiam ad Deum non habebant, ęqualiter se, & Deum, vel Deum minus se diligentes, iam dilectio erat peruersa, & ita iam non erant in statu naturæ conditæ. sed magis in statu culpæ. Et ideo alii dicunt ꝙ etiam dilectione amicitiæ Deum sup omnia angeli diligebant tanꝙ̄ vniuersale bonum, & sui ipsorum, & omniū aliorum, sicut & multi gētiles bonum reipublicę sibiipsis prętulerunt, absq; gratia gratum faciente. Ad primum ergo dicendum

cendum, q diligere Deum super se, & super omnia non perfecte designat modū charitatis, sed oportet vt ista dilectio sit ex inclinatione gratiæ, & non solum ex inclinatione naturæ. Ad secundum dicendum, quod proportio illa tenet in duobus æqualiter bonis, sed quando ex vna parte est maior excessus bonitatis q̄ ex altera propinquitatis, est ecōtrario, & sic est in proposito. Ad tertium dicendum, q naturale dicitur dupliciter. Vno modo quod est consequens naturam de necessitate, & huiusmodi naturale per peccatum non tollitur. Alio modo dicitur naturale in quod ex puris naturalibus possumus, & huiusmodi naturalia peruertuntur per peccatum, & sic est in proposito.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, arti. 1. p. p.q. 62.ar.1 o.quo. 9.ar.8. o.

AD quartum sic proceditur, & videtur q angeli sint creati beati: Beatitudo enim in visione Dei cōsistit. Ioan. 17. Hęc est vita ęterna &c. sed Angeli in principio creationis viderunt Deum: viderūt enim res in verbo, vt Augus. dicit super Gen. ad literam, qd esse non potuit n Deum per essentiam nō viderunt. ergo angeli in pricipio suę creationis beati fuerunt. Pręterea. Cognoscere causam per effectum est intellectus discurrentis. hoc autem nō cōuenit angelis. ergo cum a principio suę creationis Deum cognouerunt, vt in litera magister dicit, videtur q non per effectum, sed per essentiam eum cognouerunt, & sic idem quod prius. Pręterea. Angeli in principio suæ creationis naturaliter beatitudinem desyderabāt. si ergo non statim Beatitudinem habuerūt, fuit eis pęna absq; culpa, vel pro dubitatione, si de futura beatitudine certi nō erāt, vel de dilatione, si certi erant: Spes enim quæ differtur affligit animam, sicut dicitur Prouer, 14. Hoc autem est inconueniens. ergo angeli beati creati fuerunt.

Sed contra. Simul angeli boni fuerunt beati, & mali miseri, quod designatur p hoc quod dicitur Gen. 1. q diuisit Deus lucem a tenebris. sed nullus angelus fuit malus, & miser in principio suę creationis, vt supra habitum est. ergo nec angeli boni fuerunt creati beati. Pręterea. Beatitudo per gratiā, & hoībus, & angelis datur, & sic, q̄tū ad eā, hoīes & angeli sūt pares, sed hoīes nō sunt creati beati, vt patet de primo homine in statu innocentię. g̃ angeli nō fuerunt creati beati. Respon. Dicendum q beatitudo perfectionem quādam operationis importat, secundum philosophum, qui dicit q fęlicitas est operatio secundum virtutē perfectam. Est autem duplex perfectio, vna secundum aliquod genus determinatum, alia vero simpliciter. Vnde & duplex est beatitudo, vna per quam habet aliquis perfectam operationem s̄m modum perfectionis suæ naturæ, & sic homo, & angelus beati creati sunt: quia s. in sui creationis principio habuerūt perfectam cognitionem de Deo, ad quā natura creata se extendere potest, natura autem a perfectis sumit exordium, vt per Boetium patet in de conso. In hac autem operatione qua Deus cognoscitur beatitudo rationalis consistit. Alia beatitudo est inquātum rationalis creatura habet perfectam operationem simpliciter, prout. s. cognoscit Deū p essentiam suam sicut est, & hanc beatitudinē angeli in suæ creationis principio non habuerunt. Ad primum ergo dicendū, q Deus tripliciter videtur. Vno modo per speciē alicuius rei, in qua est aliqua similitudo Dei, & ista cognitio competit secundum præsentem statum. Alio modo per aliquam similitudinē diuinæ virtutis menti intelligentis īpressam, & ista est angelis naturalis. Tertio modo absq; similitudine per essentiam, & ista est visio propria beatorum. Secūdo ergo modo,

& non tertio angeli anteq̃ essent beati viderunt verbum, & res in verbo, tertio vero modo postq̃ beati fuerunt. Ad secundum dicendũ, ꝙ ipsa similitudo Dei, quæ est in mente angeli naturaliter est sicut species qua itellectus angeli informatur ad Deum cognoscendum. Vnde per hoc non ostẽditur ibi esse aliquis discursus, sicut nec in oculo, cum considerat lapidem per speciem lapidis. Ratio autem procedit quãdo effectus sumitur vt medium ad demõstrandum causam. Ad tertium dicendum, ꝙ desyderiũ angelorum erat ordinatum, Vnde non appetebant habere beatitudinem, nisi determinato tempore, quod dilatum non fuit: Et iõ afflictio in eis esse nõ potuit.

Distin. Quinta.

Post hæc considera-tio &c.

Hic est duplex quęstio.

Primo de auersione malorum Angelorum.

Secundo de conuersione bonorum.

Quæstio prima.

Circa primum quæruntur duo.

Primo vtrũ angelus peccare potuerit.

Secundo vtrum Dei ęqualitatem appetierit.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p. p. q. 63. ar. 10. pri. secũdæ q. 89. ar. 4. 3. con. c. 108. 109. & 110.

AD primũ sic proceditur, & videtur ꝙ in angelo peccatum esse non potuit. Omne enim peccatum, secundum Amb. ex errore est. sed in angelis, cum sint intelligibiles substantiæ, error esse non potest: quia intellectus semper rectus est, vt dicitur in tertio de anima. ergo in angelo peccatum esse non potuit. Pręterea. Secundum Aug. in tertio de Trini. Sicut est ordo inter superiora corpora, & inferiora, ita inter superiores spiritus, & inferiores. sed in corporibus superioribus peccatum accidere non potest. ergo nec in superioribus spiritibus. Præterea. Alicui creaturæ hoc conferri potest, vt peccare non possit: Ad immensitatem enim diuinæ bonitatis pertinet ꝙ cõmunicatum sit creaturæ quicquid ei est cõicabile. sed inter cęteras creaturas angelus est excelsior s̃m naturã: Nã dicit Aug. 11. confe. ꝙ factus est prope Deum. ergo angelus peccare nõ potuit. Sed contra est quod dicitur Iob. 4. In Angelis suis repperit prauitatem. Præterea. Hieronymus dicit. Solus Deus est in quem peccatum non cadit nec cadere potest, cætera cum sint li. ar. in vtrãq; partem flecti possunt. ergo angelus peccare potuit. Respon. Dicendum, ꝙ in angelis ante confirmationem peccatum accidere potuit, & in quibusdam accidit, & hoc ideo, quia in voluntate peccatum accidit quando non recte ordinatur ad finem. Voluntas aũt, vt quædam natura est, necessariam inclinationem habet in id quod sibi naturale est, respectu vero aliorum nullam necessitatem habet. Ergo illa sola volũtas est omnino impeccabilis cuius natura est ipsa bonitas sũma, quę est regula voluntatis. Omnis autem voluntas alia potest præter hanc regulã agere, & ideo in ea potest peccatum accidere, si secundum suam naturam consideretur. Bonitas autem prima, quæ est vltimus finis, & regula omnis bonitatis, non est natura volũtatis angelicæ, Vnde in voluntate angelica potest esse obliquitas, & peccatum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ intellectus angeli, licet in eligẽdis non possit ligari passione, sicut in nobis accidit, potest tamen impediri a recto iudicio eligibilis per omissionem aliquorum, quæ consideranda sunt: non enim naturali cognitiõe omnia simul cognoscit. Aliquid autem secundum se cõsideratum est eligibile, qd consideratis aliis eligibile

De ma. q. 7. articu. 9. o. opu. 15. c. 19

eligibile non est, & sic circa iudicium eligibilium in angelo error esse potuit, quamuis nō circa absolutam cognitionē eorum ad quæ naturalis cognitio se extendit. Ad secundum dicēdum, quod in corporibus cœlestibus est solum natura, & non voluntas, Natura autem est determinata ad vnum. Vnde in eius actione peccatum non potest accidere, nisi per eius corruptionem, & impedimentum. Voluntas autem nō est determinata ad vnum: Et ideo per eam angelus peccare potuit. Ad tertium dicendum, quod non posse peccare non potest taliter creaturæ rationali cōmunicari vt ei per naturam insit, sicut non potest ei cōmunicari quod eius natura sit bonitas summa, communicatur autem aliquibus per gratiā, & sic quibusdam angelis cōmunicatum fuit.

Articulus secundus.

In alio scrip. vt hic, p.p.q. 63.ar. 3.o, De ma. q. 16.art. 3.o.

AD secundum sic proceditur, & videtur quod angelus diuinam æqualitatem non appetierit: Appetitus enim mouetur a bono apprehenso, vt dicitur in tertio de anima. Illud ergo quod nō potest apprehendi non potest appeti. sed non potest apprehendi per intellectum aliquam creaturam esse Deo æqualem. ergo angelus ęqualitatem Dei non appetiit. Preterea. Quicunque appetit alteri esse subiectus, non appetit ei esse æqualis. sed omnis creatura naturaliter appetit Deo esse subiecta: In hoc enim perfectio vniuscuiusque rei consistit, quod suo perfectiuo subiicitur, vt patet de materia, & forma. ergo creatus angelus dei ęqualitatem non appetiit. Præterea. Ansel. dicit in lib. de ca. diaboli, quod diabolus peccauit volendo aliquod cōmodū quod non habebat, nec velle tunc debuit, quod non ad augmentū illius beatitudinis esse poterat. sed esse æqualem Deo non poterat esse angelo ad augmētum beatitudinis. ergo nō peccauit hoc appetendo. Sed contra est quod dicitur Esa. 14. in figura diaboli. In cœlum ascendam &c. quod non potest intelligi de cęlo empyreo, quia ibi creatus est, & sic restat vt intelligatur de cęlo sanctæ Trinitatis. Præterea. Primum angeli peccatum dicitur fuisse superbia, secundum illud Ecclesiast. 11. Initium omnis peccati superbia. hęc autem est inordinatus appetitus proprię excellentię. nihil autē erat angelo excellentius nisi Deus, cuius excellentiam inordinate appetere posset. ergo Angelus peccauit Dei ęqualitatem appetendo. Respon. Dicendum quòd aliquis potest alterius ęqualitatem appetere dupliciter: Vno modo, vt sit ei ęqualis absolute quantum ad omnia, & sic angelus diuinam ęqualitatem appętere non potuit, sicut non potuit appetere se non esse: nihil enim potest esse Deo ęquale, nisi sit id quod Deus est: quia est bonitas & magnitudo per se existens cui nihil bonitatem vel magnitudinem participans ęquari potest. Si autem appeteret se esse hoc idem quod est alter, ex hoc ipso appetit se non esse, vnde nullus potest appetere esse hoc quod est alter, sed tantus, vel talis, vel taliter se habens. Alio modo pōt aliquis appetere se esse ęqualem alteri q̄tum ad aliquid, inquantum appetit id qd illi soli debetur, & sic angelus appetere potuit diuinam ęqualitatem, s̄m quòd appetiuit aliquam excellentiam quæ soli Deo competit. Duplex est autem excellentia, quæ soli Deo competit. Vna respectu sui ipsius, inquātum sui fruitione beatus est. Alia respectu creaturarum quibus preest. Vtrūque autem istorum angelus habere potuit, & habuisset si stetisset, ex munere diuinæ gratię, & sic huiusmodi sancti angeli appetiuerunt. Sed diabolus hoc habere appetiit ex virtute suæ naturæ, quod soli Deo debetur, vnde inquantum appe-

tiit hēre aliquid quod habiturus erat, illo tamen modo quo non erat habiturus. sed solus Deus habet per illum modum, dicitur Dei æqualitatem appetisse. Et per hoc patet solutio ad obiecta. Nam primæ rationes procedunt de æqualitate absoluta, aliæ de æqualitate secundum quid.

Questio secunda.

Deinde quæritur de

conuersione bonorum angelorum.
Et circa hoc quæruntur duo.
Primo vtrum conuerti potuerunt sine gratia.
Secundo vtrum sua conuersione gloriam meruerint.

Articulus primus.

In alio script. vt hic. p.p.q. 62.art. 2.o.

AD primum sic proceditur, & videtur quod non indiguerunt gratia ad sui conuersionem: Ad illud.n. in quod ex suis naturalibus angelus potest, gratia non indiget. sed ad hoc quod cōuerteretur ad Deum angelus poterat ex suis naturalibus: quia poterat Deum diligere super omnia ex naturalibus suis, vt supra dictum est. ergo ad conuersionem prædictam angelus non indiguit gratia. Præterea. Secundum August. gratia quæ præparat hominis voluntatē ad bene volendū, est gratia operans. sed angeli non indigebant gratia operante, vt in litera dicit magister. cum ergo cōuerti pertineat ad bene volēdum, videtur quod ad hanc conuersionem gratia nō indiguerunt. Præterea. Conuersio illa fuit quædam gratiæ præparatio. sed aliquis potest se ad gratiam præparare antequā gratiam habeat. ergo angelus ad cōuersionem prædictam gratia non indigebat. Sed contra est, quod in litera dicitur, quod conuerti ad Deum fuit ei charitate adhærere. sed charitas sine gratia esse non potest, vt patet Ro.v. Charitas Dei dif. est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. ergo cōuersio prædicta sine gratia esse non potuit. Præterea. Per conuersionem illā angeli in statum altiorem sunt promoti: quia in statum gloriæ. sed hoc sine gratia esse non potest. ergo ad conuersionem prædictam gratia requirebatur. Respon. Dicendum, quod motus lib.ar. in Deum est duplex. Quidam imperfectus, sicut est in homine gratia non habente, & est quasi actus ad virtutem, & ad hunc motū non requiritur gratia gratum faciens. Requiritur autem gratia gratis data secundū quosdam, quod quidem verum est, si nomine gratiæ gratis datæ intelligatur quodcunque diuinum auxilium, sine quo nihil boni possumus, non autem si intelligatur aliquod habituale donum, quia sic, esset abire in infinitum. Alius aūt motus lib.arb. in Deum est perfectus, & est similis actui qui est a virtute, & in hunc motum lib.arb. nullus potest absque gratia, quæ ei perfectionē præstat, talis aūt motus fuit conuersio bonorum angelorum in Deum, & ideo ad eam gratia requirebatur. Ad primum ergo dicendum, quod diligere Deum super omnia, prout ad hoc natura potest, est motus lib.arb. imperfecte, qualis non fuit conuersio de qua loquimur. Ad secundum dicēdū, quod gratia operans habet duos effectus, quorum vnus est remissio culpæ, & quātum ad hoc gratia operans angelis non fuit necessaria, alius effectus est iustitiæ gratuitæ adeptio, & quātum ad hoc in angelis necessaria fuit. Ad tertium dicendum, quod duplex est præparatio, vel dispositio ad gratiam siue ad quācūque formā. Vna imperfecta, quæ præcedit formam, alia perfecta, sicut quæ est necessaria ad formam, & hoc non est sine forma, & talis præparatio ad gratiam, fuit prædicta angelorum cōuersio, sicut motus cōtritiōis qui est in iustificatiōe impii.

Articulus

n alio script. t hic. .p .q. 2.art. p. o. quol.9 .4.ar. .o.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ angeli nõ meruerunt beatitudinem per conuersionem prædictam: Quod enim perfectum est nõ meretur: quia quod meretur est imperfectũ angelus autem in ipsa conuersione confirmatus fuit, & beatus, vt in litera dicitur, & per consequens perfectus. ergo p illam conuersionem non meruit suam beatitudinem. Præterea. Nullus meretur nisi viator. sed angelus in illa conuersione non fuit viator: fuisset enim simul viator, & comprehensor, qđ solius Christi est. ergo angelus per suam cõuersionem beatitudinem non meruit. Item videtur ꝙ nec per opus ministerii quod postmodum nobis exhibet eam mereantur: Effectus enim non præcedit causam temporaliter. sed meritũ ordinatur ad beatitudinem sicut causa ad effectum. ergo non potest esse ꝙ prius habeant beatitudinem & postea eam mereantur. Præterea. Secundum Dio. superiores ordines ad ministerium non mittuntur. ergo per ministerium beatitudinem nõ merentur. Sed contra videtur ꝙ sine merito non habeant: Præmium enim respondet merito. sed beatitudo habet rationem premii. ergo absq; merito haberi non potest ab aliqua creatura. Præterea. Bernar. dicit ꝙ peccatum angeli in hoc fuit, ꝙ sine merito beatitudinẽ habere voluit. non autem peccasset in hoc si sine merito heri posset. ergo beatitudo sine merito haberi non potest. Respon. Dicendum, ꝙ circa hoc ponuntur in litera duæ opiniones, quarũ vltima, quam magister approbat, rationalis non videtur, propter duo. Primo quia actus ministerii, quo angeli ministrant, ad perfectionem gloriæ ipsorum pertinet, cum per hoc maxime ad Dei similitudinem pertingant ꝙ Dei cooperatores efficiuntur, vt Dio. dicit. Vnde non potest esse ꝙ hoc sit meritũ ab beatitudinẽ, si non est idem meritum, & prẽmium. Secundo quia pari rõne posset dici, ꝙ gratia caderet sub merito, si per consequentia opera aliquid prẽhabitũ mereri possemus. vnde secũdũ illos qui dicunt angelos in gratia creatos non fuisse oporteret dicere ꝙ eam meruisset prẽhabitam per huiusmodi cõsequẽtia opera, quod absurdum est dicere. Præterea opinio illa prima sustineri põt & debet, ꝙ. s. per illam conuersionem suã beatitudinem meruerunt. Ad cuius euidentiam sciendum ꝙ meritum se habet ad præmium sicut motus ad terminum, & sicut fieri ad factum esse. In his autem quæ sunt subito, simul est fieri, & factum esse, sicut simul res creatur, & creata est, & hoc ideo quia in talibus fieri non potest attribui tempori prẽcedenti, sicut accidit in motibus successiuis. Sed attribuitur vltimo instanti, in quo res est in facto esse, ſm quod est terminus tẽporis præcedentis in quo non erat, vt sic dicatur ea rõne in illo instanti res fieri: quia tunc primo est. Et similiter potest dici, ꝙ in primo instanti conuersionis mens angeli fuit beata ratione fruitionis, q̃si in facto esse existens in eodem tamẽ instanti merebatur, prout erat quasi in fieri, secundum ꝙ cõuertebatur ad verbũ, non prẽexistente aliqua beatitudinis perfectione. Si tamen dicamus ꝙ angeli fuerũt in gratia creati, nulla difficultas accidit: quia tunc potest dici ꝙ per motum lib. arb. ante confirmationem beatitudinem meruerunt: ꝙ enim absq; merito eam habuerunt non videtur posse conuenienter dici, quia hoc solius Christi est, cui debetur absq; merito fruitio diuinitatis tanquã Filio naturali. Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet angelus prima conuersione esset perfectus, tamẽ quia erat in principio suæ perfectionis, & in termino imperfectionis, poterat fi-

bi, secundum hoc, ratio merendi aliquo modo competere. Ad secundum dicendum, ꝙ angelus merebatur vt viator: nõ quasi distans a termino, sed vt in termino viæ existens. Alia concedimus.

Distinct. Sexta.

Præterea sciri oportet &c.

Quæstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrũ lucifer fuerit suprẽmus angelus inter omnes angelos.

Secundo quando alii minores peccauerint.

Tertio vtrum post peccatum sit in eis aliquis ordo.

Quarto de loco qui eis competit post peccatum.

Articulus primus.

In alio script. vt hic. p.p.q. 63. art. 7. o. Eph. 2. Lect. 1. co. 2. Iob. 40 co. 6

AD primũ sic proceditur, & videtur ꝙ lucifer non fuerit suprẽmus angelorum. Quia ad eum, secundũ Grego. dicitur Ezech. 28. Tu cherub protegens & extentus. sed ordo Cherubim non est suprẽmus ordo. ergo nec ille angelus fuit suprẽmus, vel superior inter omnes. Præterea. Angeli inęquales sunt secundum ordinum distinctionem, quæ est per dona gratiarum. sed ante conuersionem quorũdam, & auersionem aliquorũ gratiam habebant, secũdum vnam opinionem. ergo nullus inter eos erat omniũ suprẽmus. Pręterea. Sicut est ordo in spiritualibus, ita, & in corporalibus. sed in corporalibus accidit corruptio propter lõge distare a primo, vt dicitur in secundo de generatione. ergo, & peccatum, quod est spiritualis corruptio, accidit in inferioribus angelis, & non in suprẽmo, q erat Deo propinquissimus. Sed contra est quod in litera dicit Gregorius, ꝙ in angelorum comparatione cęteris clarior fuerit. Pręterea. Primum peccatũ angeli fuit superbia. sed quanto erat altior, tanto maiorem occasionem superbiæ habebat. ergo videtur, ꝙ primus inter peccantes fuerit inter omnes altissimus. Respon. Dicendum ꝙ circa hoc est multiplex positio: Orig. nãq; posuit omnes angelos ab initio ęquales fuisse creatos, & ꝙ merito voluntatis quidam in superiorem ordinem, quidam in inferiorem sunt distincti, & secundum hoc non posset dici, ꝙ primus inter peccantes fuit aliis maior: quia ante distinctionem bonorum a malis, non fuerunt complete ordines distincti. Dam. vero dicit ꝙ primus inter peccantes pręerat terrestri ordini, secundũ quòd videtur aliis inferior fuisse. Augu. vero. 11. super Gen. reliquit sub dubio vtrum fuerit de superioribus vel inferioribus. Grego. vero expresse determinat eum cæteris superiorem fuisse, cui etiam authoritates scripturæ canonicæ consonare videntur. Vnde eius sententia cõmuniter ab omnibus tenetur, & rationabiliter: Non. n. in tantam pręsumptionem efferri potuisset, vt Dei ęqualitatem appeteret, si etiam aliquibus creaturis spiritualibus minor esset. Ad primum ergo dicendum, ꝙ etiam superiores quandoq; censentur nominibus inferiorum ordinum, secundum Dio. & sic lucifer, quãuis ad ordinẽ Seraphim spectaret, recte tamen cherub dicitur, quod plenitudo scientię interpretatur, ad designandum ꝙ per elationem cecidit, q scientia inflat, vt dicitur primæ Cor. 7. Ad secundum dicendum, ꝙ angeli non solum sunt inęquales ſm dona gratiarum, sed etiam secundum gradus naturæ: sic enim abinuicem distinguuntur, vt supra prædictũ est. Vnde opinio Orig. stare non potest. Ordo autem in angelis distinguitur, complectiue quidem quantum ad dona gratuita facientia, materialiter

De ma. q. 16. ar. 1. ad 21. ar. 3. ad 18 ar. 10. c. fi. De spu. ar. 6. ad 18 quol. 5 arti. 7. ad pri.

licet vero quantum ad dona naturalia, & sic quodāmodo erāt ordines in angelis ante distinctionem bonorum a malis, licet non perfecte. Ad tertium dicendum, q corruptio in corporalibus accidit ex defectu naturę, sed i spūalibus ex defectu voluntatis, qui quādoq; occasionem sumit ex perfectione naturæ, inq̄tū potest esse superbiēdi materia: Et ideo nō est silē. Articulus secundus.

in alio script. et hic, 2. p. q. 63. ar. 8. (...)

AD secundum sic proceditur, & videtur q alii angeli non sumpserint occasionem peccandi ex peccato primi angeli: Sicut enim primus angelus per superbiam peccauit, ita etiam, & alii, quia ipsa est radix omnium peccatorum spiritualium, quæ sola esse in angelis possunt. sed superbia nō est vt alicui inferiori velit subdi potius q̄ superiori sed econuerso: magis enim ad excellentiam pertinet, & libertatē, subdi soli regi, q̄ regi, & comiti. g̃ alii angeli, q superbiendo Deum subterfugiebāt, in peccatum primi angeli non consenserunt, q cęteris pręesse volebat. Præterea. Quā cito primus angelus peccauit de cęlo eiectus est. sed post suam deiectionē non potuit esse aliis occasio peccandi. ergo peccatum primi angeli nō fuit occasio peccati aliorum. Præterea. Secundum Grego. Ideo homo per aliū reparari potuit, quia per alium cecidit. si ergo ruinæ inferiorum angelorū peccatum primi angeli fuisset causa, videtur q casus inferiorum angelorum esset reparabilis, quod est cōtra fidem catholicam. Sed contra est quod dr̄ Apoc. 12. q draco de cęlo cadens traxit tertiā partem stellarum secum, & ita casus primi angeli videtur fuisse occasio casus aliorum. Præterea. Multitudo nō videtur posse cōcordare in aliquo vno, nisi aliqua sit concordantiæ causa. sed multi angeli in peccatum concordauerunt, sicut, & in pęna sociati sunt. ergo aliqua fuit cā huius cōcordiæ, & p̄c pue vr̄ q persuasio primi angeli peccantis. Rn̄. Dicendū q nullus p̄esse pōt nisi subditos hēat. Quia g̃ primus angelus peccādo excellētiam prælationis appetiit, cōsequitur ēt vt alios suæ prælationi subiicere nisus fuerit. Sic ergo peccatum eius aliqualiter fuit aliis occasio peccādi, inquantum ipse alios excellentiā appetens prouocauit, vt suæ excellentiæ cōsentientes etiam ipsi in hoc aliquam excellentiam consequerentur, sicut in exaltatione vnius omnes eius fautorēs exaltantur, & sic peccatum primi angeli ad peccatum aliorū comparatur aliquo modo vt causa, & non solum sicut excedens in grauitate culpæ, vt quidam dicunt. Non tamen hoc intelligendū est sic q prius tēporaliter primus angelus peccauerit, & postea alios ad cōsentiēdū sibi incitauerit, sed sil' totū est factū. s. q primus angelus peccauit, & aliis psuasit, & alii ei cōsenserunt. Qd quidē in nobis accidere nō pōt: qa suggerimus aliis nr̄i cordis propositum per loquutiones, & nutus, qui corporeis motibus explētur: Et ideo tempore indigent. Angeli autē sibiinuicem loquuntur vt sua desideria designent spiritualibus signis, quæ subito fiunt: Et ideo simul fuit peccatum angeli, persuasio, & consensus, sicut simul est accensio candelæ, illuminatio aeris, & visio, quia omnia sunt instantanea. Ad primū ergo dicendum, q excellentiam quam sibi inferiores angeli indebite appetebant non credebant se suis viribus posse acquirere nisi per auxilium primi angeli peccantis: Et ideo prio angelo consenserunt, non quasi volentes subesse, sed quasi volentes eius auxilio ad altiora q̄ eis competerent promoueri. Ad secundum dicendum, q rō illa procederet, si non simul omnia illa fuissent, vt dictum est. Ad tertium dicēdū, q homo cecidit per diabolum temptan

tem, sed angeli non per temptantē, sed per occasionem præbentem. Vel potest dici, ꝙ illa ratio non est sufficiens, sed est quædam congruentia.

Articulus tertius.

In alio scripc, vt hic, arti. 4. p. p. q. 109, ar. 1. o.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ in demonibus non sit ordo: Dicitur enim Iob. 10. ꝙ i terra miseriæ & tenebrarum nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. illius autem terræ ciues sunt dęmones. ergo in eis nō est aliquis ordo. Præterea. Qd ordinate fit, bene fit. sed angeli mali nihil bene faciunt, vt infra dicetur. ergo angeli mali nō faciunt aliquid ordinate, & ita nō est in eis aliquis plationis ordo. Pręterea. Inter hoies dānatos non ponitur aliquis ordo. sed vna est dānatio hominum, & angelorum, ergo nec in angelis damnatis est aliquis ordo. Sed contra est quod dicitur Iob. 41. Ipse est rex sup omnes filios superbię. Præterea. Mat. 25. dicitur. Ite maledicti in ignē ęternum qui paratus est diabolo, & angelis eius, quod non diceretur nisi vnus diabolus aliquā prælationē inter alios haberet. Respond. Dicendum ꝙ in dęmonibus inuenitur aliquid dupliciter. Vno modo ex propria voluntate, & sic nihil pulchrum, nihil ordinatū in eis existit. Alio modo ex natura, & ex Dei ordinatione, & sic in eis est pulchritudo, & ordo: secūdum nanq; naturæ cōditionem quidam aliis superiores existunt, & sic super alios habent potentiā. Deus etiā, qui sūme bonus est, eos in malitiam cadere non permisisset, nisi eorū malitiam in bonū ordinare posset: Et iō vt decentius ex eorum malitia cōsequatur illud bonum ad quod Deus eorum malitiam ordinauit, statuit in eis prælationis ordinem, qui tamen, q̄uis relatus ad Dei ordinationem sit rectus, relatus tamen ad eorum voluntates est peruersus, & quantum ad finē, quia totum suæ prælationis ordinem in nocumentū hominis conuertunt, & quantum ad ordinis vsum, prout superiores per supbiam sibi dominium vsurpantes, & inferiores coacti, & renitentes obsequuntur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ in inferno dicitur ordo non esse, tum quia voluntas dānatorum non ordinat aliquid in bonum, tum quia res pęnales, quæ ibi sunt, naturalem ordinem nō vsquequaq; seruant, quia, & ignis ardet, & non cōsumit, & non lucet, & alia huiusmodi sunt ibi contra consuetum cursum naturæ. Est tamen ibi ordo diuinæ iustitiæ vindicantis in malos per malorum ministerium. Ad secundum dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de vsu ordinis, qui in dęmonibus malus est, ipse autem ordo a Deo est, & bonus est. Ad tertiū dicendum, ꝙ homines damnati oēs sunt pares, quantū ad naturā speciei, nec iterum deputantur ad exercitium vel punitionem aliorum, vt dęmones: Et ideo non est simile.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ aer caliginosus nō sit cōueniens locus dęmonibus post casum: Dęmones enim peccauerunt grauius, q̄ animæ damnatorum. sed aię dānatorum statim post mortem detruduntur in infernum. ergo multomagis dęmones statim post casum in infernū detruduntur, & non sunt in isto caliginoso aere, cum secundum Dam. hoc sit angelis casus quod hominibus mors. Pręterea. Angeli, cum sint dānati pęna ignis puniuntur, quod esse non posset, nisi i iferno essent, vbi est ille ignis pęnalis. ergo dęmones sunt in inferno, & sic idem quod prius. Præterea. Si in hoc aere caliginoso dęmones detinētur, hoc non videtur esse nisi propter exercitiū, quo sanctos temptando exercitant. sed postq̄ sunt victi vlterius temptare non possunt

possunt. vt in litera dicitur. ergo tunc ad minus deberent in infernū detrudi. Prӕterea. Demones in inferno puniūt animas dānatorū. ergo non sunt in isto caliginoso aere, sed in inferno. Sed cōtra est quod dicitur Ephesi.v. secundum principem potestatis aeris huius, qui spiritus nunc operatur in filios diffidentiӕ, quod de diabolo intelligitur. non autē diceretur huius aeris princeps nisi aer esset demonibus pro loco deputatus. ergo &c. Prӕterea. 2. Pe. 2. super illud, Rudentibus inferni detractos, dicit glos. Hunc inferiorem aerem demones quasi carcerem acceperunt. Respon. Dicēdum ꝙ sicut dictum est, in demonibus duo sunt. Vnum ex parte ipsorum. s. eorum malitia, aliud ex parte Dei. s. ordo quo ordinantur ad aliquod bonum. s. ad exercitium hominum, quibus impugnantes, coronas fabricant. Quantū ergo ad primum debetur eis pro loco infernus, qui est locus penalis: Culpa enim non cōuenienter ordinatur nisi per pӕnam. Sed quantum ad secundum debetur eis pro loco iste aer caliginosus, qui eorum officio cōpetit, vt possint ad homines temptandos accedere, non tamē nimis eos infestare, quod esset si hic in terra habitationem cum hominibus accepissent. Sed post diem iudicii prӕdictū exercitium necessarium nō erit: Et ideo tunc demones in infernum irreuocabiliter detrudentur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ quidam grӕcorum ponunt de animabus damnatorum, ꝙ nō statim post mortem ad infernum descendunt, sed in die iudicii, quod contrariatur ei expresse quod dicitur Luc. 16. Mortuus est diues, & sepultus est in iferno. Et ideo dicendum est ꝙ non est simile de dӕmonibus & animabus: Nam dӕmonibus ex conditione suӕ naturӕ competit, vt supra homines sint, & vt eis aliquo modo prosint. Vnde ne hic ordo totaliter periret, prouisum est a diuiua sapientia, vt saltem occasionaliter eis prodessent ꝑ temptationis exercitium. Hoc autem de animabus dici non potest: Et ideo non est simile. Ad secundum dicendum, ꝙ quidam dicunt pӕnam sensibilem dӕmonum vsq; ad diem iudicii dilatam esse, quod non videtur esse verū, cum ipsi non minus peccauerint q̄ animӕ, quӕ statim post mortem pӕnam sensus incurrunt. Vnde dicendum est scdm alios, ꝙ semper igne inferni puniuntur, etiam quando in inferno nō sunt, quia, vt dicit glo. Esa. 3. super illud, Inflāmata a gehēna, dӕmones secum ferunt tormēta suarum flammarum vbicūq; sunt, quod non est intelligēdum quasi ipsum ignem corporeum ferant, sed solummodo incendium, quod ex igne sentiunt, in quantum agit in eos vt instrumētum diuinӕ iustitiӕ. Ad tertium dicendum, ꝙ circa cessationem dӕmonum superatorum a temptatiōe est triplex opinio: Quidam enim dicunt ꝙ dӕmon victus nō potest nec ipsum a quo vincitur nec alium temptare, nec de eodem vitio nec de alio. Alii dicunt ꝙ potest temptare de alio peccato non autem de eodē, nec vincentem, nec alios. Tertii dicunt ꝙ non potest temptare de eodem vitio victorem, potest tamen de eodem alios, & de alio eundem, & hoc est magis probabile: quia perfecta victoria hominis non est nisi quando totaliter inclinatio ad vitium, de quo temptatus est, recedit. Secūdum ergo primam opinionem intelligendum est ꝙ nō semper ab officio temptationis excluditur dӕmon, qui semel est victus, sed ad aliud tempus determinatur. Secundum alios vero nec ad tempus nec ab omni temptatione repellitur, sed ab aliqua, vnde non est necessarium ꝙ omnino ab hoc caliginoso aere excludatur. Ad quartum dicēdū. Quod sicut dӕmones sunt intētores vi

De ala ar. 11. ad sextūdec.

I. Iac.

In alio script. vt hic. ar. 5. o. p. p. q. 114. ar. 5. o.

tiorum, ita sunt exequutores pęnarum. Et ideo aliqui eorum sunt in hoc aere ad exercitium temptationis, & aliqui in inferno, ad punitionem malorum, quibus tamen vicissitudinibus hoc agatur, nobis ignotum est.

Distin. Septima.

Supra dictum est ꝙ

Angeli &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo de confirmatione bonorum angelorum.
Secundo de obstinatione dęmonum.
Tertio de eorum cognitione.
Quarto de eorum potestate.

Articulus primus.

In alio script. vt hic. p. p. q. 62. ar. 8. o. Iob, 4. co. 5.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ lib. ar. angeli non possit confirmari in bono. Necessitas enim libertati opponitur. sed confirmatio in bono quandam necessitatem importat. ergo lib. arb. angelorũ competere non potest. Præterea. Secundum Dam. lib. ar. creaturæ ex hoc est in malum flexibile, ꝙ est ex nihilo. sed nulla gratia aufert lib. arb. angeli esse ex nihilo. ergo per nullam gratiam. lib. ar. angeli in bono confirmari potest. Præterea. Illud quod est proprium Dei nõ potest alicui creaturę cõmunicari. sed non posse peccare proprium Dei est. Vnde Hierony. dicit, Solus Deus est in quẽ peccatũ cadere non potest. ergo non potest conferri angelo: ꝙ sit confirmatus in bono. Sed contra. De ratione beatitudinis est securitas: timor enim pęnã habet, vt dicitur. 1. Io. 4. Sed securitas boni non esset in angelis, nisi in bono confirmati essent. ergo non essent beati. Necesse est ergo angelos bonos in bono confirmatos esse. Præterea. Sicut lib. arb. est corruptibile per peccatum, ita corpus humanum per mortem. Sed corpus humanum per gloriam fit imortale, vt habetur. 1. Cor. 15. ergo. & lib. ar. bonorũ per gloriam confirmatur in bono. Respon. Dicendũ ꝙ lib. arb. angeli in bono confirmatum est. quæ quidem confirmatio ex hoc potest intelligi, ꝙ omnis voluntas naturaliter est ordinata ad bonum, vnde nihil potest velle nisi sub ratione boni. Quãuis autem ex natura determinetur ad bonum in cõmuni, nõ tamen ad bonum in speciali: Et ideo contingit peccatum ex hoc ꝙ illud qd non est vere bonum accipitur tanꝗ bonum. Voluntas autem bonorum est determinata ad bonum, non solum in generali, sed in speciali, inquantum beati habent plenam cognitionem, & continuam cõsideratioñe veri & summi boni: Et ideo sicut nunc nos non possumus non velle beatitudinem vel bonum in generali, ita nec beati possunt aliquod malum velle. Ad primum ergo dicendum, ꝙ necessitas coactionis libertati volũtatis opponitur, nõ autem necessitas naturalis inclinationis, secũdum quã necessario volumus esse beati, & huic est similis illa necessitas, quæ est ex habitu gloriæ confirmato: inclinat enim in modum naturæ. Ad secundũ dicendũ, ꝙ de natura li. ar. creati est ꝙ sit flexibile in malum, si sibi dimittatur, & tamen diuina gratia regi potest, vt in malum flecti non possit: sicut de natura aeris est, vt sibi relictus sit tenebrosus, & tamen per solem potest illuminari. Ad tertium dicendum, ꝙ esse per naturam impeccabilẽ in Deo est proprium: hoc tamen per gratiã homini, vel angelo conuenire potest, inꝗ̃tum Deo vnitur.

l. bea torum

Articulus secundus.

In al. scrip. vt h. p. p. q.

AD secũdum sic proceditur, & videtur ꝙ dęmones in malo obstinati nõ sunt: Nihil enim quod est cõtra naturam potest ẽsse perpetuũ, vt patet per

64. ar. 2.0. De ver. q. 24. ar. 10. De ma. q. 16. ar. 5. o.

per philosophum. 1. de cælo & mundo. sed malum est contra naturam rationalis creaturæ, vt patet per Dam. in tertio lib. 8. cap. ergo nõ potest in demonibus esse perpetuatio, & sic non sunt ita obstinati in malo, quin ad bonum redire possunt. Præterea. Dio. dicit. 4. ca. de diui. no. ꝙ demones bonum & optimum appetunt. s. esse viuere, & intelligere. ergo non sunt obstinati in malo. Præterea. Nullus credit nisi volens, vt dicit gl. Ro. 9. super illud, Corde creditur ad iustitiam. sed demones credunt. vt dicitur Iaco. 2. ergo demones, ad minus quantum ad hoc bonum, voluntatẽ habent. Sed contra est quod August. dicit in lib. de fi. ad Pet. Demones mala voluntate carere nõ possunt, nec pena. Præterea. Sicut se habet virtus ad beatitudinem, ita peccata ad miseriã, vt potest accipi a philosopho in primo ethicorum. sed beati sunt confirmati in virtute. ergo & angeli damnati, sunt confirmati in malitia. Respon. Dicendum ꝙ in demonibus est natura bona, & voluntas mala. Actus ergo naturæ in eis bonus est, sed actus voluntatis in eis semper est malus, qui non est naturalis, sed eorum electioni subiectus. Cuius ratio est: quia quãdiu voluntas adhæret malo fini, non potest aliquis actus bonus a voluntate procedere. Voluntas autem demonis semel peccando malo fini inseparabiliter adhæsit, tum ratione suæ simplicitatis, quia non est in eo tanta diuersitas potentiarum sicut in nobis, vt per motum vnius potentiæ sit alia via ad reparationem alterius, sicut homo, p hoc ꝙ non vult despici secundum irascibilem, inclinatur ad dimittẽdum luxuriã, in qua concupiscibilis deformatur: tum ex perspicacitate intellectus, qui in eis apprehendit omnia immobiliter, sicut nos apprehendimus principia. Vnde non sunt transuadibiles a malitia sicut

pri. pæ q. 89. ar. 4. o. De ver. q. 24. ar. 11. c. De ma. q. 7. ar. 9. ad ter.

nos, tum quia propter diuinam iustitiã quæ decreuit in eis gratiam non esse adipiscendam propter culpę grauitatem, p quã possint a malitia sanari: Et ideo demones sunt in malo obstinati. Ad primum dicendũ ꝙ naturale debet dici dupliciter. Vno modo quod de necessitate causatur ex naturę principiis nisi sit aliquod impedimentum, sicut naturale est lapidi deorsum ferri. Alio modo dicitur naturale id ad quod aliquid naturaliter ordinatur, sicut agere secundum rationem est naturale homini. Innaturale ergo quod primo naturali opponitur non potest esse perpetuum, nisi forte impedimentum naturæ sit perpetuũ. Innaturale vero quod secundo naturali opponitur nihil prohibet esse perpetuum, vt hominem ppetuo ignorantem esse, licet ad scientiam naturaliter ordinetur, sic autem malitia innaturalis dicitur, & nõ primo modo. Ad secundum dicendum, ꝙ illud appetere, de quo Dio. loquitur, nõ est ex electione voluntatis, sed inclinatione naturæ, quinimmo per voluntariam electionem naturale desiderium deprauatur, prout determinatur ad illicita. Ad tertium dicendum ꝙ credere quod est in demonibus, est cum quadam coactione, inquantum ex visibilibus signis quæ cognoscunt coguntur maiestatem Dei recognoscere. Vnde licet ipsum credere in se bonum sit, non tamen ab eis bene fit.

Articulus tertius.

In alio script: vt hic, q. 2. ar. 1. p. p. q. 64. ar. 1. o. De ma. q. 16. ar. 6. o.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ demones acumine scientię non vigeant. Sicut enim voluntas præfertur bono, ita intellectus vero. Sed voluntas demonum totaliter est cõuersa a bono, vt dictũ est. ergo intellectus a vero. Pręterea. Demones sua scientia abutuntur, si quam hñt. sed talibus doctrinã adhibere malũ est.

ergo demones non habent rerum noti-tiam per reuelationem bonorum spiri-tuum. Preterea. Experientia sumit initium a memoria, memoria vero a sen-su, vt patet per Philosophum in princi-pio Metaphisicæ, & in fine posteriorũ, sed demones non habent sensum. ergo nec experientiam. non ergo vigent acu mine scientiæ, vt in litera dicitur. Præ terea. Intellectiua cognitio, cum abstra hat ab hic & nũc, æqualiter se habet ad præsentia & futura. Si ergo acumine scientiæ vigent, videtur ꝙ futura cogno scant, & sic non videtur esse peccatum in consultationibus demonum de futu-ris. hoc autem est falsum. ergo & primũ .s. ꝙ acumine scientiæ vigeant. Sed cõ-tra. Diony. dicit quarto de di. no. Da-ta demonibus angelica dona nequaquã esse mutata dicimus. sed manent integra & splendidissima. perspicacitas autẽ in-telligentiæ est vnum angelicorũ dono-rum. ergo adhuc in eis manet. Præte-rea. Peccatum magis corrumpit volũ tatem q̃ intellectum. sed post peccatum adhuc manet in demonibus naturalis inclinatio ad bonum, quantum ad affe-ctum. ergo & semper manet in eis natu-ralis cognitio, quãtum ad intellectum. Respond. Dicendum ꝙ culpa naturã non aufert. Ex ipsa autem natura ange-lica demonibus acumen scientiæ conue nit. Vnde adhuc post culpam manet in eis. Ex sua autem natura habent acumẽ scientię respectu quorũdam immediate, quãtum ad ea .s. quę naturali cognitio-ni angelorũ subiacent, sicut sunt vniuer sales causæ vniuersi, & ad hoc dicuntur esse acuti per subtilitatem naturæ. Re-spectu aũt aliorum habent acumen sciẽ tiæ ex sua natura mediate, & hoc dupli-citer. Vno modo ex parte cognoscẽtis naturæ, quæ quãto propinquior est na turæ bonorum spirituum, tãto facilius ab eis addiscere possunt, & sic dicuntur

p.p.q. 109.ar 4.ad p. scda Pę q. 172. arti. 6. ad pri. 3. con.

esse acuti per reuelationem bonorũ spi rituum, respectu eorum quæ naturalem cognitionem excedunt. Alio modo ex parte actualis cognitionis, inquãtum .s. ex eis quæ naturaliter cognoscunt, aliq̃ coniecturam accipiunt eorum quæ nõ plene naturali ipsorum cognitioni sub sunt, sicut sunt futura contingentia, & ad hoc dicuntur esse acuti per experien tiam. Ad primum ergo dicendum, ꝙ actuum volũtatis nos domini sumus, nõ autem cognitionis intellectiuæ. Vñ ma-gis ad naturam pertinet vera cognitio q̃ recta affectio. In demonibus autẽ bo-nitas naturæ manet, nõ autem q̃tum est ex parte eorum. Ad secundum dicen dum, ꝙ ipsum malum vsum scientiæ de monum Deus ordinat in bonum electo rum, & propter hoc nõ est inconueniẽs si per sanctos angelos eis reueletur, non quidem per modum illuminationis, sed per modum loquutionis. Ad tertium dicendum, ꝙ q̃uis cognitio demonũ nõ sit sensitiua, habet tamen aliquid simile cum sensitiua cognitione, hoc .s. ꝙ sicut sensus non cognoscit per speciem quã habet, nisi rẽ quę iam est, ita & demon, & secũdum ꝙ noua fuerint in rerum na-tura per species inatas noua cognoscit, & sic experitur, qui effectus ex q̃bus cau-sis magis procedere possunt. Ad quar tum dicendum, ꝙ licet cognitio angeli-ca, quãtum est de se, ęqualiter se habeat ad omne tempus, non tamẽ ea quę sunt futura se habent eodẽ modo ad species per quas demon cognoscit, sicut quæ sunt præsentia, quia nõdum eis similan tur. Vnde futura non nisi in suis causis ab eis cognosci possunt. Sic autem co-gnosci perfecte non possunt nisi effectus qui ex necessitate ex causis suis proue-niunt. Effectus autem contingentes in suis causis cognosci nõ possunt per cer-titudinem, sed per coniecturam. eo ꝙ causæ non sunt determinatæ ad vnum.

c. 154. co 5. De ma. q. 16. ar. 7. ad sec. & ad dec. De ala ar. 15. ad pri.

De ver q. 8. a. 15. a sept.

p. p. q. 57. a 3. c. q 86. a ti. 4. ad sec.

Ad

Ad huiusmodi tamen effectus cōmunicandos iuuantur demones longæuitate temporis & reuelatione superiorum spirituum, vt dictum est. Nec tamen sequitur si aliqua futura cognoscūt, ꝙ liceat eos de futuris consultare: Sic enim pactum quodāmodo cum demone intelligitur. Vnde est quædam species idololatrie, vt patet per glo. i. Cor. 16. super illud. Nolo vos fieri socios demoniorum.

In alio script. vt hic, q. 3. ar. 2. o. scda ſc q. 90. ar. 2. o.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ virtute demonum miracula fieri non possint. Antichristus virtute demonum præcipue operabitur. sed de eo dicitur. 2. Thessa. 5. ꝙ veniet in signis mendacibus. ergo per demones miracula fieri non possunt. Præterea. Demones non operātur nisi per modum artis. sed ars formam substātialem non potest introducere. ergo nō possunt demones vera miracula facere, vt rerum species mutent. Præterea. Virtus demonis, cum sit spiritualis, cęlestibus corporibus non subiacet. sed magi in huiusmodi miraculis quæ faciunt determinatas constellationes obseruāt. ergo eorum operationes non fiunt virtute demonum. Sed cōtra est qd Iob primo dicit gl. ꝙ demones possunt aerem cōmouere in alias tempestates. Pręterea. Exodi. 7. dicitur, ꝙ magi Pharaonis virgas in serpentes verterunt, qui cū virtute demonum operabātur. ergo virtute demonum miracula fieri possunt. Respond. Dicendum ꝙ aliquod opus dicitur miraculosum dupliciter. Vno modo q̄tum ad substantiam facti, excedens facultatem naturæ, sicut suscitatio mortui, partus virginis, & similia, & huiusmodi miracula, ſm rei veritatem, demones facere nō possunt, sed solum ſm apparentiam. Alio modo quātū ad modum faciendi tantum, & non quantū ab substantiam facti, sicut sanatio febricitātis, quā natura facere potest, sed non in instanti, & huiusmodi miracula possunt demones facere, & secundum veritatē & secundum apparentiam. Secundum veritatem quidem, non per modum imperii, sicut Deus facit, cuius volūtati natura obedit tanquā suo authori, sed mediantibus causis naturalibus actiuis & passiuis, quas August. vocat seminales rōnes, quas quidem causas adinuenire & colligere per acumen scientiæ, & celeritate naturæ possunt, ita vt eorum operationes miraculosæ reddantur, sicut colligēdo res quæ erant in proxima dispositione ad generationem serpentum, ex virgis serpentes fecerunt. Secundum apparentiam vero, inquantum īprimere possunt in phantasiam eā cōmouēdo, & facere vt species quæ ibi sunt ad organa sensuum refluant, & sic videatur aliquid propriam speciem amisisse, quam tamē adhuc habet, sicut August. narrat in lib. de ciui. Dei, ꝙ quidam arte demonū videbantur in bruta animalia conuerti.

In alio script. vt hic, q. 3. arti. 1. p. p. q. 110. ar. 4. o. 3. con. c. 102. & 103. De po. q. 6. ar. 3. & 5. o De ma. q. 16. ar. 9. o

scda ſc q. 178. ar. 1. ad 2.

Ad primum ergo dicēdum, ꝙ signa quæ Antichristus faciet possunt dici mendacia tripliciter. Vno modo quia fient intentione fallendi. Alio modo, quia deficient a ratione signi. Nāq; signum, siue miraculum est quod excedit facultatem naturæ, quod in signis Antichristi non erit. Tertio quia quandoq; deficiet veritas rei in eius signis, licet nō semper, sed quandoq; operabitur secundum apparentiam tantum. Ad secundum dicēdum, ꝙ ars non operatur nisi mediante operatione naturę. Vnde quando potest per proprias causas alicuius naturalis effectus apponere ad materiam, facit secundum rei veritatem effectum, sicut patet cum ligna igniūtur, vel cum infirmi sanantur per artem, alias nō. In hoc autem demones sunt potentiores q̄ homines. Vnde multi veri effectus possunt fieri arte demonum qui nō possunt fieri

P. p. q. 114. ar. 4. ad 2.

p. p. q. 114. ar ti. 4. c. scda ſc q. 178. ar. 2. c. 1. Thes. 2. le. 2. co 3.

per artem hominum, sicut etiam apud nos peritus medicus sanat quod imperitus sanare non potest. Ad tertium dicendum, quod quãuis demonis virtus stellis non subdatur, virtutes tamen rerum naturalium, quibus in sua operatione vtũtur, stellis quodammodo subduntur: Et ideo certis horis inuocati veniunt, quãdo sciũt corpora cęlestia iuuare ad hoc quod intendunt.

p. p. q. 115. ar. 5. ad tec.

Distin. Octaua.

Solet autem in quæstione versari &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrũ angeli sint naturaliter corporibus vniti.

Secundo vtrum quandoque corpora assumant.

Tertio quas operationes in corporibus assumptis habere possunt.

Quarto qualiter possunt in nos imprimere.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p. p. q. 51. ar. 1.o, De po: q. 6. ar. 6.o. De ma. q. 16. ar: 1.o. Despũ: ar. 5.

AD primum sic proceditur, & videtur quod angeli, & demones habeant corpora naturaliter sibi vnita: Dicit enim Gregorius in Omel. Epiph. quod Iudæis annunciauit Christi incarnationem rationale animal. i. angelus. sed animal naturaliter compositum est ex anima & corpore. ergo & angelus. Prætere a. Formę incorporali magis cõgruit corpus icorporale quam corporale. sed aliqua forma incorporalis. s. anima rationalis, naturaliter vnitur corpori. s. corporali. ergo multo amplius forma icorporalis vnitur corpori naturaliter icorporali, hoc autem non potest intelligi nisi angelus, qui est substantia incorporalis. videtur igitur quod angelus corpus habeat sibi naturaliter vnitum. ergo angeli naturaliter sunt corporei. Præterea. Angelo non minus est prouisum in necessariis quam homini. sed angelus in aliquibus operibus suis indiget corpore sicut & homo, alias corpora non assumerent. ergo angelus naturaliter habet corpus vnitum sicut & anima humana. Sed contra est quod dicit Diony. quarto ca. de diui. no. quod angeli icorporales, & immateriales intelligũtur. Pręterea. Inter creaturas inuenitur aliqua creatura pure corporea, inuenitur etiam alia ex spirituali & corporali composita. ergo ad completionẽ vniuersi erit aliqua creatura pure spiritualis, & hoc erit angelus. ergo &c. Respon. Dicendum quod circa corporeitatem angelorum quatuor fuerunt positiones: Quidam nanque dixerunt angelos aliquos habere corpora cęlestia naturaliter sibi vnita, animas orbium inter angelos computantes, vt tangit Auicen. in sua metaphysica, & August. in enchiridion, quis non diffiniat. Secũda positio est rabi Moy. qui posuit angelos esse quaslibet virtutes naturales quas constat corpori vnitas esse. Tertia positio fuit platonicorũ, qui posuerunt angelos, quos calodemones, & cacodemones appellabant, corpora aerea habere sibi naturaliter vnita, quod etiam Augu. in pluribus locis sentire videtur. Quarta est Diony. quod omnes angeli sunt incorporei, & hæc sententia, vtpote rationabilior, cõmuniter ab ecclesia tenetur, eo quod corpora cęlestia non constat esse animata. Virtutes etiam rerum corporearum non sunt intellectiuæ. Aer ẽt & huiusmodi corpora simplicia nõ sunt viuificabilia, vtpote ab æqualitate complexionis elongata, & maxime materialia. Vnde quidam dicunt August. huiusmodi verba dixisse, non quasi sententiando, sed opinionibus platonicorum vtendo, præcipue cum hoc nõ esset directe contra authoritatem canonicæ scripturæ. Ad primum ergo dicendũ, quod angelus

gelus dicitur animal, non pp proprietatem naturæ. sed propter similitudinē vitę & cognitionis, quasi metaphorice. Ad secundum dicendū, ꝙ substātia intellectualis vnitur corpori naturaliter, ad hoc vt p corpus aliquā perfectionē acquirat, pręcipue in cognoscēdo. Vñ oportet huiusmodi corpus hēre organa sensibilia, & sic esse passibile: Nā sentire pati est, & per cōsequens oportet esse corporale. Ad tertium dicēdum, ꝙ homo indiget corpore ad suas operatiōes naturales, non aūt angelus, & ideo non est simile. Articulus secundus.

In alio scrip. vt hic. p. p. q. 51. ar. 2. o. De po. q. 6. ar. 7. o.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ angeli corpora non assumant: Si enim assumit aliquod corpus, aut illud corpus est mixtum, aut simplex. Si mixtū, maxime videretur ꝙ in illa natura assumerent, cuius spēm corpus assumptum prætendit, cum eos nō deceat aliqua fictio, & sic quando apparent in figura hominis, assumerent aliquos homines, quod non videtur. Similiter nec assumunt corpus simplex, quia nec cęleste, cum non sit diuisibile, & in aliam figurā transformabile: nec igneū, quia sic sui pręsentia affligerent, nec aereum, quia aer non est susceptiuus figuræ, nisi ſm continuationē ad aliud corpus, nec aqueū, nec terreum, quia angeli apparentes nō possent statim disparere. ergo angeli nullo modo corpus assumunt. Preterea. Si angeli assumunt corpora, hoc non est nisi vt aliquid diuinitus hominibus annuncient. sed propter hoc non est necessarium vt corpus assumant, cum ipsæ diuinę personæ visibiliter apparuerint in vete. test. sicut patet Gen. 18. de Abraham cui tres personæ apparuerunt sub similitudine trium virorum. ergo angeli nullo modo corpus assumunt. Preterea. Omne corpus est diuisibile partes habens. si ergo angelus aliquod corpus assumeret, pari ratione quālibet partem assumeret, & sic esset in pluribus locis simul, quod in primo libro improbatum est. ergo angelus corpus non assumit. Sed contra. Maior est potestas angeli q̄ hominis. sed homo potest assumere aliquod corpus non vnitum sibi naturaliter. ergo multo fortius angelus. Præterea. Quod est de se incorporeum videri non pōt, nisi corpore assumpto. sed angeli ab hominibus quandoq; visi leguntur in scriptura, & tamen de se sunt incorporei vt dictum est. ergo assumunt corpus. Respondeo. Dicendum ꝙ quidam dixerunt angelos nunquam corpora assumere. Totū vero quod in scriptura de angelorum apparitione legitur, dicunt intelligendum fore, ſm visionē imaginariam. Vel si ſm corporalem, dicunt hoc per modum prestigiorum factū esse, ita s. ꝙ spiritus visibilis formaretur ab angelis in visu. Huic autē repugnat quod qñq; angeli apparentes non vni tantū, sed omnibus differēter apparebāt, sicut patet de angelis qui iuerunt Sodomā, & de angelo Tobię. Hoc autem nō conuenit in prestigiis, & in his quę imaginatione videtur. Vnde cōmuniter tenetur, & sancti dicūt ꝙ angeli quādoq; corpora ſm veritatem assumunt, quod quidem cōgruit quando non solum mouent aliquod corpus, vel qualitercūq; circa ipsum operantur, sed qñ sic operantur circa corpus, vt transformēt ipsum in aliq̄ figurā quę sit cōueniens ad repñtandū id quod de se angeli manifestare debent. Hanc aūt transformationem angeli facere pñt mediantibus virtutibus naturalibus actiuis, & hoc dico ſm suam naturam: sed angeli boni vlterius in hoc pñt ex virtute imperii diuini. Ad primum ergo dicēdum, ꝙ corpus assumptum ab angelo dupliciter potest considerari. Vno modo q̄tum ad principium assumptionis, & sic verū est ꝙ de aere assumūt

sibi corpora, vt in lra dicitur, eo q aer est maxime vertibilis in quodcunq;. Alio modo quantum ad assumptionis terminum, & sic oportet q aer ille inspissetur, & ita accedat ad proprietatem terre, ad hoc q sit aptum figurationi, quae non potest durare nisi in corpore solido: Nec oportet q illud corpus solidū sit vere animal, vel homo, quauis figurā talē habeat, quia sola figura sufficit ad repraesentādum. Ipse etiam aer hoc modo inspissatus tam cito potest attenuari, vt subito angelus non compareat. Ad secundum dicendum, q apparitiōes factae sunt ministerio angelorum, vt Augu. probat in tertio de Tri. Angelus enim corpus assumens, quandoq; figurat seipsum ad repraesentandum suas proprietates, & tunc dicitur ipsemet apparere, quādoq; vero ad repraesentandum maiestatem diuinam, & tūc dicitur Deus apparere. Ad tertium dicēdum, q angelus comparatur ad totum corpus assumptum sicut ad vnum aliquid: Et ideo est totus in toto, & in qualibet parte. sicut & anima: Nec tamen propter hoc sequitur q sit in pluribus locis simul.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, arti.4. p. p. q. 51. ar. 3.o. De po. q.6. ar. 8.o. quol. 9 ar.5.o.

AD tertium sic proceditur, & videtur q actiones, quas angeli in corporibus assumptis exercēt, nō sint verae: Comestio enim & potus fuerunt argumentum resurrectionis, vt patet Actuum. 10. Dedit enim eam manifestum fieri testibus praeordinatis a Deo eis. s. q manducauerunt, & biberunt cum Christo postq̄ resurrexit, &c. quod non esset si spiritus posset vere manducare, & bibere. Leguntur autem angeli comedisse & bibisse Gen. 18. ergo actiones, quas per corpus assumptum exercent, non sūt verae. Praeterea. Gignere non est nisi corporis viuentis, cum ad hoc requiratur semen decisum, in quo sit virtus formatiua. sed corpus sumptum ab angelo non est viuum. ergo non potest filios generare, & tamen dicitur Gen. 6. Ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illeq; genuerunt. ergo idem quod prius. Praeterea. Si aliquam actionem hominis vere possent exercere, praecipue hoc eet de loquutione, quae est signum intellectus. sed in eis nō potest esse vere corporalis loquutio, cum tamen in corporibus assumptis multoties loquuti esse legantur, quia loquutio non venit ab intellectu ad organum corporale, nisi mediante imaginatione, quae in angelis nō est. ergo nec aliquae actiones verae sunt. Sed contra. Moueri maxime videtur esse proprietas corporalis. sed angeli in corporibus assumptis vere mouentur. ergo multofortius & alias actiones vere exercent. Praeterea. Sentire est perfectior operatio, quae fiat p corpus vei &. sed Angeli per corpus assumptum vere sentire videntur, alias organa sensibilia frustra assumerent. ergo multofortius alias operationes corporum viuentium habere possunt. Respond. Dicendū, q corpus assumptum ab angelo vere est corpus, sed non vere viuum est. Vnde in omnibus opatiōibus quas angeli per corpus assumptum exercere videtur, quicquid potest pertinere ad corpus absolute vel secundum naturā aeris, totum hoc vere est in actionibus angelorum. Quicquid autem non pōt pertinere ad corpus, nisi secundum q est viuum nō vere est ibi, nisi secundum similitudinem tantum: Nec tamen sequitur q sit ibi aliqua falsitas, quia assumptio corporis ab angelis ordinatur ad significandum tantum. Ad primum ergo dicendum, q in comestione aliquid est quod pertinet ad corpus, inquātum est corpus. s. diuisio cibi, & cōminutio, & traiectio in interiorem partem & totum hoc potuit vere esse in angelis. Aliquid vere est quod conuenit corpori viuo. s.

nutritio,

1.p. q. 55. ar. 6. ad 5. nutritio,& aliaque consequuntur,& sm hoc non fuit vera comestio in angelis. Fuit tamen aliquo modo vera in Christo post resurrectionem, quia quãuis cibis assumptis nõ nutriretur corpus eius propter statum gloriæ eius,habebat tamen naturaliter potentiam nutritiuam.

De po. vbi su. ar 3.c. & in Iob. 40.co. 5.li. Ad secundum dicendum, ꝙ quidam dicũt angelos bonos vel malos nullo modo posse generare,& ꝙ in illa authoritate Gen. intelliguntur per filios Dei illi qui de stirpe Seth descenderunt,quia in cultu Dei perseuerabant,per filios autẽ hominum,mulieres de stirpe Cain. Sed quia contrarium a multis asseritur, pót dici ꝙ sicut per semina aliarum rerũ naturalium faciunt angeli effectus naturales,ita per semen hominis operantur ad hominis generationem, quod quidẽ fieri potest,dum aliquis spiritus in corpore assumpto præbet se viro succubum, & mulieri incubum. Hoc autem non cõpetit puritati bonorum angelorum,sed immunditiæ malorum. Ad tertium dicendum,ꝙ angeli in corpore assũpto faciunt aliquid quod est loquutioni simile,inquantum intelligunt,& suum intellectum exprimunt,per sonos formatos,qui tamen soni non sunt voces, ad quarum formationem instrumenta animata requiruntur,& in hoc deficit operatio angeli a perfecta ratione loquutionis. Ad quartum dicendum, ꝙ moueri absolute est corporum,vnde simpliciter concedi pót ꝙ angeli mouent corpora assumpta,& in eis per accidẽs mouentur. Ad quintum dicendum, quòd nullo modo est dicendum angelos per corpus assumptum sentire,quia sentire proprie dicit actum animæ viuificantis corpus,quod in angelis non est.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic. AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ demones intra corpora hominum esse non possint: Dicit eñi glo.super illud Abac.ii.Dominus in tẽplo sancto suo, ꝙ demones simulacris exterius præsidere possunt,non aũtẽ interius adesse.ergo multominus intrant humana corpora. Præterea. Duo spiritus creati non possunt esse in eodẽ loco simul,vt in primo lib.dictum est. sed anima est in qualibet parte corporis humani.ergo in nulla parte eius potest eẽ demon.Sed contra videtur ꝙ demones animabus etiam illabantur. Demones enim nõ operantur nisi vbi sunt.sed demones operantur in animabus immittẽdo cogitationes vt dicitur in Psal.77. Immissiones per angelos malos.ergo illabuntur animabus. Præterea. Vis concupiscibilis,& imaginatiua sunt in anima. sed in has demones imprimere possunt,quod videtur per hoc ꝙ intentores vitiorum dicuntur.ergo demones animabus illabuntur. Præterea. Cogitationes sunt in anima. sed demones cogitationes cognoscũt,alias de eis homines non accusarent. ergo demones animabus illabuntur. Respon. Dicendum ꝙ angelus secundum Dam. ibi est vbi operatur. Non autem operatur intra ipsam essentiam animæ,quia essentia animæ a solo Deo est. Potest autem habere operationem in corpus humanum,sicut & in alia corpora:Et ideo nõ potest esse ꝙ angelus bonus vel malus animabus hominum illabatur.Potest tamen illabi corporibus,& inde est ꝙ angeli possunt imprimere secundum suam naturalem virtutem in potentias organis affixas, non autem in potentias imateriales,sicut sunt intellectus,& volũtas, nisi forte hoc dicamus, ꝙ angeli boni possunt illuminare intellectum aliquo modo virtute luminis gratiæ quo replẽtur. Ad primum ergo dicendum,ꝙ demon dicitur non adesse interius simulacro,ita ꝙ vniatur simulacro vt forma, sicut anima corpori. Ad secundum di-

ar 5. Io. 13. lect. 4. co. 5.

De ma, q. 16. ar. 1. & 12.

cendum ꝙ anima non est in corpore sicut in loco, sed sicut forma in materia; Et ideo non est vnius rationis operatio quam anima in corpus efficit, & demon. Vnde sine cõfusione operationũ vterq; simul in eadẽ parte corporis potest esse. Vnde ratio non sequitur. Ad tertium dicendum, ꝙ angeli mali cogitationes immittere non possunt, sed tantum occasionem cogitãdi prebere exterius aliqua sensibilia aspectibus opponendo, vel interius phantasiam cõmouendo. Ad quartum dicendum, ꝙ in vim concupiscibilem, & imaginatiuã demones agere possunt, ex illa parte qua alligantur organis corporeis, & ex hoc dicũtur intentores, nõ autem ex illa parte qua radicatur in anima. Ad quintum dicẽdum, ꝙ cogitationes cordium demones scire non possunt, nec angeli, nisi per reuelationem, vel nisi inquantum eas per aliqua signa interiora vel exteriora cognoscunt, multo perspicacius q̃ nos.

p. p. q. 115. ar. 3. o. pri. sæ q. 80. ar. 4. o Dema. q. 3. ar. 5. o. Dema. q. 16. ar. 8. o.

Distinct. Nona.

Post p̃dicta superest

cognoscere &c.

Quæstio vnica.

Hic queruntur quatuor.

Primo de distinctione ordinum & Ierarchiarum.

Secundo de nominibus eorum.

Tertio de actibus Ierarchicis, quos Dio. assignat.

Quarto de assumptione hominũ ad ordines angelorum.

Articulus primus.

In alio script. vt hic arti. 3 p p. q. 108. ar. 1. o. &

Ad primum sic proceditur, & videtur ꝙ in angelis nõ debeant distingui tres Ierarchiæ, & nouem ordines. Quanto enim aliquid Deo est propinquius, tanto est simplicius, & minoris diuisionis, sed angeli sunt propinquiores Deo q̃ homines, ergo in angelis non sunt tres Ierarchiæ, & nouem ordines, cum hoc non fit in hominibus. Præterea. Si ordines in angelis distinguuntur, aut hoc est secundum naturam, aut secundum gratiam. Si secundum naturam, videtur ꝙ tot debeant ibi esse ordines quot sunt angeli, quia supra dictum est, ꝙ omnes angeli adinuicẽ specie differunt, & ꝙ adinuicem sunt inæquales. Si autem secũdum gratiam, videtur ꝙ debeant esse solum septem ordines, cũ sint septem dona Spiritussancti. Præterea. Eorum quorum est connexio, non videtur simul esse distinctio s̃m ordinem. sed omnes angeli adinuicem connexionem habent, vt Dio. dicit quarto ca. cę. Iera. ergo videtur ꝙ in eis non debeat esse distinctio ordinum. Præterea. Ecclesiastica Ierachia extracta est a cęlesti, secundum Diony. sed in ecclesia superior ordo est prælatorũ. ergo videtur ꝙ in angelis dominationes & principatus, qui a prælatione nominantur. debeant esse superiores q̃ cherubin & seraphin, in quorum nominibus prelatio non ostenditur. Præterea. Videtur esse contrarietas inter Grego. & Diony. in assignatione ordinum: Nam Diony. ponit virtutes supra potestates, & pricipatus: Gregorius autem principatus supra potestates, & virtutes. Respon. Dicendum, ꝙ in angelis inuenitur triplex distinctio .s. Ierarchiarum, ordinum, & personarũ. Ierarchiarum quidem distinctio accipitur secundum diuersum modum in genere percipiendi diuinum lumen: Nam, cum Ierarchia nihil aliud sit q̃ principatus, illi angeli ad vnam Ierarchiam pertinere videntur, quorum est modo vno in genere participare diuina, & iõ sunt tres Ierarchiæ in angelis: Nam prima Ierarchia percipit diuina mysteria, quę ad ministerium angelorum spectãt in ipso suo fonte. s. Deo, & propter hoc eius ordines nominantur ex respectu ad Deũ.

1. o. 3. con. c. 80. Eph. 1. lect. 7. co. 2.

Secunda

Secunda vero, percipit diuina mysteria in quibusdam rationibus vniuersalibus, quare & eius ordines exprimunt potestatem non limitatam. Tertia vero percipit diuina mysteria in rationibus specialibus. Vnde eius ordines habent potestatem limitatam ad hominem, vel prouinciam. Distinctio vero ordinum sumitur secundum diuersos actus. Vnde prima Hierarchia hêt tres ordines .f. tres respectus rationalis creaturæ ad Deum, quorum primus est vt ab eo inhabitetur per gratiam, & ad hoc est ordo Thronorũ. Secundus est vt feratur in ipsum per cognitionem, & hinc dicitur ordo cherubin, qui interpretatur plenitudo scientiæ. Tertius est vt feratur per amorem, & hinc sumitur ordo seraphin. Similiter secũda Hierarchia hêt tres ordines, secundum ꝙ tria requiruntur ad aliquẽ qui habet potestatem generalem regendi aliquam multitudinem, quorum primum est in operando disponere, & hinc dicitur ordo dominationum. Secũdum est imperium per robur potestatis munire, & hinc dicitur ordo virtutum. Tertium est exequi quæ ad officium regiminis pertinent, & hinc dicitur ordo potestatũ. Similiter tertiæ Hierarchiæ sũt tres ordines, quorum supremus habet actum super vnam gentẽ, & sic sunt principatus. Secundus supra vnum hominẽ, de his quę pertinent ad gentem, & sic sunt archangeli. Tertius supra vnum hominem, de his quæ ad eum singulariter spectant, & sic sunt angeli, & ista distinctio procedit secundum assignationem Diony. Distinctio vero personarũ vnius ordinis est secundum diuersam facultatem ad actum eũdem, quarum numerus nobis ignotus est. Ad primum ergo dicendum, ꝙ in omnibus hominibus est vnus modus accipiendi diuina .f. in speculo & enygmate, quia sunt vnius speciei, & propter hoc est eorũ vna Hierarchia. In Angelis vero, cum nõ sint vnius speciei, possunt esse diuersi modi accipiendi diuina, & per consequens diuersæ Hierarchiæ. Ad secundum dicendũ, ꝙ ordines distinguuntur in angelis, & secundum dona naturalia initialiter, & secundum dona gratiæ consumatiue, quia dona gratuita in eis sunt data secundũ mensuram naturalium, non quidem sic vt diuersi ordines diuersa dona naturalia vel gratuita habeant, vt oporteat secundum numerum donorum, numerũ ordinum accipere, sed secundum ꝙ eadẽ dona participantur, a quibusdam plus, a quibusdam minus, nõ tamen quęlibet diuersitas talis facit ordinum distinctionem, sed aliquarum personarum in eodem ordine distinctionem faciunt, vt dictum est. Ad tertium dicendum, ꝙ distinctio angelorum non est confusa, sed ordinata. Vnde oportet ꝙ in eis sit duplex connexio ordinis. Vna secundũ ꝙ omnes ordinantur ad Deum, a quo illuminantur. Alia secundum quod adinuicem ordinãtur, per hoc ꝙ quidam alios illuminant. Ad quartum dicendũ, ꝙ angeli immediate a Deo accipiunt, non autem homines. Vnde in angelis summitas angelorum ostenditur ex immediata relatione ad Deum, non autem in hominibus, sed ex prælatiõe super alios hominũ excellentia designatur. Ad quintum dicendum, ꝙ Grego. tradidit ordinem angelorum secundum conformitatem ad gradus ecclesiæ, in qua prælati sunt aliis superiores. Vnde principatus & potestates in quorum nominibus prælatio designatur virtutibus præponunt, non autem in nomine virtutum. Dion. vero attendens omnes angelorum ordines in aliquo principatu facto vel prælatione esse, non tradidit eorum ordinẽ secundum habere prelationem & nõ habere, sed secundum maiorem vel minorem prelationẽ. Et quia virtus cõplemẽ

pri. p. vbi su. arti. 5. & 6. o.

pri. p. vbi su. ar. 4. o.

tum potestatis designat, pręposuit virtutes potestatibus & principatibus. Videtur autem verior assignatio Diony. vtpote qui ab Apostolo immediate accepit.

Articulus secundus.

In alio script: vt hic, arti. 4. & in locis aliis supiori articu. adducti

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ nomina inconuenienter angelis assignentur: A proprietate enim communi nõ debet aliquid speciale denominari. sed amare & cognoscere Deum omnibus angelis est cõmune. ergo inconuenienter aliqui speciales ordines ab his denominantur cherubin, & seraphin. Prętereà Non debet esse aliqđ nomen totius & partis: sed hoc nomen angelus cõmuniter omnibus cęlestibus spiritibus conuenit. ergo nullus spãlis ordo debet hoc nomen habere. Praeterea. Ro. 10. dicitur. Idem dominus omnium. angeli ergo non habent dominum nisi Deum, & sic inconuenienter aliquis angelorum ordo dominationes nominantur. Praeterea. Eiusdem est pręcipere, iudicare, & rebelles cohercere, & etiam in agendis pręesse. sed iudicium in nomine thronorum intelligitur, praeceptum in nomine dominationum, cohibitio in nomine principatuum. ergo inconuenienter his nominibus diuersi ordines designantur. Praeterea. Archos in gręco idem est ꝙ princeps in latino. Vnum autem nomen nõ debet diuersis ordinibus imponi. ergo inconueniẽter vnus ordo vocatur principatuum, & alius archangelorum. Respon. Dicẽdum ꝙ sicut Diony. dicit, nomina angelorum imponuntur ad ostendendũ deiformes eorum proprietates, quę quidẽ non sunt accipiendę solum secundũ dona diuina quae ab angelis participãtur, quia omnia dona sunt omnibus cõmunia, neq; etiam solum secundũ diuersum modum participandi, quia omnia dona in superioribus ordinibus sunt excellentius, & sic ipsi ab omnibus nominaretur, sed accipiuntur proprie per relationẽ donorum ad actus, qui competunt singulis ordinibus quasi ex officio. Vnde superius dictum est ꝙ ordines distinguũtur secundum diuersitatem actuũ. Actio ergo conueniens altiori dono, superiori ordini est quasi propria, sicut supmũ donum est charitas. Vnde superioris ordinis officium est alios ad charitatẽ inducere. s. Seraphin. Cherubin vero inducere in Dei cognitionem, & quicũq; inferiorum hoc faciunt, hoc agunt quasi a superioribus moti, & virtute eorum, Et hinc est ꝙ inferiores ordines nomina superiorum assumunt quandoq;, inquantum eorum virtute agunt: Superiores vero etiam quandoq; nomina inferiorum, inquantum inferiores per superiorum actus in suis propriis actibus dirigũtur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ quãuis omnes beati angeli Deum cognoscant & ament, non tamẽ omnes quasi ex proprio officio aliquos ad hoc inducunt. Vnde non vocãtur omnes proprie cherubin, vel seraphin. Sciendum autem est ꝙ hęc nomina cum desinunt in n, vt cherubin, & seraphin, sunt neutri generis: & pluralis numeri, & signant collegium ordinis. Cum vero desinunt in m, sunt masculini gñis, pluralis numeri, vt cherubim, & seraphim, & signant singulares psonas. Cum vero desinũt in b, vel in ph, vt cherub, & seraph, sunt masculini generis, & singularis numeri. Ad secundum dicendum, ꝙ ab annũciatione missi omnes cęlestes spiritus angeli dicuntur, sed a speciali modo nunciandi. s. per vsum exterioris ministerii vnus ordo specialiter dicitur angelorum, qui. s. singulis hominibus ad custodiam deputantur. Ad tertium dicendum, ꝙ dominari ex propria authoritate solius Dei est, sed ex diuina authoritate accepta dominari, est & hominum & angelorum. Ad quartum

tum dicẽdum, ꝙ actus illi in se ordinem habent. Nam imperium angelorum ex diuino iudicio considerato robur habet. Vnde ordo thronorũ, ad quos spectat diuina iudicia promulgare, præponitur dominationibus quarũ est de agẽdis imperare, exequutio vero principiũ sumit a pręcepto. Vnde post dominationes sunt ordines exequentes virtutes, quãtum ad res naturales quæ in miraculis diuinę iussioni cedunt, & potestates quãtum ad demones quos refrenant, & sequentes ordines quantum ad homines quos dirigunt. Ad quintum dicendũ, ꝙ archangeli habent nomen compositum, vt Dio. dicit, a duobus ordinibus: Dicuntur enim archangeli quasi principes angeli, quia cum vtrisq; habent cõmune. Cum angelis quidem, quia singulares personas instruunt, non autem de singularibus factis, vt angeli, sed de his quæ pertinent ad multitudinem, vel ad omnes, in quo conueniunt cum principatibus, a quibus tamẽ differunt in hoc ꝙ principatus deputantur ad curam totius multitudinis, nõ aũt archangeli.

Articulus tertius.

De ver. q. 9. ar. 3. 5. p. p. q. 108. ar. 1. c. fi. quol. ar. 17. c. fi. quol. 11. ar. 7. c.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ inconuenienter a Dio. distinguũtur tres actiones Hierarchicę, purgatio, illuminatio, & perfectio. Vbi enim non est impuritas, non potest esse purgatio. sed in bonis angelis nulla est impuritas. ergo purgatio ibi locum nõ habet. Præterea. Si vnus angelus aliũ illuminat, hoc est aut infundendo lumẽ quod habet, aut lumen creando. Si primo modo, sequitur ꝙ idem numero lumen sit nunc in vno angelo, & postea in alio angelo. Si secundo modo, sequitur ꝙ vnus angelus in altero lumẽ creet. Vtrũq; autem horum est inconueniens. ergo vnus angelus alium nõ illuminat. Præterea. Mentem rationalem solus Deus formare potest, vt dicitur in glos. Ro. x. super illud. Ex quo omnia. sed pficere est quoddã formare. ergo vnus angelus alium perficere non potest. Si vero dicatur, ꝙ perficere est docere, cõtra. Hier. 31. dicitur. Non docebit vir vltra proximum suum, & vir fratrem suum. ğ multominus vnus angelus alium docet. Præterea. Gregorius dicit. Quid est qd non videant qui videntem omnia vidẽt? angeli autem vident Deum videntẽ omnia. ergo sciunt omnia. ergo nõ indigẽt doceri. Respond. Dicendum ꝙ istę tres actiones in angelis ad cognitionem tantum referendæ sunt. Vnde Dio. dicit 1 cę. Hierar. ꝙ illuminatio. pfectio, & purgatio nihil aliud est ğ diuinæ sciẽtiæ assumptio. In omni actione autem, qua aliquis ducit alterũ in cognitionẽ, duo est considerare, quorũ vnum est medium, per quod docet, & hoc est quasi lumen, vnde ex hoc sumitur illuminatio. Aliud est effectus huius medii, q duplex est. s. remotio ignorantię, & quantum ad hoc est purgatio, et cognitio rei quę docetur, & quantum ad hoc est perfectio: Ad hoc enim doctrina terminatur, vt aliquis rem quæ docetur cognoscat. Vnde & doctores perfectores dicũtur. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ purgatio in angelis nõ est ab impuritate, s; a nescientia. Ad secundum dicendum, ꝙ vnus angelus alium non illuminat, neq; tradendo idem numero lumen, neq; lumen in altero creando, sed ex aliquo intelligibili proposito, lumen pręexistens confortando ad cognoscendum, sicut intellectus hominis ex aliquibus sibi dictis confortatur ad intelligendum. p. p. q. 106. ar ti. 1. ad sec.

Ad tertium dicendum, ꝙ formare mentem interius agendo solius Dei est, sed exterius adminiculando potest esse alterius. Ad quartum ꝙ authoritas Hier. referenda est ad cognitionem Dei. Vnde subiungit. Oẽs. n. cognoscẽt me &c. Sed quãtum ad cognitionem aliorum, pri. p. vbi su. ad pri.

vnus alio plus cognoscit in Dei cognitione, & sic vnus alium poterit docere, non authoritate quasi interius agendo, sed quasi ministerio interius adminiculando. Ad quintum dicendum, ꝙ Gregorius loquitur de his quorum cognitio pertinet ad substantiã beatitudinis, vel loquitur quantum ad sufficientiam medii.s. diuinæ essentiæ, quæ sufficiẽter omnia demonstrat, non autem quantũ ad capacitatem videntis, qui diuinam essentiam non comprehendit.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, arti. 8. p. p. q. 108. a. 8. o.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ homines ad ordines angelorum non assumantur. Distinctio gratiæ sequitur distinctionem naturæ. Vnde angeli qui fuerunt potiores in naturalibus, plus de gratuitis acceperunt. sed homines secũdum naturam sunt inferiores angelis, ergo per gratiam eis nõ adequantur. Præterea. Plus distat hõ ab angelo, ꝙ̃ vnus angelus ab alio. sed angeli inferiores nõ assumuntur ad ordines superiorum. ergo nec homines ad ordines angelorum. Præterea. Ordines secundum actus distinguuntur. sed actus ordinum non conueniunt hominibus. s. ad custodiam deputati, hominũ vel prouinciæ, vel huiusmodi. ergo homines non assumuntur ad ordines angelorum. Sed contra est quod dicitur Mat. 22. de hominibus post resurrectionem, ꝙ erunt sicut angeli Dei in cœlo. Præterea. Deuter. 32. Statuit terminos populorum iuxta numerum filiorum Dei, secundum aliam literam. Respõ. Dicendum, ꝙ circa hoc fuit multiplex positio. Orig. enim posuit ꝙ finaliter omnes spiritus rationales in ęqualitatẽ redigentur, sicut & ęquales creati sunt: cui contradicit quod habetur. 1. Cor. 15. Stella differt a stella in claritate. Eustachius vero posuit ꝙ nullus homo assumeretur in ęqualitatem angelorũ, sed secũdum hoc beata virgo infra angelos esset, quæ tamen supra omnes angelos dicitur exaltata. Vnde cõmuniter creditur ꝙ aliqui homines ad ordines angelorum assumuntur. Quidam tamen dicunt, ꝙ soli virgines: cui contradicit ꝙ multi non virgines, vt Petrus, & Magdalena multis virginibus sunt potiores. Vnde alii dicunt ꝙ omnes perfecti assumuntur ad ordines angelorum. Alii vero ꝙ decimum ordinem constituent. Sed quia vna erit cęlestis ecclesia, ideo conuenientius ab aliis dicitur, ꝙ omnes saluandi ad ordines angelorum assumũtur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ angelis dantur dona gratiarum, secũdum quantitatem naturalium, nõ autem hominibus, sed secundum conatum. In Angelis vero conatus sequitur naturam, propter hoc ꝙ in natura eorũ nihil est quod difficultatem inducat. Ad secũdum dicendum, quod quia perfectiones gratuitæ in angelis consequuntur perfectiones naturales, ideo inferiores ordines non possunt transferri in superiores, quia eorum natura mutari non potest. In hominibus autem est aliter, vt dictum est. Ad tertium dicendum, ꝙ in angelis est duo considerare. s. participationem diuinorum donorum, & ratione huius homines ad ordines angelorum assumuntur, propter similem modum participandi. Est etiam ibi considerare exequutionem donorum, quãtum pertinet ad ministeria in homines, quæ competit angelis ex ipso gradu naturæ, prout inter Deum & homines medium constituuntur, & quantum ad hoc non est intelligẽda prædicta assumptio. Nam sicut animæ damnatorum nõ dantur nobis in exercitium temptationis, ita nec animæ sanctorum in ministeriũ custodiæ.

Distin.

Distinct. Decima.

Hoc etiam inuestigãdum est &c.

Quęstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.
Primo vtrum omnes angeli assistant.
Secundo vtrum omnes ministrent.
Tertio vtrum ratiõe ministerii inter eos possit esse pugna.
Quarto de loquutione eorum.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p.p.q. 112.ar ti.3.o. AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ omnes angeli Deo assistant: Asistere enim alicui nihil aliud videtur ꝙ conspectui eius astare. sed omnes beati, etiam homines, diuino cõspectui astabunt, secundum illud Psal. 16. Ego autẽ in iustitia apparebo conspec. tuo &c. ergo omnes angeli boni Deo assistunt. Præterea. Si aliqui angeli Deo nõ assistant, pręcipue hoc de inferioribus videtur. sed minores angeli, qui exterius ministerium implent, Deo assistunt, quia Gregorius dicit, ꝙ & mittuntur angeli, & assistunt. ergo omnium angelorum est assistere. Præterea. Propinquiores sunt Deo angeli boni, ꝙ mali. sed angeli mali Deo assistunt. Vnde dicitur Iob. ii. Cum venirent filii Dei vt assisterent coram Deo, affuit etiam inter eos Satan. ergo videtur ꝙ omnes angeli Deo assistant. Sed contra Grego. dicit in Homelia de centum ouibus. Assistunt, qui sic contemplatione intima perfruuntur, vt ad explenda foris opera minime mittantur. aliqui autẽ mittuntur ad explenda foris opera. ergo non omnes assistũt. Præterea. Dañ. 7. distinguuntur assistẽtes a ministrantibus cum dicitur. Millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebãt ei. ergo nõ omnes assistunt. Respond. Dicendum, ꝙ in assistendo tria importantur. Ille. n. qui assistit alicui, ab eo videtur, & eum videt, & per eum immediate pręceptum suscipit, & ad alios defert, quæ tria apparent in his qui alicui regi terreno assistunt. Et quantum ad hęc tria speciali quodãmodo angeli supinę Hierarchiæ Deo assistere dicuntur. Primo quidem, quia speciali quodam modo oculi diuinæ prouidentię, super eos sunt, inquantum immediate a Deo illuminantur, qđ non dicitur de aliis. Secundo quia eum quodam speciali modo vident, ita eius essentiam contẽplantes vt in ea videant immediate quęcunq; ad eorum officia pertinent. Tertio quia ipsi immediate diuina pręcepta recipiẽtes, aliis proponunt, & hoc tertium est proprium eis. Alia vero duo sunt etiam aliis communia, quia non per eundem modum, quia omnes aliquo modo diuina prouidẽtia reguntur, & omnes aliquo modo Deum vident. Assistere ergo proprie loquẽdo cõuenit solis angelis primę Hierarchiæ, quãuis aliquo alio modo etiam aliis cõuenire possit. Ad primum ergo dicendum, ꝙ ratio illa procedit quantum ad hoc, ꝙ ad assistere requiritur videre Deũ per essentiam, quod omnibus beatis cõmune est, sed in hoc non completur ratio assistendi. Ad secundum dicendũ, ꝙ etiam minores angeli, secundum Grego. assistere dicuntur, inquantũ amministrando a diuina visione non retardantur. Ad tertium dicendum, ꝙ sicut dicit Grego. in secundo mora. Satan venit corãm Domino, vt videretur, non vt videret. Vnde assistere dicitur inquantum ipse, & omnia facta eius, diuinæ voluntati, & prouidentiæ subiacent.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ omnes angeli ministrent. Hebr. 1. dicitur ꝙ omnes sunt administratorii spiritus in ministeriũ missi &c. Præterea. Si aliqui angeli in ministe- In alio script. vt hic, p. p. q. 112.ar ti.2.o.

rium non mittantur, precipue hoc vide tur de superioribus. sed supremi Angeli in ministerium mittuntur. s. Seraphin, vt habetur Esa. 6. Volauit ad me vnus de Seraphin. ergo omnes in ministeriũ mit tuntur. Preterea. Filius, & Spiritus sanctus in infinitum omnes ordines angelorum transcendunt. sed ipsi mittuntur ad nos. ergo multo fortius oẽs ange li. Sed contra, videtur ꝙ nulli angeli in ministerium mittantur: Celum enim empyreum ad gloriam pertinet angelorum. sed si in ministerium mittantur, aliquãdo a celo empyreo absunt, quia cũ sunt in celo. non sunt circa nos, vt per Dam. patet. ergo gloria eorũ minueretur, quod est inconueniens. Preterea. Vna potentia per hoc ꝙ occupatur circa vnam operationem, ab aliis retardatur. si ergo aliquis angelus circa ministerium nostrum occupatur, sequitur ꝙ a diuina cõtemplatione retardetur, & ita eorum gloria minueretur, quod est incõueniens. Respon. Dicendum ꝙ circa hanc questionem sunt duae opiniões. Vna est dicentium, ꝙ omnes angeli ad exterius ministerium quandoq; mittantur. Distinguuntur tamen secundum eos ministrantes ab assistentibus, quia ministrantes dicuntur illi ad quos, ex officio proprii ordinis spectat ad ministerium mitti. Ad assistentes vero non pertinet mitti, quasi ex officio, sed aliqua noua occasione suborta, sicut ad nunciandũ incarnationem, vel aliquid huiusmodi, & hanc opinionem tangit Greg. in Homilia de centum ouibus, non tamen asse rendo. Alia opinio est Dionysii & sequẽtium eum qui dicunt ꝙ superiores angeli nunq̃ in ministerium mittuntur, sed immobiliter ordo iste custoditur, vt diuina ministeria per superiores in medio & per medios in inferiores deueniant, & ita per superiores angelos in iferiores, & per iferiores in homines; & hoc dicit se Diony. ab apostolis accepisse. Vnde secundum hanc opinionem dicendum est, ꝙ quidam angelorum pertinent ad assistricem dispositionem. s. tres ordines supremę Hierarchię. Quidã vero administratiuam, inter quos quidam sunt sicut imperantes solum, qui exterius non exeunt. s. dominationes. Quidam vero exequentes, sicut angeli inferiorum ordinũ, quorum vnusquisq; interdũ exit in exterius ministerium, pro his quae ad officium proprii ordinis spectant. Ad primum dicendum, quòd ministrare dicuntur siue in ministerium mitti, nõ solum illi qui imediate circa homines vel alia corporalia operãtur, sed etiam illi per quos alii in huiusmodi ministeriis diriguntur. Ad secundum dicendum secũdum Diony. ꝙ ille angelus qui prophetae apparebat, fuit de inferiori ordine, & tamen Seraphin dicebatur, inquantũ ex virtute Seraphin ad purgationẽ prophetae est per incendium operatus. Vel dicendum, secundum eundem, quòd inferior angelus qui visionem formabat non ostendit prophetae seipsum in imaginaria visione, sed Deum in Seraphin, intendens nõ in seipsum, sed in suum superiorem prophetę cognitionem reducere, sicut aliquis inferior sacerdos cum absoluit, dicit. Absoluo te authoritate Dei, & domini papae. Ad tertium dicendum, quòd diuinae personę mittuntur, non quasi locum mutãtes, sicut angeli. Vnde ęquiuoce missio dicitur vtrobique. Ad quartum dicendum, quòd cęlum empyreum non est de essentia glorię sed de congruentia. Vñ in nullo gloria angelorum minuitur quando mittũtur, quia etiam quando sunt extra cęlũ empyreum gloriantur de hoc, ꝙ talis locus eis debetur. Ad quintum dicendũ, ꝙ ratio illa procedit quando vna operatio non est ratio alterius. Contemplatio autem diuina dirigit eos in ministeriis,

l. medios l. inferiores

tiis, quia Deum in omnibus pro regula habent. Vnde eorum contemplationē ministerium non retardat. Vnde Greg. dicit ꝙ cum ad nos veniunt sic exterius implent ministerium, vt tamen nunquā desint interius per contemplationē.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, d.11.q. 2.ar.5. p. p.q. 113.ar ti 8.o.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ inter angelos ratione ministerii pugna esse non possit: Pugna enim paci opponitur. sed pax est de perfectione beatitudinis in qua sunt angeli, vt patet per illud Psal. 147. Qui posuit fi.t.p. ergo in angelis, cum sint in beatitudine, non potest esse pugna. Preterea. Omnes angeli voluntatem suam diuinæ voluntati conformant, sed in diuina volūtate non est aliqua cōtrarietas. ergo nec inter angelos potest esse discordia vel pugna. Preterea. Quicunq; pugnant vel discordāt adinuicem, oportet ꝙ vel alter eorum scienter defendat iniustam causam, vel alter eorum decipiatur. sed in angelis nō potest esse neq; iniustitia, neq; deceptio. ergo neq; pugna siue discordia. Sed contra est quod habetur Dañ. 10. vbi angelus ei dixit: Princeps Persarum restitit mihi. 20. & vno diebus, & alibi. Et nunc reuertar vt prælier aduersus principem Persarum. sed isti principes sunt angeli. ergo pugnant adinuicem. Preterea. Iob. 25. Qui facit concordiam in sublimibus. sed concordia fieri non potest, nec oportet nisi inter discordes. ergo inter sublimes angelos est aliqua discordia. Respon. Dicendum ꝙ concordia vel discordia inter voluntates aliquorum potest attēdi dupliciter. Vno modo formaliter, alio modo materialiter. Formaliter quidem quando voluntates contrariantur in fine, & talis discordia inter angelos esse non potest, quia vnusquisq; eorum quicquid vult, vult ad gloriam Dei, & ad diuinę voluntatis impletionem. Materialiter vero voluntates discordant, quando contraria volunt, sed propter eundem finem, & talis discordia voluntatum in angelis esse potest, secūdum Greg. Vnusquisq; enim angelus qui alicui gēti præficitur meritum suæ gentis ad diuinum examen refert. Quando ergo diuersarū gentium merita sunt sibiinuicem cōtraria, dicū tur angeli qui illis gentibus principantur contra se pugnare, inquantum contraria merita referunt ad diuinum examen, quorum victoria est sui super se opificis voluntas summa, vt Greg. dicit, & sic Deus reuelans eis suam voluntatē concordiam in eis facere dicitur. Quidam tamen dicunt ꝙ illa pugna quæ legitur in Dañ. non est intelligenda inter bonos angelos fuisse, sed & inter malos, & bonos, quod Hiero. sentire videtur. Magis tamen videtur literæ congruere ꝙ intelligatur ex vtraq; parte de bonis. Ad primum ergo dicendum ꝙ repugnātia voluntatum quantum ad finem paci aduersatur, non autem sic quantum ad volita, dummodo non assit pertinacia. Ad secundum dicendum, ꝙ ratione conformitatis ad diuinam volūtatem ad cō cordiam reducuntur, ad quam cognoscendam diuersa merita ad examen diuinæ sententiæ referunt. Ad tertium dicendum, ꝙ in diuersis gētibus potest talis esse dispositio, ꝙ cuiuslibet causa aliquid iustitiæ habeat, & secundū hoc quilibet angelus causam suę gentis promouet apud Deū.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, d.11.q. 2.ar.3. p.p.q. 107.ar. 1.o. De ve.q.9. ar.4.5. et 7.o. 1.Cor. 13.le.1 co.2.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ in angelis loquutio esse non possit: Omnis enim loquutio est per aliquod signum. signum autem ad cognitionem sensitiuam pertinet, vt patet per diffinitionem signi, quam magister ponit in quarto senten. Signum est qd præter speciem quam ingerit sensibus, facit aliud in cognitionem venire. ergo, cum in angelis non sit sensitiua cognitio, vi-

detur ꝙ non possit ibi esse loquutio. Praeterea. Grego. in mora. exponens illud Iob. 28. Non adaequabitur ei aurũ: vel vitrum ait. Cum vniuscuiusq; vultus attenditur, simul etiam scientia penetratur, & loquitur de beatis in patria qui sunt angelis similes. cum ergo loquutio ad hoc sit, vt per eam cordium occulta alii pandantur, videtur ꝙ angeli mutua loquutione non indigeant. Praeterea. In omni loquutione est vt a loquẽte aliquid ad audientem per medium perferatur quod excitet audientem. sed nihil tale in angelis poni potest. ergo videtur ꝙ loquutio in angelis non sit. Sed cõtra est, quod dicitur. 1. Cor. 13. Si linguis hominum loquar, & angelorum, vbi gl. expresse dicit angelos loqui. Praeterea. Greg. dicit in secundo moraliũ, ꝙ Deus loquitur ad angelos, & angeli ad Deum, & ita angelis loqui conuenit. Respon. Dicendum, ꝙ loquutio angelorum quodammodo est similis nostrae loquutiõi, & quodãmodo dissimilis. Similis quidẽ est, quantum ad duo. Primo quantũ ad id de quo fit loquutio. Per loquutionẽ enim mentis conceptum exprimimus, quem vnus angelus in alio nosse nõ posset, quia solius Dei est corda scrutari. Secundo quãtum ad id per quod fit loquutio. Nam sicut in nobis ad enunciandum ea quae in nobis ab alio videri non possunt, vtimur his quę in nobis ab alio possunt cognosci, sicut vocibus, vel quibuslibet sensibilibus signis, ita angeli p ea quae vnus de alio cognoscere naturaliter potest, suos inuicem sibi nunciant conceptus. Differunt autem quantũ ad hoc, ꝙ nos vtimur sensibilibus signis, Angeli autem intelligibilibus, & ꝙ nostra loquutio per successionem temporum agitur, angelorum autem in instanti. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ licet in angelis non sit signum sensibile, est tamen ibi aliquid intelligibile, quod loco signi accipitur. Ad secundum dicendum, ꝙ in beatis cognoscetur conscientia per alios inquantum iudicium interioris virtutis in quãtitate gloriae manifestabitur. Non autẽ propter hoc oportet ꝙ vnus beatus omnes cogitationes alterius cognoscat. Ad tertium dicendum, ꝙ angelus beatus est semper in actuali consideratione suę essentię, & per consequens eorũ quae ad ipsum spectat. Vnde quando aliquis angelus ad alium conuertitur vt eum alloquatur, ipsa cõuersio ab alio angelo cognoscitur tanquam ad se pertinens, nec est ibi aliqua excitatio necessaria, nec iterum oportet imponere medium per quod loquutio deferatur, quia angeli non sunt considerandi vt secundum situm distantes, vt distantia loci possit eorum intelligibiles operationes impedire.

Distinct. Vndecima.

Illud quoq; sciendũ est &c.

Questio vnica.

Hic quaeruntur quatuor.

Primo vtrum angeli hominibus ad custodiam deputentur.

Secundo vtrum angeli in beatitudine proficiant.

Tertio vtrum mysterium incarnationis per homines didicerint.

Quarto vtrum ordines angelorum post diem iudicii durent.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ angeli hominibus ad custodiam non deputentur: Ad officiũ enim custodis pertinet, vt instruat eum qui suae custodiae deputatur, secundum modum suũ, & ꝙ a malo eum retrahat. hoc autem angeli facere non videntur: Oporteret enim eos frequenter visibiliter hominibus apparere, quibus connaturale

In alio script. vt hic. p.p. q 113. ar 1. o.

turale est vt a sensibilibus cognitionem
accipiant. ergo angeli hominibus ad cu
stodiam non deputantur. Præterea.
Si angeli hominibus deputantur ad cu-
stodiam, oporteret quod omnibus deputa-
rentur. sed non omnibus deputãtur, quia
neque confirmatis, neque pueris, cum pecca
re non possint, neque Antichristo, & aliis
in malitia obstinatis qui nõ sunt ad bo-
num reducibiles. ergo angeli non depu
tantur hominibus ad custodiam. Præ-
terea. Si angelus homini in custodiam
deputaretur, oporteret quod eum semper
custodiret, & nunquam relinqueret. sed quã-
doque homines derelinquunt. Vnde Iere.
Li. ex persona angelorum dicitur. Cura
uimus Babilonem, & non est curata. De-
relinquamus ergo eam, & iterum cõstat
quod aliquando sunt in cœlo empyreo, &
tunc hominibus non assunt. ergo angeli
non videntur hominibus esse custodes.
Sed contra est quod in Psal. 90. dicitur.
Angelis suis manda. de te, vt custo. t. in
o. v. t. Præterea. Esai. 5. dicitur. Auf
ram sepem eius, & erit in direptionẽ. gl.
i. angelorum custodiam. ergo homines
ab angelis custodiuntur. Respon.
Dicẽdum quod sicut dicit August. tertio de
Tri. Inferiores per superiores quodã or
dine reguntur. Vnũquodque autem regi
dicitur, secundum quod in finem suum dirigitur, &
impedimenta tolluntur, quod est proui
dentiæ, siue curæ. Vnde cum angeli sint
superiores hominibus, ministerio ange-
lorum diuina prouidentia homines gu-
bernat. Et ideo angeli hominibus in cu-
stodiam deputantur, quia custodire, ad
prouidentiam pertinet. Per officium au
tem custodię angelus exit in exterius mi
nisterium, non quidẽ indifferenter circa
omnia, sed specialiter circa quædam, &
circa aliquas determinatas personas. Et
In alio ideo officium custodiæ non pertinet ad
script. angelos supremę Hierarchię, neque ad an
vt hic, gelos medię, sed ad angelos infimę, quo
rum principatus deputantur custodiæ ar. 2. o.
gentis, angeli vero custodię vnius homi p. p.
nis, Archangeli autem medio modo in- vbi su.
ter hos se habent, vt dictum est. Ad pri ar. 3. c.
mum ergo dicendũ, quod ea quę communi
ter fiunt nõ debent solitum cursum na-
turæ excedere. Vnde, cum angelorũ cu-
stodia omnibus sit cõmunis, nõ oportet
quod angeli homines instruant, vel a malis
retrahant, præter solitũ naturę cursum,
visibiliter apparendo, sed inuisibiliter
illuminando, vel occasiões exterius prę
parando. Si quando vero visibiliter ap-
parent, hoc specialis gratia est. Ad se- In alio
cũdum dicẽdũ, quod oibus pure viatoribus script.
debetur angelorũ custodia, quia adhuc vt hic,
possunt in bono vel in malo proficere. ar. 3. o.
Vnde angeli circa eos operãtur vel im- p. p.
pediendo ne peiores fiant, vel in melius vbi su.
promouendo, vel in his qui vsum li. ar. ar. 4. c.
non habent, saltem corporaliter prote
gendo. Christo autem non competit ha
bere angelum custodẽ, tum quia ipse cõ
pręhensor erat, tum quia omnes ange-
los ipse custodiebat. Ad tertium dicẽ In alio
dum, quod sicut homo semper subditur diui script.
næ prouidentiæ, ita & angelorum custo vt hic,
dię. Vnde angeli non derelinquunt ho- ar. 4. o.
minem quantúcunque peccatorem simpli p. p.
citer, quamuis quandoque deserant aliquẽ ex vbi su.
iusto Dei iudicio, quantũ ad aliquid, per ar. 6. o.
mittentes eum in aliquod malum inci-
dere. Deserunt etiam quandoque hominẽ
bonum, vel malum secundum locum, cũ
sunt in cęlo empyreo, nunquam tamen secundum
custodię effectum.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & vi-
detur quod angeli in beatitudine
proficiant. Charitas enim est merendi In alio
principium. cum ergo in angelis sit præ script.
cipua charitas, videtur quòd per opera vt hic,
quæ ex charitate circa nos agũt mereã- q. 2. ar.
tur, & ita in beatitudine proficiant. 1. p. p.
Præterea. Quanto aliquis intellectus q. 62.
ar. 9. o.

magis illuminatur, perspicacius cognoscit, sed angeli inferiores a superioribus illuminantur, vt Dio. dicit. ergo in hoc proficiunt vt Deum perspicacius cognoscant, & in hoc beatitudo consistit, ergo in beatitudine proficiunt. Preterea. De ratiõe beatitudinis est perfectio. sed perfectioni angelorum aliquid additur, ex hoc q cognoscunt aliqua, quæ prius non nouerunt, tum ex superiorum illuminatione, tum ex mutua loquutione, tum ex rerum euentibus. ergo angeli in beatitudine proficiunt. Sed contra. Eiusdem videtur esse proficere & deficere, sed angeli non possunt deficere per peccatum. ergo non possunt proficere per meritum vel præmium. Preterea. Quandiu aliquis est in statu proficiendi, est in via, & non in termino. ergo si angelus proficere potest, videtur q sit viator, & sic vel non est compræhensor, qd est erroneum, vel est simul compræhensor, & viator, quod soli Christo competit. Respon. Dicendum, q circa hoc ponitur in litera duplex opinio. Quarum vna posuit q angeli proficiant in pmio essentiali, quod cõsistit in Dei cognitione, & dilectione. Sed hoc nõ videtur eẽ verum: Nam secundum Dam. Idem est angelis confirmatio vel casus, quod hominibus mors. Homines autem secundũ statum in quo inueniũtur, in morte premium vel penam consequuntur, quibus nihil adiici vel subtrahi potest per opera eorum post mortem, sicut dicitur, Ecclesiast. 11. Si ceciderit lignum ad austrũ vel ad aquilonem, in quocũq; loco ceciderit ibi erit. Vnde nec angeli post cõfirmationem vel casum mutari possunt, secundum statum suum, vt. s. sint maioris vel minoris beatitudinis aut damnationis, quãtũ ad ea quæ essentialiter ad beatitudinem vel damnationem pertinent. Et ideo alia opinio est q angeli in his quæ sunt de essentia beatitudinis nõ proficiunt post cõfirmationem. Proficere tamen possunt in cognitione aliorũ, quæ ad essentiam beatitudinis non pertinent, & hoc verius videtur: Nã non est necesse angelos videntes Deum per essentiam omnia cognoscere, quãuis in diuina essentia omnia reluceant, quia eam non comprehendunt, & ita eis remanet in quo cognitio eorum proficere possit, & sic excluditur quorundam tertia opinio dicentium angelos bonos omnia in verbo cognoscere, quod manifeste Dionysio contrariatur, qui dicit angelos a nescientia purgari. Ad primum ergo dicendum, q charitas quãdiu est in via ad perfectionem, est principium merendi, sed cum est in termino perfectionis, non merendi sed fruendi principiũ est. Ad secundum dicendum, q vnusquisq; angelus illuminatur a Deo immediate lumine gloriæ, quo Deum p essentiam videt, & istud lumen in eis nec proficit nec deficit, cum sit in termino perfectionis. Illuminatur vero vnus angelus ab alio de his quæ ad cognitionem creaturarum spectant, quorum plura superior angelus in Deo q̃ inferior cognoscit. Ad tertium dicendum q nõ quælibet perfectio est de essentia beatitudinis, sed illa quæ est in plena participatione summi boni, ex cuius fruitione creatura rationalis bona efficitur. Vnde quãuis angelorum cognitio perficiat in aliis q̃ in Deo, nõ sequitur q proficiant in beatitudine. Ideo dicit Aug. in lib. confe. Qui te, & illa nouit. s. creaturas, non propter illa beatior, sed propter te solum beatus.

1. Dion.

In alio script. vt hic, q. 2. ar. 2. o.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur q angeli per homines mysteriũ incarnatiõis didicerint: dicitur. n. Eph. 3. Vt innotescat principibus, & potestatibus in celestibus per ecclesiã multiformis sapientia Dei, & loquitur q̃tum ad

In alio script. vt hic q. 1. ar. 4.

ad mysterium incarnationis.quod hoc mysterium angeli ab hominibus didicerūt. Praeterea. Superiorum est illuminare inferiores. sed quidam homines quibusdam angelis sunt superiores, vtpote Deo per gratiam propinquiores. ergo angeli ab hominibus discere potuerunt incarnationis mysterium. Praeterea. Creatura rationalis potest aliam instruere, & per illuminationem, & per loquutionem. loqui autem nō potest superior solum inferiori. sed etiam inferior superiori. ergo homines, quāuis sint angelis inferiores, possunt per modum loquutionis aliquid conceptum vel diuinitus reuelatum angelis intimare. Sed cōtra est quod Diony. dicit quarto ca. de cę. Hierar. quod homines per angelos incarnationis mysterium sunt edocti. Praeterea, Incarnationis mysterium inter homines familiarius beata virgo cognouit. sed ipsa cognouit hoc angelo nunciāte, vt habetur Luc. 1. ergo multofortius alii homines didicerunt per angelos, & non econuerso. Respond. Dicendum, quod incarnationis mysterium cognosci pōt dupliciter. Vno modo secundum quod ex rationibus ęternis dependet, & sic homines ipsum per angelos didicerunt, & nō econuerso. Nam reuelationes diuinę ad homines mediantibus angelis deferūtur. Alio modo secundum quod est temporaliter expletum, & sic, quantum ad aliquas particulares circunstantias hoc mysterium angeli cognouerunt, sicuti & alia temporalia cognoscunt propter hoc quod sunt eis praesentia quaedam futura, quae ex se scire non poterant, nisi per diuinā reuelationem, per quā & ipsum incarnationis mysterium omnes angeli a mundi primordio etiam quantum ad rei substātiam didicerunt, vt August. dicit super Geñ. ad literam. Quia vero quaedā quae ad mysterium incarnationis pertinent, operatione hominum, & apostolorum

p.p. q. 57. art. 5. ad. 1. q. 64. ar. 1. ad qrtū. q. 106. ar. 4. ad 3. q. 117. arti. 2. ad pri. De ve. q. 8. ar. 9. ad. 2. Opu. 2 c. 26. Esa. 63 princi. Ephe. 3. le. 3 c. 1.

pręcipue prędicatione completa sunt in actu, per hunc modum angeli per homines hoc didicisse Hierony. dicit. Ad primum ergo dicendum, quod ecclesia, secundum Augu. sumitur ibi pro triumphanti nō pro militāti, vt sit sensus, quod principibus per ecclesiam. i. in ecclesia cęlesti inotuit incarnationis mysterium. Vel si sumatur pro ecclesia militāte hęc determinatio, per ecclesiam, non determinat hoc verbum innotescat, sed pręcedens. s. illuminare, vt sit sensus, quod Apostolo data est gratia illuminare omnes per ecclesiā. i. qui sunt de ecclesia. Vel si determinet hoc verbum inotescat, vt Hierony. vult oportet intelligi quod innotuit angelis per ecclesiam, inquantum hoc mysterium in ecclesia completum est. Ad secundum dicendum, quod licet homo possit esse maior angelo quantum ad causam, non tamen quantum ad statum, quādiu homo est viator, & angelus compręhensor. Sicuti herba aliqua est maior parua arbore secundum pręsentem statum, quamuis in parua arbore sit causa maioris magnitudinis. Ad tertium dicendum, quod inferiores superioribus loquuntur de his quae subiacent lib. ar. Tale autē non est incarnationis mysterium.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur quod ordines angelorum post diem iudicii non erūt: Hierarchia enim est sacer principatus, & sic quilibet ordo qui est pars cęlestis Hierarchię aliquam pręlationem importat. sed in futuro cessabit omnis pręlatio, vt dicit gl. 1. Cor. 15. ergo ordines angelorum non manebunt. Praeterea. Ordines angelorum praecipue secundum actus distinguuntur, vt supra dictum est. sed actus quorūdam ordinum non erunt post diē iudicii, sicut miracula facere, dęmones arcere, & alia huiusmodi. ergo aliqui ordines euacuabuntur, & eadem ratione

In alio script. vt hic, q. 2. ar. 6. p. p. q. 108. ar. 7. o. 1. Cor. 15. lec. 3. co. 3.

alii. Præterea. Ordo cęlestis Hierarchiæ est quosdam illuminari, quosdam illuminare. sed post diē iudicii vnus angelus alium non illuminabit, quia vlterius in cognitione non proficient, vtpote in vltima completione existētes. ergo ordines angelorū post diem iudicii non erunt. Sed contra. Posita causa ponitur effectus. sed causa distinctionis ordinum est distinctio in naturalibus donis & gratuitis, quę semp in angelis erit, quia nunq̄, quantum ad hoc erunt omnes ęquales. ergo post diē iudicii in angelis erit ordo. Preterea. Angelorum & hominum in patria erit ęqua conditio. Mat. 22. Erunt sicut angeli Dei in cęlo. sed in hominibus erit ordo distinctus, etiam post resurrectionē, vt patet. 1. Corin. 15. Stella differt a stella in claritate, sic erit & resurrectio mortuorum. ergo post diem iudicii etiam in angelis erit ordo. Respond. Dicendum ꝙ cum ordo sit nomen potestatis, de ratione ordinis duo esse videntur. s. perfectio aliqua per quam in gradu constituitur, & actus ad quē potestas ordinatur. Quātum ergo ad primum post diem iudicii ordines in angelis remanebunt, sicut & modo sunt. Vnde & homines ad ordines angelorum assumi dicuntur. Sed quantum ad secundum distinguēdū est: Nam vnicuiq; ordini aliquomodo duplex actus respondet. Vnus in ordine ad ea quæ eorum ministerio temporaliter sunt agenda, & hic actus post diē iudicii non remanebit, quia tunc omnia ad suum terminū perducta erunt. Alius, actus in comparatione ad Deum qui est etiam principium eorum quæ circa inferiora agunt, inquantum eius imperio agunt, & iterum finis, inquantum de suis actibus in ipso gloriantur, & sic actus ordinum etiam post diem iudicii remanebunt. Ad primum ergo dicendum, ꝙ post diem iudicii cessabit prælatio, quantum ad officium dirigēdi in finem, quia tunc erunt omnia in suo fine, nō autem quantum ad dignitatis gradum. Ad secundum dicēdum, ꝙ obiectio illa procedit de actibus quos angeli i inferiora agunt. Ad tertium dicendum, ꝙ licet angeli iferiores post diem iudicii in sciētia proficere non possint, tamen eorum cognitio continuabitur virtute superiorum angelorum, prout in eis cognoscēt aliqua quæ in Dei essentia non sufficiēt intueri.

Distin. Duodecima.

Et de angelicæ naturæ &c.

Quęstio vnica.

Hic queruntur quatuor.

Primo vtrum omnia creata sint simul, secundum formam vel secundum naturam tantum. 1. mām

Secundo vtrum illa materia aliam formam habuerit, si omnia non sunt simul ſm formam creata.

Tertio qualiter sint vi. dies intelligendi, si omnia sint simul creata, etiam secūdum formam.

Quarto de modis diuinarum operationum, quæ tangun tur in littera. Quo ad hanc distinctionem nota. p. p. q. 66. per totum. In alie īcript. vt hic ar. 2.

Articulus primus.

Ad primum sic proceditur, & videtur ꝙ omnia sint simul creata in formis suis distincta. Ea quæ ad sui perfectionem operari vel cooperari non possunt, statim debent esse in principio perfecta: Pro nihilo. n. eorū perfectio differtur. sed vniuersum non poterat operari neq; cooperari ad primam institutionem naturę. ergo fuit creatum perfectum perfectione naturę, & ita in sui creatione habuit omnes species rerum distinctas. Pręterea. Opus

creationis

creationis diuinam potentiam manifestat. sed magis manifestatur potētia agētis si subito operetur q̄ si successiue. ergo Deus in instanti vniuersum perfectū creauit, secundum species distinctum.

Praeterea. Boetius dicit φ natura a perfectis sumit initium. sed totius naturae initium est prima rerum creatio. ergo tunc sunt omnia creata perfecta ſm species suas. Sed contra est quod dicit Grego. exponens illud Ecclesiast. 18. Qui viuit in aeternum creauit omnia simul. Deus inquit omnia creauit simul. p substantiam materiae, sed non per speciē formae. Praeterea. Gen. 1. dicitur φ in principio creationis terra erat inanis, & vacua. Hoc autē nō esset si in principio omnes species rerū fuissent distinctę. ergo non omnia sunt simul creata secundum species. Respond. Dicendum φ in vniuerso sunt duę rerum spēs: Quędam nāq; oportet immediate poni re ab ipso Deo esse facta, sicut angelos, corpora cęlestia, & elementa mundi, & prima indiuidua animalium generatorum ex semine: Ad hęc enim producenda natura virtus non potest. Quaedam vero sunt quae virtute naturae fieri possunt, & hęc pertinent ad vniuersi cōseruationem, sed prima ad vniuersi institutioné. In primis ergo seruatur ordo naturae, sed non temporis ſm August. qui ponit omnia huiusmodi simul esse creata. In aliis vero oportet seruari ordinem temporis. Sed secundum alios sanctos in vtrisq; seruatus est, non solum ordo naturae, sed etiam temporis. Prima ergo opinio magis conuenit rationi, nec est contra scripturam, quia ea quae in scriptura ordinem temporis importare videntur, ad ordinem naturae Aug. refert. Secunda vero magis conuenit scripturae, secundum suam superficiem. Quia ḡ vtraq; a sanctis patrocinīū habet, vtráq; sustinendo obiectionibus hincinde factis respondendum est. Ad primum ergo dicendum, φ imperfectio vniuersi in principio creationis non fuit ad hoc vt creatura se in perfectioné produceret, vel propter impotentiam facientis, sed vt ostenderetur vniuersi perfectioné esse a Deo per imperfectionem quę praecessit. Et per hoc responsio ad secundum. Ad tertium dicendum, φ Boetius loquitur q̄tum ad primum principium rerū naturalium, quod quidem est, secundū φ res in Deo sunt. Ad quartum dicendum, φ Greg. loquitur ſm suam opinionem, nec est incōueniens φ circa ea quae non sunt de essentia fidei, sancti diuersas opiniones hēant in expositionibus scripturarum. Ad quintum dicendum, φ per terram inanem & vacuam, materia pria itelligitur, vt in litera dicitur, quę vt in se cōsideratur nullam formam habet. Pręcedit autem alia non tempore, sed natura.

p. p. q. 66. ar. 1. q 69 ar. 1. et 2. c. De po. q. 4 ar. 1. et 2. c.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic. ar. 4.

AD secundum sic proceditur, & videtur φ materia illa in qua omnia sunt simul creata vel facta, omni forma carebat: Illa enim materia primo creata erat perficienda per distinctionem formarum sequentium, nō corrumpenda. si ergo aliquam formam habebat, tunc formę superuenientes sunt illi superadditae. sed omnes formę quae superadduntur formae essentiali sunt accidentales. ergo formę, quibus res in speciebus distinctis constituuntur, sunt accidentales, quod est inconueniens. Praeterea. Si habebat aliquam formā, forma illa nō poterit esse forma mixti corporis, quia hoc praesupponit formā miscibilium corporum. Similiter non posset esse forma alicuius elementorū, quia vnum elementorum non est naturaliter materia alterius, vt probatur in secūdo de generatione. Similiter nō potest esse aliqua alia forma, quia sic aliqua alia

forma per prius inesset materiæ ꝙ formæ elementares. ergo non potest esse ꝙ illa materia, in qua sunt oia simul creata, habuerit formam. Prꝗterea. Quæ sunt simul creata in materia, in vna materia sunt facta. sed materia non est vna propter hoc ꝙ habeat vnam formā, sed propter hoc ꝙ caret omni forma, vt cōmentator dicit in. 11. Metaph. ergo materia illa omni forma carebat. alias vna fuisset. Sed contra. Creatio terminatur ad esse. sed materia non habet eē nisi per formam. ergo sine forma creari nō potuit. Præterea. Augu. dicit, ꝙ omnia quęcunq; facta sunt. sunt facta per artem diuinam, sed omne agēs agit sibi simile. cum ergo ars sit quędam forma eorum quæ sunt facienda per artem, necesse est ꝙ omnia quæ diuinitus fiunt, habeant formam, & sic materia prima nō

p. p. q. 66. ar. 1 c. De po. q. 4 ar. 1. o. fuit sine forma creata. Respond. Dicēdum, ꝙ materia prima dupliciter accipi potest. Vno modo ſm ꝙ ly primū dicit ordinem naturæ. Alio modo ſm ꝙ dicit ordinem temporis. Primo modo loquēdo, materia prima nullam formā habet, quia omne compositum ex materia & forma resoluitur rōne in materiā primam priorem ordine naturæ, & cum non sit procedere in infinitum oportet peruenire ad aliquam materiam, cuius pars non sit aliqua forma: sed tamē materia prima sic accepta non potest esse sine aliqua forma sibi inhęrente, quāuis illa forma nō sit pars eius, quia cum dicimus esse simpliciter intelligimus esse in actu, quod non est nisi per formam, & per hoc patet ꝙ si accipiamus materiā primam secundo modo loquendi. i. quę primo ante omnia est creata, nō potest omni forma carere. habuit autem formam non vnam in omnibus suis partibus sed diuersas, qd designant ipsa verba scripturæ, quę statim in principio rceationis terram & aquam nominant, per quæ duo etiam alia elementa intelliguntur. Sic ergo dicendum est, secundū opinionem quæ ponit nō omnia simul creata esse in formis distinctis, ꝙ materia prima habuit formas elemētares substanciales, statim in sui creatione, quāuis non adhuc perfecte inessent elemētis vires naturales, quę sunt principia operationum naturalium in eis. Ad primū ergo dicēdum, ꝙ ratio illa procedit, si ponatur ꝙ materia prima habuit vnam formam secundum omnem sui partem, quæ postmodum in rebus distinctis remaneat. Nos autem ponimus materiam ſm diuersas partes diuersas formas elementares habuisse. Et per hoc patet responsio ad secundum. p. p. vbi su. arti. 2. ad pri. Ad tertium dicendum, ꝙ materia proportionatur ei quod est ex materia. Vnde sicut totum vniuersum est quasi vnum corpus, vnitate ordinis, non cōtinuitatis, ita materia prima creata habuit quandam ordinis vnitatem, non autem vnitatem formę. Tota enim ordinabatur ad constitutionem vniuersi perfecti, & sic tota habebat materię rōnē, prout erat n potētia ad vlteriorem perfectionem, quāuis aliqua perfectio iam ei inesset.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ si omnia sint simul creata, sī possit distinctio dierum conueniēter saluari: Dies enim, tempus quoddā designat. ergo numerus dierum, successionem temporis importat. duę autem partes temporis non sunt simul. si ergo in prima rerum constitutione non fuit successio. videtur ꝙ nō fuerit ibi numerus dierum. Præterea. Si dicatur ꝙ dies accipiuntur pro cognitione Angelorum. Contra. Angelus omnia in verbo cognoscit vna cognitione, sicut & verbum. si ergo cognitio Angeli dies dicitur, nō debet pluralitas dierum distingui. Præterea. Diei adiungitur nox,

In alie script. vt hic. p. p. q. 74. ar. 1. et. 2. o. De po q. 4 ar. 1. et 2. o. Heb. 4. le. 1 co. 2, et. 3. Iob. 40 lect. 2. co. 1. fi.

quę

quę est inter vespere & mane. sed inter dies illos vespere & mane numerantur. cum ergo nox, quæ obscuritatē importat, ad Angelorum cognitionem pertinere non possit, videtur ꝙ dies sumi nō possit modo prędicto. Pręterea. Quilibet dies, sicut habet vespere & mane, ita & meridiem. sed meridies non potest cognitioni Angelorum ascribi, cum ex hoc ipso ꝙ angelus est creatura a plena luce distet. ergo videtur ꝙ eius cognitio dies conuenienter dici non possit. Præterea. Cognitio angelica est vniformis respectu omnium, cum nō sit a rebus accepta. si ergo per diem cognitio angelica designatur, oportet ꝙ omnes dies essent vniformes, quod non videtur, cum primus dies habeat vespere, & non mane, septimus econuerso. Respon. Dicendum, ꝙ sicut de distinctione rerum. August. ab aliis sanctis aliter sentit, ita & de assignatione dierum: Nam alii sancti ad literam intelligunt dies per successiones temporum distinctos, sicut & nunc distinguuntur, quod quidem Aug. non videtur, pręcipue propter hoc ꝙ cum Deus non successiue operetur, sed solo imperio: constat totum opus quod vni diei ascribitur, in momento temporis esse completum. Vnde residuum tempus eiusdem diei superfluere videretur, nisi forte diceretur ſm alios ꝙ per hoc magis distinctio rerum designatur. Vnde August. per diem intelligit angelicā cognitionem, & per sex dies cognitionū sex genera rerum, sicut per primum diē cognitionem creaturarum spiritualiū, per secundam orbium cęlestium, per tertiam elementorum, per quartam stellarum, per quintam auium & piscium. per sextam animalium, & hominū. Qui quidem numerus ratione suæ perfectionis competit perfectioni vniuersi. Sic ergo cum dicitur aliquod Dei opus esse factum aliqua die, intelligitur esse factum angelo cognoscente. Ad primum ergo dicendū, ꝙ obiectio illa procedit ſm ꝙ dies materialiter, & nō spiritualiter intelligitur. Ad secundum dicendum, ꝙ cognitio angeli, qua cognoscit res in verbo, quāuis sit vna ex parte medii quo cognoscit, tamen est multiplex ex parte rerum cognitarum. Ad tertium dicendum, ꝙ signanter scriptura in constitutione rerum noctē non nominat inter dies, quia cognitioni angeli cæ nox culpę vel ignorantiæ non admiscetur Nec oportet omnia quæ sunt in die corporali inueniri in die spirituali. Ad quartum dicēdū, ꝙ meridies est absq; omni permixtione tenebræ. Vnde p meridiem signatur cognitio diuina, qua res in seipso Deus cognoscit, per mane vero intelligitur, cognitio qua angeli cognoscunt res in verbo, quia hæc cognitio tendit a tenebris naturalis defectus in lucem diuinam participandam, per vespere verò cognitio creaturæ in propria natura, quia hęc cognitio terminatur ad creaturam, quæ de se deficiens est, sicut vespera terminatur ad noctem, & in angelo cognoscente nox culpę fieret, si in creatura remaneret, eā in laudem Dei non referens. Ad quintum dicendum, ꝙ angelus seipsum non cognouit prius in verbo q̄ in propria natura, quia prius non potuit intelligere q̄ in propria natura esset. Vnde primus dies qui significat cognitionem angeli, qua se cognoscit, mane non habet sed solum vespere: dies autem septimus signat cognitionem diuinæ quietis, qua in seipso quiescit, cui nulla tenebra admiscetur, nec aliquo fine terminatur, & propter hoc vesperam nō habet.

P. p. q. 83. ar. 6. c. ar. 7. ad. 1. q. 69. ar. 1. c. De ve. q. 8. ar. 16. o.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ inconueniēter in litera Dei opera distinguantur: Nihil enim a Deo operatum est æternum. sed disposi-

In alio script. vt hic, ar. 5. o. p. p q. 66. ar. 3 et 4. o.

tio rerum in verbo est ęterna. non ergo debet dici operatio. Praeterea. Materia nō creatur sine forma, vt supra dictum est. forma autē est distinctionis principium. ergo opus creationis, & distinctionis non sunt distinguenda. Praeterea. Vbicunq; est multitudo ibi est distinctio, sed in opere creationis multitudo inuenitur, quia ponuntur quatuor simul creata. s. cęlum empyreum, angelica natura, materia corporalis, & tēpus. ergo in operatione creationis includitur opus distinctionis. Praeterea. Sicut distinctionis opus distinguitur ab opere creationis, ita opus ornatus ab opere distinctiōis, cū ergo opus ornatus praetermittatur, vr ꝙ insufficiens sit ēnumeratio operum diuinorum. Praeterea. Opus iustificationis, glorificationis, & creationis animarum sub nullo horum operum continetur. ergo insufficienter quatuor Dei opera assignantur. Respond. Dicendum ꝙ duplex est operatio. Vna quae est in ipso operante, vt velle intelligere, & huiusmodi, & secundum hoc sumitur primus modus. s. fm ꝙ Deus operatur, in verbo omnia dispo nendo. Alia operatio est, quae transit in rem exteriorem, sicut scribere vel ędificare. Hęc autem operatio potest Deo attribui dupliciter. Vno modo mediante operatione alterius creaturae, & sic est quartus modus, secundum ꝙ Deus operatur ex primordialibus naturae seminibus. Alio modo immediate absq; operatione alterius creaturae, & hoc dupliciter. Vno modo quantum ad productionem substantiae principiorū naturaliū, & sic est, secunda operatio quę hic ponitur. s. creatio. Alio modo quantum ad collationem virtutum naturalium factā principiis naturae, per quas principia naturalia abinuicem distinguūtur, & sic est tertia operatio quę hic ponitur. s. distinctionis. Ad primum ergo dicendum, ꝙ operationi quae sistit in ipso operante non respondet aliquod operatū, sed solum operationi quae procedit in rem exteriorem. Vnde nō sequitur ꝙ sit aliquod operatum a Deo ab aeterno. Ad secundum dicendum, ꝙ quāuis in ipsa creatione fuerit aliqua rerum distinctio propter formas substantiales, non tamē fuit completa, sed eius completio attenditur per hoc ꝙ virtutes actiuae & passiuae rebus naturalibus conferuntur. Ad tertium dicendū, ꝙ illa quatuor coęua sunt secundum genus distincta, sed oportet vlterius vt in eis secundum species distinctio attendatur, quae ad opus distinctionis pertinet. Horum autem numerus ex hoc accipitur, ꝙ inter primo creata cōnumerantur ea quae non possunt in eadem principia naturalia reduci. Accidens autem & substantia nō cōueniunt in materia. Similiter nec substātia spiritualis, & corporalis, nec etiam corpora inferiora & superiora: Et ideo inter primo creata ponitur, quantū ad spiritualia, natura angelica quantum ad corpora superiora, cęlum empyreum, quod cęteris est nobilius, quantum ad corpora inferiora, materia prima, de qua omnia producuntur, quantum ad accidentia, tēpus, quod solum est extra ea quae denominant, & vnū respectu omnium. Ad quartum dicendum, ꝙ opus ornatus quodāmodo includitur quidē secundum ꝙ opus distinctionis cōmuniter accipitur pro vnaquaq; distinctione. Distinguitur vero secundum ꝙ p opus distinctionis intelligitur distinctio principalium partium mūdi, quae fit per virtutes generales eis collatas, sicut in hoc ꝙ elementa adinuicem secernuntur. Ornatus autem secundum ꝙ species constituuntur a principalibus mūdi partibus existētes, sicut stellae in cęlo, aues in aere, pisces in aquis, & animalia in terra, & hoc est secundum ꝙ rebus conferuntur virtutes

virtutes ad determinatas species ordinatæ. Ad quintum dicendum, quod omnia huiusmodi opera ad quartam operationē reducuntur, quia natura præexistens potest ad hoc aliquo modo cooperari, saltem disponendo, quāuis non sufficiēter perficiendo.

Distin. Tertiadecima.

Prima autem distinctionis operatio &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum lux, de cuius creatiōe hic agitur, sit lux spiritualis vel corporalis.

Secundo si est, vtrum sit substantia vel accidens.

Tertio de modo productionis ipsius.

Quarto qualiter & alia sint facta per verbum.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, arti. 2. p. p. q. 67. ar. 1. 0.

AD primum sic proceditur, & videtur quod lux, cuius hic productio commemoratur, fuit lux spiritualis. Lux. n. diei causa existit. Dies autem, cognitio angelica hic intelligitur, secūdū August. cuius principium non est aliqd corporale. ergo lux, de qua hic agitur, non est aliquid corporale, sed spirituale. Præterea. Inter cæteras creaturas, substantiæ spirituales sunt nobiliores, nec conuenienter potuisset eorum creatio prætermitti a legislatore in scriptura diuina. non autem cōmemoratur nisi vbi intelligitur per cęli creationem & lucis distinctionem. ergo lux aliquid spirituale hic assignat. Præterea. Creatio vniuscuiusque debet cōmemorari in suo perfectissimo, quia perfectū naturaliter est prius imperfecto, sed lux perfectissime iuenitur in spirituali natura, & præcipue diffusio & manifestatio, quę ad lucis pertinent rationem. ergo quod hic dicitur de lucis creatione, oportet intelligi in spirituali natura. Sed contra. De rerum institutione debuit esse vniformis doctrina. sed aliqua, quorum creatio a principio Geñ. recitatur, proprie, & non metaphorice intelliguntur, sicut quod dicitur de plantis, & animalibus. cum ergo lux in spiritualibus metaphorice dicatur, vt patet per Ambr. qui ponit splendorē inter ea quæ de Deo trāsumptiue dicūtur, videtur quod lux hic accipiatur, non pro spirituali, sed corporali. Præterea. Lucem, de qua hic agitur, tenebræ præcesserūt, vt patet Gene. 1. sed tenebræ spirituales, quæ sunt ignorantia, vel culpa, non pręcedunt lucem spiritualem, cum angelus in principio suę creationis malus non fuit, vt supra dictum est. ergo per lucem non pōt hic intelligi lux spiritualis. Respond. Dicendū, quod lux accipitur hic, & pro spirituali, & pro corporali, sed secundū diuersorum expositionem August. nanque posuit quod per cęlū itelligitur spiritualis natura, & per lucem eius formatio, qua formata est ad verbum conuersa, sicut per terram intelligitur corporalis materia, & per alia subsequētia opera, formatio eius ad determinatas species. Secundū vero Basilium, & alios, commemoratur hic creatio lucis corporalis, quæ ideo primo inter cętera opera ponitur, quia est prima qualitas actiua per quam corpora superiora & iferiora agunt: Opus enim distinctionis vel ornatus attenditur, secundum hoc quod rebus virtutes actiuæ sunt collatæ, vel generales, vel speciales, vnde in principio poni debuit lucis conditio. Secundum etiam expositionē August. idem ordo competit: Nam formatio spiritualis naturæ formationem corporalis pręcedere debet. Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit secundum intentionem Augu. Secundum alios enim per diem non signa-

tur angelica cognitio, sed illustratio lucis corporalis. Ad secundū dicendū, ꝙ secundum Basilium, ideo angelorum creatio prætermissa est, quia secundum eum, angeli ante mundum corporalem creati sunt. Moises autem corporalis mundi institutionem manifestare intendebat. Supponendo vero, secundum cōmunem opinionem, ꝙ angeli cum mundo corporali creati sunt, potest dici ꝙ Moses rudi populo loquebatur, qui ad spiritualia capienda non erat idoneus. Ad tertium dicendum, ꝙ manifestatio, & diffusio per modum corporalem luci corporali competit, nō tamen sequitur ꝙ vbi ē verior manifestatio vel diffusio, ibi verius nomē lucis dicatur: Sicut nō sequitur ꝙ vbi verior cognitio, ibi verius cognitio dicatur, per hoc ꝙ visio ē cognitio quędam. Ad quartum dicendum ꝙ Augu. videtur velle, ꝙ lux in spiritualibus proprie accipiatur. Amb. & Diony. videntur sentire contrarium. Vtrūq; autem potest sustineri, vt dictum Ambro. & Diony. referatur, ad ipsum lucis nomen, dictum autem Augu. ad proprietatem lucis, secundum quam natura lucis a corporalibus ad spiritualia trāsfertur. Ideo autem potius in hoc primo opere metaphorica loquutione opus fuit q̄ in sequētibus, quia spiritualia hominibus, & maxime rudibus, per corporaliū similitudines manifestantur. Ad quintum dicendum, ꝙ ſm expositionē Aug. tenebræ non præcesserunt lucē tēpore, sed natura, quia etiam spiritualis natura, in se considerata, tenebrosa eēt, nisi diuinitus illuminaretur.

In alio script. vt hic arti. 3. p. p. q. 67. ar. 3. o.

Articulus secundus.

AD secūdum sic proceditur, & videtur ꝙ lux corporalis, de qua hic agitur, non sit accidens. Aug. enim dicit in lib. de lib. ar. ꝙ lux in corporibus tenet primum locū, & Philosophus in quinto topicorum, ꝙ lux est species ignis. nullum autem corpus est accidēs. ergo lux non est accidens. Preterea. Cuicūq; conueniūt corporis proprietates, illud est corpus. sed lux est huiusmodi, cūm dicatur moueri, reuerberari: cōiungi alii luci, & ab ea separari, quę omnia sunt corporū. ergo lux est corpus, & sic idem quod prius. Preterea. Cuilibet passibili qualitati est aliquid cōtrarium. sed luci nō est aliquid contrariū, ergo non est passibilis qualitatis. sed nō potest ad aliam speciem qualitatis reduci, nec in aliud genus accidētis. ergo lux non est accidens. Sed cōtra est quod Dam. dicit lucem esse qualitatem ignis. Præterea. Lux, secundum Philosophū, est actus lucidi, siue forma. omnis autem forma quæ aduenit, & recedit ab eo cuius est speciem non mutans, est accidēs. hoc autem de luce videmus, quia idem specie est aer lucidus, & tenebrosus. ergo lux est accidens. Respon. Dicendum, ꝙ circa naturam lucis sunt multæ opiniones. Quidam enim dicunt lucem esse corpus a corpore solari effluens. Sed cōtra hoc ē q̄a sequeretur duo corpora esse in eodem loco. s. lucem, & aerem, & corpus aliquod moueri in instanti, cum in instanti quo sol est in oriente illuminetur aer vsq; in occidentem. Et ideo alii dicunt, ꝙ lumen receptum in aere est accidens, sed lux, prout est in sole, est forma substantialis eius. Contra quod est, ꝙ forma substantialis non est sensibilis per se, sed solum per accidens, & iterum, quia Sol secundum similitudinem suæ lucis causat lumen in aere, qd constat accidens esse: Et ideo alii dicūt ꝙ lux nihil aliud est, nisi euidentia coloris. Contra quod est ꝙ lux aliquando apparet, & color occultatur, sicut patet in nocti lucis, quarū in nocte color occultatur, & lux apparet: Et ideo alii dicunt ꝙ lumen, secundum quod est in aere, habet eē spirituale tantum: Est enim

p. p. vbi su. ar. 2. o.

intensio

intensio lucis solaris in aere similis speciei lapidis in aere. Sed hoc non potest esse, quia huiusmodi intentiones non faciunt trãsmutationem in natura, quod tamen constat de lumine. Est.n.calefactionis principium: Et ideo dicendum, ꝙ lux, tam in sole, q̃ in aere, est qualitas, sed in sole est tanq̃ qualitas propria, & naturalis, sed in aere, sicut qualitas ab alio mutuata, prout etiam calor aliter est in igne, & in corpore calefacto: Et sicut ignis per calorem suum agit, ita & sol per lucem, & inde est ꝙ per lucem fit omnis alteratio in istis inferioribus, vt Diony. dicit, quia ipsa est qualitas primi alterantis. Ad primum ergo dicendũ, ꝙ August. & Philosophus accipiunt lucem pro corpore lucido, in quo maxime lux inuenitur, quantum ad inferiora corpora, quod est ignis. Ad secundum dicendum, ꝙ omnia ista dicuntur de luce vel radio quasi metaphorice, & nõ secundum proprietatem. Ad tertium dicendum, ꝙ oportet lucem esse in tertia specie qualitatis sicut & alia sensibilia p se, non tamẽ habet contrarium, eo ꝙ est qualitas primi alterantis, quod contrarietate caret.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, arti. 4. p. p q. 67. art. 4. o. Gal. 4. le. 6. fi.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ inconuenienter lucis productio referatur. Totius.n. luminis corporalis principium sol esse videtur. sed principium est prius principiato. ğ lucis productio nõ debuit poni añ productionem solis. Preterea. Lux non facit diem, & noctem, nisi per motum alicuius corporis quod circulariter mouetur. sed lux primo creata diem, & noctẽ faciebat, vt patet Geñ. 1. ergo videtur ꝙ non debuit tradi productio lucis, sed alicuius corporis lucentis. Praeterea. Deus creaturas visibiles facit ad suę potentiae manifestationẽ. sed lux est principium manifestationis. ergo statim a principio lucem facere debuit, vt lux a tenebris non praeueniretur. Preterea. Geñ. 1. dicitur ꝙ luminaria cęli facta sunt, vt sint in tempora, & dies, & annos. si ergo lux, de cuius creatione hic agitur, diem a nocte distinguebat, videtur ꝙ creatio luminarium superflua fuerit. Respond. Dicendum, ꝙ sicut dictũ est, opus distinctionis attenditur, secundum ꝙ partes mũdi adinuicem sunt distinctę, per hoc ꝙ eis sunt collatae virtutes actiuae generales ad propagationẽ naturalium effectuum. Partes autem mũdi possunt ad tres reduci quarum suprema est totum corpus cęleste, infima corpus terrestre, media tria elementa, cum vtroq; extremiorum conuenientia. Harum triũ partium triplex distinctio potest attendi, quarũ prima est distinctio primae partis ab vltima, & hoc pertinet ad primam diem. Secunda est distinctio primę partis a media, & hoc pertinet ad secundam diem. Tertia est distinctio mediae partis ab vltima, & hoc pertinet ad tertiã diẽ. Corpus autem cęleste, quod est lucidum distinguitur a terrestri per lucẽ, quae est etiam cõis virtus p quã omnia corpora cęlestia agunt, & sic cõuenienter primũ distinctiõis opus, est per lucis productionem. Ad primum ergo dicendũ, quod corpus solare, quantum ad suam substãtiam, creatum fuit inter prima creata, sed in primo die intelligitur sibi fuisse lux collata. In quarto vero die intelligitur sibi fuisse collata virtus specialis, in qua ab aliis corporibus cęlestibus distinguitur: Et quia substantia solis, habẽs virtutem generalem actiuam, s. lucẽ, est informis respectu virtutis specialis, ideo dicitur in litera, ꝙ de illa luce corpus solis formatum est. Ad secundum dicendum, ꝙ substantię specialium vel pricipalium, mundi; partium statim a principio creatę fuerunt, sed postmodũ sunt eis virtutes generales vel speciales attri

butę. Vnde non fuit dicendum in prima die ꝙ corpora lucida fuerunt facta, sed ꝙ lux fit eis data,& sic' per motũ circularem corporis lucidi,dies & nox fiebat q̃uis Dam. dicere videatur ꝙ tunc dies,& nox facta fuerunt per emissionẽ, & subtractionem radiorum, quod nõ videtur conueniens cum emissio radiorũ sit naturalis,& non voluntaria. Ad tertium dicendum,ꝙvt quidã dicunt,opus distinctionis statim cum opere creatiõis incepit,ita ꝙ opus creationis ad primũ diem pertineat. Sed melius videtur dicendum sustinendo ꝙ distinctio rerum per formas nõ sit facta simul, ꝙ creatio fuerit ante omnem diem,& sic lucis carẽtia,quæ tenebra nominatur, lucem præcessit: Decuit enim vt ab imperfectione ad perfectum diuina opera ducerentur. Ad quartum dicendum,ꝙ in productione illius lucis intelligitur solis virtus generalis corporũ cęlestiũ, Et ideo oportuit postmodum fieri mẽtionem de formatione luminarium,in quibusvirtutes speciales continentur.

I. lucis Solis, itelligitur virtus gñalis

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, ar.5.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ nõ omnia sint facta per Dei verbum:Quod enim fit a solo verbo,statim est cum verbũ profertur. sed verbum est ab æterno prolatum a Deo, ergo si per verbũ res factæ sint, videtur ꝙ fuerint ab æterno. Pręterea. Per denotat causam. si ergo pater dicitur res fecisse per verbũ, videtur ꝙ verbum sit causa operatiõis patris,& ita eius essentiæ,cum sua operatio sit eius essentia. Pręterea. Opus creationis totius Trinitatis est,si ergo per verbum creatio rerum facta dicitur,videtur ꝙ pari ratiõe de Spiritusancto in rerũ creatione mentio fieri debuerit. Pręterea. In his quæ fiunt per verbum,ipsum dicere est facere.si ergo res sunt factæ per verbum,nõ oportuisset ꝙ postq̃ dictũ est,dixit Deus Fiat firmamẽtũ,adderetur.Et fecit Deus firmamentum. Sed contra est quod dicitur Ioã.i.Omnia per ipsum facta sunt. Respon. Dicendum, quòd cum dicitur aliquis facere per aliquid,hæc præpositio,per,causam operatiõis demonstrat, quod potest esse dupliciter. Vno modo secundum quòd operatio ad operatum terminatur,vt intelligamus per hoc fieri rem quòd facit eam suscipere actionẽ principalis ãgẽtis, & sic,p,designat cãm mediam,quæ quidem est instrumentum, cum non habet virtutem eandem numero cum principali agente, & sic dicitur homo percutere per baculum, vel rex operari per baliuum. Alio modo,per, designat cãm operationis ẜm quòd exit ab operante, & sic per illud dicitur res operari quod est ei causa operandi, siue per modum finis, siue per modum formæ,sicut dicitur ignis calefacere per calorem,siue per modum superioris agentis, sicut baliuus dicitur opari per regẽ. Verbum ergo Dei potest sumi,& ratiõe eius quod est sibi proprium quod est hypostasis Filii,& sic Pater dicitur operari per verbum primo modo:quia.s.genuit verbum quod est operatorũ principiũ, nec tamen est instrumẽtum Patris,vt arriani dixerunt,quia habet eãdem numero virtutem cum Patre.Potest etiam sumi'ratiõe eius quod ei appropriatur.s. diuinæ sapientiæ vel artis, & sic Pater dicitur operari per Verbum secundo modo,sicut operari per suam sapientiam. Ad primum ergo dicendũ,quòd ea quę fiunt per verbum, non oportet ꝙ fiant quandocũq; est verbum,sed quando per Verbum determinatum est eis vt sint. Ad secundum patet solutio ex dictis q̃a causalitas præpositionis nõ refertur ad operantem,sed ad operatum. Ad tertium dicendum,quòd tam in operatiõe creationis, q̃ in operatione formatiõis rerum sit mentio de tribus personis: In opere

p.p.q. 36.ar.3 c & ad ter. De ve.q.5. ar.8.ad 3. Ro. 11.Le. 5.co.a et.3. Heb. 1 le.1.co. a et3.

opere quidem creatiõis persona Patris intelligitur per Deum creantem, persona Filii per principium in quo creata sunt, persona Spiritussancti in spiritu q aquis superferebatur. Similiter in opere formationis, persona Patris per Deum dicentem, persona Filii per verbum qd Deus dixit, persona Spiritussancti in approbatione rerum factarum, cum dicitur vidit Deus, &c. quia enim verbum importat rationem dictorum: Et ideo rerũ informitati non conueniebat nomẽ verbi, sed solum formationi, informitati vero nomen principii. Ad quartum dicẽdum, quòd per hoc quòd dicitur, dixit Deus intelligitur esse rerum in verbo, p hoc ꝙ dr̃ fecit, itelligitur esse reꝝ in intelligẽtia angelica, per hoc autẽ quod dicitur, factum est, intelligitur esse rerum in propria natura: Et quia suiipsius Angelus cognitionem habere non potuit antequã in propria natura esset, iõ in opere primæ diei, quod ad angelos pertinet, secundum Augu. non interponitur, & fecit Deus. Vel si hoc opus ad lucem corporalem referatur, hoc ideo dicitur quia esse lucis est in cõtinuo fieri, nec in ea differt esse factum, & fieri.

Distin. Quartadecima.

Dixit quoq; Deus,

fiat firmamentum.

Hic est duplex quæstio.
Prima de opere secundæ diei.
Secunda de opere tertiæ diei.

Quæstio prima.

Circa primum quæruntur duo.
Primo de aquis quę sunt supra firmamentum.
Secundo de ipso firmamento.

Articulus primus.

n alio cript. ic hic,

AD primum sic proceditur, & videtur quòd aquæ quæ supra firmamentum esse dicũtur, sint eiusdem naturæ cum inferioribus: Inter ea enim quæ sunt secũdum suas naturas distincta, non necesse est esse aliquid distinguens. sed firmamentum ponitur quasi distinguens aquas superiores ab inferioribus, vt patet Gen. 1. ergo superiores & inferiores sunt eiusdem naturę. Pręterea. Philosophi dicunt ꝙ hoc mõ se hẽt cęlũ in mundo, sicut cor in aiali. sed cor in aiali est sitũ in medio, & in eius supremo est cerebrum, quod est aqueæ naturæ. ergo & in mundo supra cęlum sunt aquæ. Præterea. Corpora cęlestia per suum motum sunt causa caloris, vt philosophus dicit in lib. de cę. & mund. sed Saturnus, inter planetas, velociorem habet motum, quãtum ad motum diurnum, quia in vna die motu suo maiorẽ circulum pertransit. ergo motu suo maxime causa caloris esset, nisi aliquid impediret. Inuenitur autem esse frigidissimus. ergo sua caliditas impeditur in circularitate aliquorum corporum frigidorum, & sic videtur ꝙ supra firmamentum sint aquę frigidę. Sed contra. Quãto aliquod corpus est superius in situ, tãto est subtilius. sed aqua non est subtilissimum corporum. ergo non debet esse supra omnia corpora. Præterea. Nihil est extra suum locum naturalem: nisi p violentiam. sed nihil violenter est supra lunam, quia corpora illa sunt impassibilia. cum ergo locus naturalis aquæ sit circa terrã, videtur ꝙ supra cęlos aquæ huius naturæ non sunt. Respon. Dicendum ꝙ supra firmamentum aliquas aquas esse dicere oportet pp authoritatem scripturæ, cui non est fas repugnare. Per has autem aquas quidam intelligunt aquas eiusdem speciei cum his quę apud nos sunt. Sed hoc non potest esse ſm naturam, in cuius institutione oportet requiri quid natura rerum patiatur, non quid Deus facere possit, vt Aug. dicit: Et ideo alii per has aquas intelligũt

p. p. q. 68. arti. 2. o. quol. 4 ar. 3. o.

De po. q. 4 ar. 1. ad. 5.

spirituales substantias. Sed hoc non videtur literæ conuenire, quæ dicit firmamentum diuidere aquas ab aquis, nisi forte intelligatur, ꝙ firmamentum diuidit sicut medium in ordine naturæ, vt pote incorruptibilitatem habens cũ spiritualibus substãtiis, motum autem corporalem cum substantiis inferioribus. Quidam vero dicunt ꝙ per firmamentum intelligitur aer iste super quẽ aquæ pluuiarum generantur, & hoc non videtur conueniens omnino: Nam in firmamento postea subditur, solem, & lunam, & stellas positas esse, quod de aere intelligi non potest. Vnde conuenientius dici potest ꝙ aquæ illæ non sint eiusdem naturæ cum aquis istis, sed aliquod corpus circulare de natura quintę essentię, aquarum nomen habet, quod ponitur supra spheram stellarum fixarum etiam ab astrologis, & est totum diaphanum non habens aliquam partem lucidam actu, & per hanc similitudinem dicitur cęlũ aqueum vel cristallinum, sicut corpus quod est totum lucidum actu, simili tudine dicitur cęlum igneum siue empyreum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ firmamentum dicitur aquas ab aquis distinguere, non quasi earum distinctionẽ causans, sed quia secundum locum inter eas ponitur. Ad secundum dicendum, ꝙ cor in animali in medio ponitur ad maiorem sui cõseruationem, cęlum autem conseruatione non indiget, cum de se sit impassibile, vnde non est simile. Ad tertium dicendum, ꝙ Saturnus, licet habeat motum velocissimum, vt dictum est, dicitur tamen frigidus effectiue, propter naturalem virtutem quã habet ad infrigidandum: motus enim corporum cęlestium est causa inferiorum alterationum, secundum quod per eum appropinquant, & elongantur virtutes actiuę quæ sunt in corporibus cęlestibus ab his inferioribus.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur, ꝙ inconuenienter firmamẽti productio describatur: firmamentum enim cęlum vocatur Geñ. 1. sed cęlum legitur creatum in principio ante omnem diem. Ergo inconuenienter secunda die firmamentum fieri describitur. Præterea. Firmamentum dicitur i quo sol, & luna, & stellę sunt sita vt patet Geñ. 1. sed sol, & luna, & stellę sunt in diuersis spheris, vt astrologi probant. ergo de firmamento non debuit scriptura facere mentionem, sicut de vno corpore. Præterea. Rabanus ponit septẽ cęlos. s. empyreum, crystallinũ, sydereũ, igneum, olympium, ęthereum, aereum. Firmamentum autẽ videtur esse cęlum sydereum, cum in eo sydera posita esse legantur. Non ergo de eius formatione potius debuit fieri mentio q̃ de aliis cęlis. Præterea. In corpore qđ circulariter mouetur, maxima fixio siue firmitas est in centro. Centrum autem mũdi est terra. nomen ergo firmamenti magis debuit terre attribui q̃ cęlo. Præterea. Cęlum, secundũ aliquos sanctos, ponitur esse de natura quatuor elementorum. firmamẽtum autem in litera tangitur quasi ab aliis elemẽtis distinctum. ergo videtur ꝙ inconuenienter nomine firmamenti cęlum designetur. Respon. Dicẽdum ꝙ sicut in prima die posita est distinctio supręmę partis mundi ab infima, ita ad secũdam diem pertinet distinctio supræmę partis a media. Quæ quidem distinctio attenditur secũdum hoc, ꝙ in alterationibus quę in mediis elemẽtis plurimę fiunt, & etiam in aliis motibus se habet corpus cęleste vt mouens & alterans, & alia vt mota & alterata. Intelligendum est ergo in hac secunda die esse cęlesti corpori virtutem vniuersalem mouendi inferiora corpora attributã: Et quia in omni alteratione oportet

p. p 63. 1. o.

tet peruenire ad aliquod primum alterans non alteratum, ideo ipsum cęlum, quod tanquam primum alterans instituitur, nomen firmamenti accepit propter impassibilitatem, & naturæ firmitatem. Ad primum ergo dicendum, ꝙ sm August. per cęlum in principio creatum intelligitur natura angelica informis, per firmamentum autem cęlum corporale. Secundum Rabanum vero per cęlũ in principio creatum intelligitur cęlũ empyreum: per firmamentum vero secũda die factum cęlum sydereum. Potest etiã dici cęlum idem vtrobiq; cõmemorari, sed in principio creatum secundum substantiam, secunda die perfectum siue formatum secundum virtutem. Ad secundum dicendum, ꝙ licet sint diuersę sphęrę, tamen omnes reputantur quasi vnũ corpus, propter similitudinem naturæ. Ad tertium dicendum, ꝙ numerus illoꝝ septem cęlorũ sic accipi potest. Corpus enim aliquod dici potest cęlum dupliciter. Vno modo per proprietatem naturę, & sic est triplex cęlum, quorum primum est vniforme & immobile. s. empyreum, secundum vniforme & mobile. s. cristallinum, tertium difforme & mobile. s. sydereũ. Alio modo dicitur aliquod corpus cęlum propter similitudinẽ proprietatis cęlestis. s. propter altitudinem & claritatem quę in aerę & igne inuenitur. Ignis ergo quantum ad supremam partẽ suę sphęrę, dicitur cęlum igneũ, quantum ad inferiorem dicitur cęlum olimpium a mõte olimpo, qui vltra nubes porrigi dicitur. Aer vero, quantum ad superiorem sui partem, dicitur cęlũ ęthereum, propter inflammationem ex vicinitate ignis: Nam secundum philosophum, ęther dicitur corpus velocis motus inflammabile vel inflammans. Quantum vero ad inferiorem partem dicitur cęlum aereum, & sic patet ꝙ de omnibus cęlis aliqualiter fit mentio in principio Gen. Ad quartum dicẽdum, ꝙ corpus cęleste est firmum, & quantũ ad naturã, quia non alteratur nec corrumpitur, & quantum ad locum, quia extra locum suum ferri non potest, nec secundum totum nec secundum aliquam partem, qđ de terra non contingit. Vnde potius cęlum ꝗ̃ terra dicitur firmamentum. Ad quintum dicendum, ꝙ sicut inter philosophos de natura corporis cęlestis diuersa fuit opinio, ita & inter sanctos: Nam Basilius & August. Platonem sequentes, posuerunt firmamẽtum de natura quatuor elementorum. Diony. vero Aristo. sequens, posuit ipsum esse alterius naturæ. Quorum ratio est, quia cum motus sit actus existentis in potẽtia, & alterius naturæ sit motus alius, quia corporis cęlestis motus est tantum ad naturam elementorum non ad formam, ideo ipsoꝝ est alia potentia, & natura. Hoc.n. nõ est de pertinentibus ad fidem: Et ideo non est inconueniens si super hoc diuersa sentiant.

'n alio cript. 't hic, r. 4. o. .p. vbi ıp. ar. .o.

In alio script. vt hic, ar. 2. o. p. p. q. 66. art. 2. c. quol. 6 art. 19. ad pri.

Quæstio secunda.

Deinde quæritur de opere tertiæ diei.

Et circa hoc quæruntur duo.
Primo de distinctione elemẽtorum abinuicem.
Secundo de productione planetarum.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ inconuenienter elementorum distinctio recitetur: Ignis enim, & aer sunt nobiliora inter elementa: cum ergo de eis nulla fiat mentio, videtur ꝙ insufficienter elementorum distinctio tangatur. Præterea. Congregatio aquarum ad suum locum, motum localem designat, sed aqua non fuit facta extra suum locum naturalẽ, quia sic violentum esset prius naturali.

In alio script. vt hic, arti. 5. vnicæ qõnis. p. p. q. 69. art. 1. o.

ergo cum aqua ante tertiam diem facta fuerit inc onueniẽter de eius congregatione in tertia die fit mentio. Preterea. Sicut se habet aer ad aquã, ita aqua ad terrã, sed aqua vndiq; terram circũdat. ergo & terram oportet vndiq; aquã circumire, & sic non oportet in vnum locum congregari, vt arida appareat. Præterea. In constitutione mundi res secundum suam naturam sunt dispositæ. si ergo aquæ ad vnum locum sunt cõgregatę, videtur ꝙ contra naturam sit, vt ab illo vno loco ad alia deriuentur, quod indeficiens fluminum decursus falsum esse ostendit. Præterea. Locus vbi aliquod elementum congregatur est locus eius naturalis in quo vnumquodq; corpus est maxime simplex & purũ. sed aqua in mari non est pura, sed terrestri permixta, vt ex eius salsedine patet. ergo incõuenienter dicitur aquas esse ad mare congregatas sicut ad proprium locũ. Respon. Dicendum, ꝙ tertia dies deputatur tertiæ distinctioni, quæ est mediæ partis ab infima. s. trium elementorum a terra. Quæ quidem distinctio est intelligenda secundum virtutes generales elemẽtis attributas, inter quas quasi primæ existunt grauitas & leuitas, eo ꝙ sunt principia motus localis, qui naturaliter est primus motuum: Et ideo hæc distinctio per congregationem aquarũ, quę motum localem designat, conueniẽter traditur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut dicitur, Plato principium

p. p. q. 66. ar. 1: ad. 5 De po. q. 4. ar. 1. ad. 2 Geñ. legens quatuor elementa ibi intellexit: Nam terra, & aqua proprio nomine nominantur. Aerem vero intellexit per spiritum qui aquis superfertur, ignẽ vero per cęlum, quem igneę naturę existimauit esse: Et similiter intellexit Rabi Moi. excepto ꝙ per cęlum intel exit quintam essentiam, ignem vero per tenebras, eo ꝙ ignis in propria sphęra nõ luceat, ſm philosophos. Sed quia quod dicitur de spiritu conuenientius ad Spiritũ sanctum refertur, ideo potest dici, ꝙ ignis & aer sunt intermissa, propter populi ruditatem qui corpora non existimauit, nisi ea quæ palpari possunt. Vel potest dici ꝙ ignis, & aer, quantum ad superiorem partem signantur per cęlum, vel firmamentum, propter sui altitudinẽ: Inferior vero pars aeris per aquã, pp humiditatẽ. Ex quę ẽt congregatione in vnũ locum dispositio aeris datur intelligi, quia aer accessit vnde aqua recesserat, & econuerso. Ad secundum dicẽdum, ꝙ aquæ non sunt extra locum suum factę, sed quia nondum eis perfectę, inerat virtus grauitatis, quæ eis secundum speciẽ suam debetur, nõdum ad proprium locum omnino redactę erant: Nec est simile de aquis ante sui pfectionem, & post. Ad tertium dicendum, quòd necessitate finis factum est, vt aqua nõ vndiq; terram circumiret, vt. s. in terra animalium & plantarum generatio eẽ posset. Competit etiam hoc elementorum naturæ: Nam terra quasi grossissima minimam habet quantitatem, & tota in vnũ constringitur. Aer vero tanq̃ subtilior vndiq; terram, & aquam circũdat. Aqua vero medio modo se habet: Nã circuit quidem terram in girum, sed non secundum omnem eius superficiem. Ad quartum dicendum, ꝙ ex virtute corporum cęlestium fit, ꝙ aquæ a loco principali decurrunt per terram, ad generationem corporum mixtorum: Et ideo non est contra naturam, quia ea quæ in corporibus inferioribus fiunt ex actione superiorum, naturalia sunt, vt Commentator dicit in tertio de cœl. & mundo. Ad quintum dicendum ꝙ aqua maris in superiori parte est salsa propter admixtionem vaporis terrestris, cum adustione solaris radii, sed in profundo est dulcis: Elemẽta enim in suis extremitatibus se inuicem alterant. p. p 74. 3. a

Articulus

p. p. q. 69. ar. 2.0.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur quod inconuenienter plantarũ porductio tertiæ diei ascribatur: Opus enim distinctionis ad principales partes mũdi referẽdum esse videtur potius quàm ad secundarias, quæ ad ornatum pertinent. sed plantæ non sunt huiusmo di; ergo earum productio non debuit poni inter opera distinctionis. Prętere rea. Philosophus dicit quod sol est pater plantarũ, terra vero mater. sed solis formatio describitur in quarto die. ergo incõuenienter dicitur plantas tertia die esse productas. Præterea. Post peccatum hominis dicitur Gen. 3. quod Deus dixit homini quod terra ei spinas & tribulos germinaret. Dicitur etiam Gen. 11. quòd Deus produxit de humo omne lignum pulchrum visu. ergo videtur quod inconuenienter plãtarum productio tertię diei ascribitur. Pręterea. Sicut plantę in terra figuntur, ita & corpora mineralia. si ergo plantarum generatio cum terrę discretione ponitur. videtur quod inconuenienter mineralia prætermittantur. Præterea. Firmamentum est nobilius quàm ipsa elementa & plantæ. sed in secũda die, qua factum est firmamentum, nõ ponitur aliud pertinens ad operis approbationem. ergo multominus debuit in tertia die poni, quod tamen ponitur, cum dicitur. Vidit Deus quod bonũ esset. Respond. Dicendum quod sicut dictũ est, ad tertiam diem pertinet quod elemẽtis naturales virtutes sint attributæ, ad productionem autem plantarum sufficiunt virtutes elementorum cum virtute cęlesti, quod patet ex hoc quod plantæ generãtur in terra sponte absque vllo semine: Et ideo conuenienter plantarum productio in tertia die ponitur. Sed tamẽ hęc plantarum productio aliter exponitur ab Aug. & aliter ab aliis sanctis: August. enim vult quod in tertia die plantæ fuerũt productę solum secundum virtutem seminalem, quæ collata est terræ ad plantarum productionem, & quod dicitur. Protulit terra &c. vult per anticipationem dici. Alii vero dicũt quod in ipsa tertia die plantæ productæ sunt, etiam in propria natura. Ad primum ergo dicendum, quod plantæ immobiliter terræ adhærent: Et ideo computantur quasi partes terræ, & propter hoc earum productio cũ opere distinctionis ponitur, & non cum opere ornatus: Nam ad ornatum vniuscuiusque elemẽti pertinent ea quæ in illo elemento motum habent. Vnde aues, quæ mouentur in aere, quiescunt in terra, pertinent ad aeris ornatum, & inde est quod plantæ ad nullius elementi pertinent ornatum. Ad secundum dicendũ, quod secundum Basilium, ideo plantarum productio formationi solis in scriptura pręmittitur, vt excludatur error quorũdam dicentium solem esse primã plãtarum causam. Voluit autem per hoc scriptura omnium rerum primam cãm Deum esse: Nec tamẽ sequitur quod effectus cãm præcedat, quia ad productionem plantarum sufficit generalis virtus cęlo collata in secunda die, & clemẽtis in tertia. Ad tertium dicendum, quod post peccatum hominis nõ sunt de nouo aliquæ species plãtarum productæ, sed illę quę prius extiterant inceperunt hominibus esse pęnales. Quod autem dicitur de plantatione lignorum Paradisi, planum est, secundum sententiam Aug. qui dicit plantas in tertia die productas nõ fuisse in actu, sed solum quantum ad virtutem seminalem. Secundum alios vero hoc quod de lignis Paradisi dicitur, est per receptionem intelligendum. Ad quartum dicendum quod mineralia non habent altiorem gradum dignitatis in entibus quàm elementa. Plantæ autem habent, quia sunt viuentia: Et ideo non est simile. Ad quintum quòd opus secundæ

In alio script, vt hic, arti. 5. ad sept

In alio script: vbi su. ad oct. & no. De po.

q.4 ar. dici completur per opus tertiæ: Nam
1. ad de aquæ in secundo distinguuntur a supe
ci. o. 2. rioribus, in tertio a terra: Et ideo vtriusque operis approbatio subiungitur in tertia die, & iterum propter mysterium, quia binarius numerus est primus numerus qui ab vnitate recedit, & est signum peccati. Vnde & quidam dicunt hac die angelos peccasse: Et propter hoc in quibusdam ecclesiis ad honorem angelorum persistentium, secunda feria missa celebrari consueuit.

Distin. Quintadecima.

Sequitur, dixit deus.

fiant luminaria &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo de opere quartæ diei.
Secundo de opere quintæ diei.
Tertio de opere sextæ.
Quarto de quiete, & sanctificatione septimæ.

Articulus primus.

In aliis script. vt hic, p. p. q. 70. ar. 1. o. a. 1.

AD primum sic proceditur, & videtur quod inconuenienter opus quartæ diei describatur: Luminaria enim ab aliis partibus firmamenti sola luce differre videntur. sed lux in prima die producta est. ergo non oportuit in quarto die de formatione luminarium fieri mentionem. Præterea. Sicut probant astrologi, plures stellarum sunt luna maiores. non ergo sol, & luna, respectu omnium, magna luminaria debent dici. Præterea. Illud quod est proprium vnius non debet multis attribui. sed distinguere diem, & noctem est proprium solis. ergo non debet luminaribus communiter attribui. Præterea. Nobilius non est propter vilius. sed luminaria sunt nobiliora quam terra. ergo inconuenienter ponitur terræ illuminatio luminarium finis. Præterea. Plus est esse causam quam signum. sed corpora cælestia sunt causa motuum qui sunt in istis inferioribus. ergo magis debuit dicere, Vt sint in causas quam vt sint in signa. Præterea. Luminaria non præsunt diei vel nocti, nisi per illuminationem. sed luna non semper lucet in nocte. ergo inconuenienter dicitur quod sol præest diei, & luna nocti. Respond. Dicendum quod sicut in tribus præcedentibus diebus per actum est opus distinctionis, ita in his tribus sequentibus peragitur opus ornatus, quod quidem ab opere distinctionis differt quantum ad duo quæ sunt de ratione vtriusque. Primo quidem quantum ad hoc quod per opus distinctionis principales mundi partes abinuicem secernuntur, per opus vero ornatus in ipsis principalibus mundi partibus aliqua præcipua constituuntur, quæ sunt ad ipsarum partium decorem. Secundo quia per opus distinctionis attribuuntur rebus generales virtutes ad agendum & patiendum, per opus vero ornatus speciales, quæ scilicet sunt ad hanc vel illam speciem determinatæ, & secundum vtrumque conuenit idem numerus, ac ordo: Nam in quarta die constituuntur in suprema parte mundi ea quæ sunt in cælo præcipua scilicet luminaria, quæ scilicet habent virtutes ad determinatos effectus, in quinta producuntur animalia in media parte, scilicet in aquis pisces, & in aere aues, in quibus et sunt virtutes generatiuæ secundum propriam speciem, in sexta hoc idem fit in infima parte, scilicet terra. Ad primum ergo dicendum, quod lux est quoddam commune omnibus corporibus cælestibus per quod agunt, sed præter hoc cuilibet luminarium inest virtus specialis ad determinatos effectus, secundum cuius exigentiam lumen eius operatur, & hæ virtutes intelliguntur attributæ eis in quarta die, & etiam præcedens lumen ampliatum. Ad secundum dicendum, quod quamuis aliquæ stellæ, secundum rei exigentiam, sint luna maiores,

luna

luna tamen dicitur magnum luminare, tum propter apparetem magnitudinē, tum propter efficatiam effectus in istis inferioribus. Ad tertium dicendum, ꝙ licet solis proprium sit distinguere die a nocte, annos tamen & quatuor anni tem pora, quantum ad esse eorum, & tanquā ad eorum dispositionē, est etiam aliorū luminarium: Nam si solus sol esset, omni anno ver, & estas, & alia tempora essent eiusdem dispositionis in calore & frigore. Accidit autē in eis variatio propter alia luminaria. Ad quartum dicendū, ꝙ corpora cęlestia nō sunt propter inferiora, sicut propter finem, nisi forte ꝗ tum ad hominē, qui est eis dignior propter animam rationalem, sed finis eorū principaliter est assimilatio ad Deū, quē consequuntur in hoc quòd inferiorum causa quodāmodo existunt, ex quo vtilitas in inferioribus corporibus prouenit. Ad quintum dicendum, ꝙ aliqua causa dicitur signum propter duo. Primo propter eius sensibilitatem, vnde fit vt suum effectum denunciet. Secundo propter modum causandi, quia. s. ex ea suus effectus non necessario sequitur, & propter hæc duo causæ cęlestes signa di cuntur. Tum quia per hoc ꝙ sensibus patent denunciant suos effectus latentes, quia sunt causæ remotæ, & per defectum causarum proximatum eorū effectus impediūtur interdum. Ideo autem potius vti voluit nomine signi ꝗ causæ, vt tolleretur populo idololatriæ occasio, quæ pręcipue in veneratione luminarium cōsistebat, & iterum quia ad plura se extendit eorum signatio ꝗ causalitas: Nam causę sunt solum corporaliū, signa autem possunt esse etiam spiritualium, inquātum corporalia ad spiritualia disponunt. Ad sextum dicendū, ꝙ de luna hic agitur secundum ꝙ est in sui complemento. s. cum est quintadecima: Tunc enim totam noctem illuminat. Habet etiam secundum suam virtutem similitudinem cum nocte, inquantum est effectiuę frigida & humida. Vñ ab astrologis dicitur planeta nocturnus, & sol diurnus.

Articulus secundus. In alio script. vt hic, q. 2. ar. 1. & 2. p. p. q. 7 1. o.

AD secūdum sic proceditur, & videtur ꝙ incōuenienter opus quintæ diei describatur. Aqua enim, & aer sunt diuersa elementa. Volatilia etiam, & natatilia sunt diuersa animalium genera. non ergo ad eundem diem pertinere debuit productio piscium, quibus ornatur aqua, & volatilium, quibus ornatur aer. Pręterea. Ignis est nobilissimus inter elementa. ergo eius ornatus prætermitti non debuit. Præterea. Nobilioris corporis nobilior debet esse ornatus. sed aer est corpus nobilius terra, cum ergo terra ornetur animalibus rationalibus, videtur ꝙ multofortius aer, vt platonici posuerunt. Pręterea. Vnumquodq; corpus sequitur motum elementi in eo prædominantis, & similiter quietem. sed aues non habent naturalem quietem in aqua, sed magis in terra. ergo in compositiōe auium aqua nō dominatur. Præterea. Quęcunq; sunt aquea a magis calido dissoluuntur, vt dicitur in quarto metheororum. corpora autem omnium animalium, calore naturali dirigente, condensantur. ergo neq; auium, neq; piscium materia est aqua. Respond. Dicendum, ꝙ opus ornatus debet respondere operi distinctionis. Vnde sicut in distinctionis opere aqua, & aer, prout simul computabantur, siue cum distinguerētur a superioribus in secunda die, siue cum distinguerētur a terra in tertia, ita etiam & eorum ornatus ad eūdem diem pertinet, & hoc ideo quia aer & aqua sunt elementa maxime mobilia. Vnde habent locum mediū vt a corporibus cęlestibus permutata, vires superiorum ad terrām deferant & quodā

modo in aqua est locus mixtionis. Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet volatilia & natatilia sint diuersorum generū, tamen in hoc conueniunt ꝙ habent motum aliquo modo corporis leuis, secundū ꝙ mouentur in aere, vel in aqua sine hoc ꝙ demergãtur, vel in terram cadãt Aer etiam & aqua conueniunt in hoc ꝙ sunt medium inter cœlum & terrã. Ad secundum dicẽdum, ꝙ ignis, propter vehementiam virtutis actiuę quam habet, consumit omne quod est extraneę natu
l. qbus ræ. Vnde cum corpora quæ sunt susceptiua vitæ qua elementa ornãtur oporteat esse mixta, igni non potuit aliquis ornatus attribui: Et si.n. aliqua mixta vt Ebenus, & Salamandra ad tempus in ignem non consumuntur, finaliter tamẽ ab igne consumerẽtur, si diu in eo remanerent. Ad tertium dicendum, ꝙ licet aer in se sit nobilius corpus q̃ terra, nõ tamen oportet ꝙ nobilioribus animalibus ornetur: Nam nobilitas animalium est secundum ꝙ nobiliori anima perficiuntur, quæ tanto est nobilior quanto corpus ad complexionem magis æqualem reducitur, ad quam requiritur abūdantia grauium elementorum in materia, eo ꝙ leuia excedunt virtute ipsa grauia: Et ideo non potest esse ꝙ animalia quæ habent motum in aere sint nobilissima animalium. Vnde in hoc platonici errauerūt, qui posuerunt aliqua animalia aerea rationabilia. Ad quartum dicẽdum, ꝙ in corporibus piscium & auiū superabūdat terra simpliciter, sed in cõparatione ad animalia terrestria superabundat in eis aqua. In piscibus quidem aqua grossior, in auibus subtilior, & vaporabilis. Vnde tam aues q̃ pisces habent quietem in terra, licet habeant motum in aere vel aqua. Motus autem in prædictis elemẽtis, q̃uis naturalis sit eis, inquantum sunt elementa, non tamẽ inquantum sunt animata, q̃uis ex natura-

li complexione eorū, magis competat eis motus prędictus q̃ animalibus terrestribus. Propositio ergo intelligitur de motu naturali, non de motu animalis. Corpora vero animalium aqueorum in aere mouentur motu animali. s. virtute animæ & plumarum. Sed motu animali, si deserantur a virtute animæ mouentis, mouerentur deorsum non sursum, & per hoc patet solutio ad quintum.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur quòd incõuenienter sexti diei opus describatur: Plus enim differt homo a quadrupedibus q̃ quadrupedia a volatilibus, eo ꝙ homo prę cęteris rationem habet. sed productio quadrupedum & volatilium ad diuersos dies pertinet. incõuenienter ergo eadem die homo, & bruta fiunt. Prętcrea. Inter alia animalia homo corporibus cęlestibus similior est, tum quãtum ad corpus quod per temperiem magis a contrarietate recedit, tum quantum ad motorẽ, qui vtrobiq; est substantia rõnalis. ergo immediate post formationem corporū cęlestium formatio hominis ante alia animalia poni debuit. Prętcrea. Deus eodem modo se habet ad omnia, q̃uis non omnia eodem modo se habeant ad ipsum. sed de aliis operibus Dei dictum est, dixit Deus. Fiat lux: Et iterum. Fecit Deus. ergo inconuenienter speciali modo loquendi dicitur de homine. Faciamus hominem, & creauit Deus hominẽ. Præterea. Sicuti alia animalia, ita & homo ex anima & corpore componitur. sed I aliis animalibus simul ponitur corporis & animæ productio. ergo incõuenienter circa hominem describitur seorsum factio vtriusq;. Præterea. Philosophus dicit in lib. de animalibus, ꝙ inter aquatica & gressibilia sūt aliqua animalia media de quibus legislator mentionem non facit. ergo insufficiẽter animalium

p.p.q. 72, o.

malium institutionem tradit. Respon. Dicẽdum ꝙ sicut superius dictum est, ad ornatum alicuius partis mũdi pertinẽt corpora quæ in illa parte motum hñt, non autem per hoc ꝙ habent ibi quietem, quia inquãtũ aliqua corpora quiescunt alicubi adhærẽt loco in quo quiescunt, & sic in vnum cum eo computantur. Inquantum vero mouentur, sic a loco separantur. Motus autem localis est signum perfectionis, ratione cuius ad ornatum elementi pertinere dicuntur, sicut motus animalium designat vitã ipsorum, & motus luminariũ facit cognosci eorum speciales virtutes. Licet ergo omnia animalia in terra quiescant, illa tamen specialiter ad ornatum terræ ptinent quæ in terra motum habent, siue totaliter terrę adhęreant, sicut reptilia, siue totaliter in sursum erigãtur, vt homines, siue medio modo se habeant, vt iumenta quæ magis a terra eleuantur, & bestię quę magis terrę appropinquãt. Ad primum ergo dicendum, ꝙ homo, q̃tum ad motum, conuenit cum quadrupedibus, ratione cuius ad ornatum terræ pertinet, quãuis ſm rationem omnia excedat. Ad secundum dicendum, ꝙ illud est postremum in generatione qd est completius. Homo autem quanto est similior tanto est completior. Vnde vltimo eius factio debuit poni. Ad tertiũ dicendum, ꝙ ad designandum nobilitatem hominis prę cæteris corporalibus creaturis vtitur speciali modo loquendi: Quia enim in homine singulariter est Dei imago ĩpressa, consequenter in eius constitutione fit mentio de pluralitate personarum, cũ dicitur, Faciamus. Quia vero corpus humanum ad nobilissimã formam producitur, conuenienter præ cęteris dicitur esse formatum. Quia vero eius forma prę cęteris materialibus formis per creationem educitur, vtpote in naturæ seminibus non pręexistens, decuit in eius constitutione de creatione fieri mentionem. Ad quartum dicendum ꝙ animæ aliorum animalium ſm esse suum a corporibus depẽdent, vtpote sine quibus esse non possunt, propter hoc simul eorum institutio cum corporibus traditur. Animæ autem humanę a corporibus non dependent: Et ideo nõ est simile. Ad quintum dicendum, ꝙ animalia media computantur inter ea cum quibus magis conueniunt. Non enim ęqualiter cum vtroq; genere conueniunt.

In alio scr. pr. vt hic. q. 2. ar. 11. a 3 sept.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ ea quę ad septimum diem pertinent inconuenienter in scriptura tradantur: Completio enim aliquid operis est. sed Deus die septima opus suum compleuit. non ergo tunc ab omni opere cessauit. Prӕterea. Opus Dei est non solum naturę institutio, sed etiam eius conseruatio. sed in septima die, & deinceps Deus opera sua conseruat. ergo nõ cessauit die septima ab omni opere. Si dicatur ꝙtũc cessauit a nouis creaturis condendis. Contra. Secundum philosophum in lib. de animalibus, frequenter apparent nouæ species animalium quæ nunquam apparuerunt. Deus etiam multa facit quæ nunquam antea fuerant, sicut quod creat animas, quòd vnit hominem Deo, quòd glorificat homines. ergo die septima ab opere non requieuit. Pręterea. Quies opponitur motui, & labori. sed Deus absq; omni motu & labore operatur. ergo eius cessatio ab opere quies dici non debet. Pręterea. Bonum magis respicit finem quàm principium. sed septima dies habet principium, & non finem, mane, & non vespere; ę contrario autem prima. ergo potius debet benedici prima dies quàm septima.

In alio script. vt hic, q. 3. o. p p. q. 73. ar. 1. 2. & 3. o.

Respon. Dicendum ꝙ dies isti, sicut supra dictum est, aliter accipiuntur secundum August. & aliter secũdum alios sanctos: August. nanq; hos dies refert ad cognitionem angelicam, secundum ꝙ res creatas intuetur, & sic dies distinguũtur dupliciter. Vno modo secundum diuersa rerum genera, & sic distinguuntur sex dies adinuicem, vt dictum est. Alio modo secundum diuersam rerum considerationẽ, & sic distinguitur dies septima, a sex præcedentibus: Nam ad sex dies pertinet rerum consideratio, secundum ꝙ egrediuntur a suo authore. Ad septimum autem consideratio earundem ſm ordinem quẽ habent in finem, prout. s. eorum author creaturis cõditis in se sicut in fine requiescit, & non in rebus factis. Secundum vero alios sanctos dies isti distinguuntur secũdum diuersum statum vniuersi: Nam semper nouo opere in perfectiorem statum vniuersum producitur, & sic sex dies ab inuicem distinguuntur, & etiam septimus ab eisdem: Nam in primis sex diebus partes vniuersi sunt constitutæ in seipsis perfectę, Septimo autem die incepit propagationis opus, per quod virtutes prius rebus collatæ in actum exeunt, & sic opera propagationis non fiunt a solo Deo, sicut opera sex dierum, propter quod dicitur die septima quieuisse. Ad primũ dicẽdum, ꝙ in hoc nostra translatio ab antiqua discordat: Nam in litera nostra dicitur. Compleuit Deus die septimo. In litera vero. lxx. dicebatur. Compleuit Deus in die sexto. Vtrũq; autem verum est: Est enim triplex alicuius rei perfectio. Vna secundum esse, prout ex omnibus suis partibus integratur. Alia ſm operationẽ, quę dicitur perfectio secunda. Tertia secundum finis constitutionẽ, quę est perfectio vltima. Prima ergo cõsumatio vniuersi pertinet ad sextã diẽ. Secunda vero & tertia ad septimum, vt ex dictis patet. Ad secundum dicendum, ꝙ conseruatio diuinorum operum non est alia operatio ab eorũ creatione, sed est eiusdem continuatio, & est simile de illuminatione aeris a sole. Ad conseruationem etiam operis diuini aliquid causæ secundę operantur, & sic ipsa conseruatio rerum cum opere propagationis quandã conuenientiã hẽt. Ad tertium dicendum ꝙ consumatio operũ, de qua hic agitur, est ſm perfectionem naturę. Vnde nihil prohibet ad perfectionem gratiæ vel gloriæ alia de nouo postmodum Deum fecisse. Omnes vero naturales effectus, qui de nouo fiunt, vel præextiterunt in seminalibus naturæ rationibus, sicut omnia quæ virtute naturę prõducuntur, siue fiūt noua secundum speciem, siue non, vel pręextiterunt in suo simili, sicut animę rationales, quę de nouo creantur, vel saltem in potentia obedientiæ, sicut ea quę per miraculũ fiunt. Ad quartum dicẽdum, ꝙ natura motus transfertur ad quãlibet operationem, & sic cessatio a qualibet opatione quies dici potest. Transfertur etiam ad desiderium finis nondum habiti, & sic quies dicitur ipsa fruitiõ finis, ſm quem desideriũ quietatur, & vtroq; modo quies Deo attribuitur in septima die, tum quia cessauit a nouis creaturis condendis, tum quia rebus omnibus constitutis, non in eis, sed in seipso quieuit, sicut in fine. Ad quintum dicendum, ꝙ bonum habet rationem finis, & ex eo diffusio est: Et quia septimæ diei attribuitur perfectio rerũ secundum finem, & secundum operationem per quam bonum creaturę collatũ quodãmodo diffunditur, conuenienter dies septimus præ cęteris benedicitur. Ex hoc autem quod in ipso est perfectio secundum vltimum finem sequitur ꝙ vesperam non habeat: Sicut enim principium non potest esse incipiens, ita vltimus finis non potest esse deficiens.

Distin.

Distinct. Sextadecima.

His excursis &c.

Quęstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum in creatura possit esse imago Dei, vel similitudo.

Secundo vtrum omnis creatura sit ad imaginem, vel sola rationalis.

Tertio vtrum imago perpetuo in homine maneat.

Quarto vtrum omnis homo æqualiter sit ad imaginem.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, p. p. q. 4. arti. 3. o. 1. con. c. 30.

AD primum sic proceditur, & videtur q̄ nulla creatura possit esse dei imago: Imago enim, secundum Hil. est eius rei ad quam imaginatur species indifferens, vel rei ad rem coęquandā vnita, & indiscreta similitudo. hoc autē omni creaturæ conuenire non potest in cōparatione ad Deum. ergo in creatura non potest esse imago dei. Præterea. Inter ea quæ sunt diuersorum generum non attenditur aliqua similitudo, sicut inter accidens & substantiam. sed Deus in nullo genere continetur. ergo creaturæ sub certis generibus contentæ, Deo similes esse non possunt. Præterea. Similitudo est relatio æquiparantiæ, & ad conuertentiam dicitur: Simile enim est simili simile. sed Deus non est similis creaturis, vt patet Esa. 40. Cui similem fecistis Deum, &c. ergo creatura non potest dici similis Deo. Sed contra est qd dicitur Gen. 1. Faciamus hoīem ad imaginem, & silitudinē nrām. Pręterea. Ad perfectionem agentis pertinet vt sibi simile agat. sed Deus est agens perfectissimum. ergo facit creaturas sibi similes.

De ver. q. 2. ar. 11. ad pri.

Respon. Dicendum q̄ similitudo attēditur secundum conuenientiam in forma. Quæ quidem conuenientia dupliciter esse potest. Vno modo secundum q̄ forma illa eodem modo vtriq̄ conuenit, sicut albedo duobus albis. Alio modo secundum q̄ illa forma in vtroq; diuersimode inuenitur, sicut domus quæ est in materia similatur arti quę ē in mēte artificis. Primo g̃ modo nulla creatura pōt esse similis Deo, eo q̄ omnis creatura quicquid bonitatis habet, etiā per ipsum & per participationem bonitatis eius hēt, Deus aūt per essentiam. In creatura aūt quicquid est, finitum est, in Deo aūt infinitum. Quæ ēt in creatura sunt distincta, sunt in Deo vnum. Sed quę q̃tūcunq; in creaturis existūt in Deo quodam nobiliori modo pręexistunt: Et iō secundo modo creaturas Deo similes eē oportet.

De ver. q. 7. ar. t. 7. ad dec.

Ad primum ergo dicendū, q̄ duplex est imago, perfecta. s. & imperfecta. Perfecta quidem Dei imago est solus Filius, & de hac procedunt diffinitiones Hil. Imperfecta autē Dei imago est creatura quæ, secundum q̄ ad imaginem est, aliquid ęqualitatis habet, nō secundum cōmēsurationem, Sed secundū proportionem, inquantum etiam habet de similitudine, intantum habet de vnitate, & indiscretione.

p. p. q. 35. ar. 2. ad. 3. 4. con. c. 11. co. 6. 2 Cor. 4. le. 2. co. 1. Heb. 1. lect. 1. co. 1.

Ad secundum dicendū, q̄ quāuis Deus non determinetur ad aliquod genus, in eo tamen pręexistunt nobilitates & perfectiones omnium generum. Vnde res cuiuslibet generis Deo aliomodo assimilatur. Non autem res vnius generis similatur rei alterius, quia in vno genere nō inueniuntur quæ sunt alterius.

l. aliquo modo

Ad tertium dicendum, q̄ ratio illa procedit, quando aliqua sunt similia ſm cōuenientiā in forma, quę eodē modo vtriq; attribuitur: Sic. n. nō est similitudo inter Deum & creaturā. Vnde creatura dicitur Deo similis, non aūt ecōuerso, sicut domus dicitur similis arti, & non econuerso.

De ver. q. 23. ar. 7. ad vndec.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur q̄ non sola, rationalis crea-

In alio script. vt hic, p. p. q. 93. ar. 2. & 4. con. c. 26. & 1. Cor. 11, le. 2. co. 3

tura sit ad imaginem: Ad imperfectam enim imaginis rationem sufficit imperfecta imitatio. sed in qualibet creatura est aliqua imperfecta Dei imitatio. ergo cum in creatura non sit imago, nisi secundum imperfectam imaginis rationem, videtur quod quęlibet creatura possit dici ad imaginem. Praeterea. Quanto aliquid est melius, tanto Deum perfectius imitatur. sed totum vniuersum est melius quam creatura rationalis. ergo totum vniuersum magis est ad imaginem quam rationalis creatura. Praeterea. Omnis transumptio fit ratione alicuius similitudinis. sed nomina aliquarum rerum corporalium frequentius de Deo transumptiue dicuntur, quam nomina rationalium creaturarum, sicut ignis, & lucis. ergo maior similitudo est eorum ad Deum quam rationalis creaturae, & ita magis debent dici ad imaginem. Sed contra. Homo dicitur ad imaginem Dei, secundum illud quod in nobis est excellentius, hoc est secundum mentem, vt August. dicit in lib. de Trin. sed mens in sola creatura rationali inuenitur. ergo sola rationalis creatura est ad imaginem. Praeterea. Inter rem, & eius imaginem nihil cadit medium. sed sola rationalis creatura Deo adhaeret. ergo ipsa sola est ad imaginem. Respon. Dicendum, quod in omni creatura est aliqua Dei similitudo, non tamen Dei imago, proprie loquendo: Imago enim similitudinem includit, & super eam addit duo, quorum vnum est expressio vnius ab altero. Vnde duorum ouorum, quamuis similium, vnum non est alterius imago, quia vnum non est ex alio, vt August. dicit in lib. 83. q. Aliud est vt similitudo attendatur quantum ad speciem rei, vel saltem quantum ad ea quae sunt signum speciei, sicut figura. Vnde aliquid dicitur esse hominis imago, non propter similitudinem in albedine, sed principaliter propter similitudinem in figura. Ratione ergo primi non deficit quin in qualibet creatura sit Dei imago: Similitudo enim Dei, in qualibet creatura ab ipso Deo deriuatur, sed deficit ratione secundi: Nam in rationali creatura sola inuenimus omnia quae nobis de perfectione diuinę naturae sunt nota: Creatura enim rationalis sola est, viuit, & intelligit, & propter hoc sola rationalis creatura est ad imaginem: vt August. dicit in lib. 83. q. Tertium autem addit imago supra similitudinem, s. aequalitatem, quę tamen non requiritur nisi ad perfectam imaginem, qualiter solus Filius est imago. Vnde Filius ita est imago, quod non ad imaginem: Praepositio enim quandam distantiam importat. Cęterae vero creaturae, neque sunt imago, neque ad imaginem.

pri. p. vbi sup. ar. 1. & De ver. q. 10. ar. 7. c.

Ad primum ergo dicendum, quod non quęlibet imperfecta imitatio sufficit ad rationem imperfectę imaginis, sed requiritur quod sit imitatio aliqualis quantum ad omnia essentialia rei, quę in specie includuntur, sicut homo est imago sui patris, vel saltem quantum ad signum, sicut denarius est imago Cęsaris. Ad secundum dicendum, quod vniuersum est melius rationali creatura extensiue, inquantum plura bona complectitur, non tamen est melius nec aeque bonum intensiue, quantum ad omnes eius partes, cum rationalis creatura sit nobilissima pars vniuersi. Ad tertium dicendum, quod similitudo creaturae ad Deum attenditur dupliciter. Vno modo secundum participationem diuinae bonitatis, & sic creatura rationalis est Deo similima. Alio modo secundum similitudinem proportionis, & sic nihil prohibet aliquas alias creaturas esse Deo similiores, a quibus sit transumptio ad diuina, sicut quod Deus dicitur ignis, quia ita se habet ad calefactionem spiritualem sicut ignis ad corporalem.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur

tur ꝙ imago in homine non semper remaneat. In Psal. 72. enim dicitur. Domine in ciuitate tua imaginem ipsorũ ad ad nihilum rediges. vbi dicit glo. Peribit imago, quia nec similitudinẽ retinebũt, qui de beatitudine nihil habebunt. ergo imago non semper in homine manet. Præterea. Imago similitudinem includit, vt Aug. dicit. sed similitudo Dei non semper manet in anima, quia attenditur secundum innocentiam & iustitiam, quę per peccatum tolluntur. ergo nec imago. Pręterea. In litera dicitur quòd imago consideratur in cognitione veritatis. sed cognitio veritatis non semper manet in homine. ergo nec imago. Sed contra. Si imago Dei tolleretur ab homine, pręcipue hoc fieret per peccatum sed per pctm̃ nõ tollitur, vt patet in Psal. 38. Verũtamen in imagine pertrãsit homo. ergo imago in homine semper manet. Præterea. Naturalia hominis semper in hoie manẽt. sed imago Dei in anima attenditur secundum memoriã, intelligentiam, & voluntatem, quæ sunt ei naturalia. ergo nunq̃ homo amittit Dei imaginem. Respon. Dicendum ꝙ ad imaginem pertinet aliquid dupliciter. Vno modo quasi ei essentiale. Alio modo sicut completiuum eius quantum ad bñ eẽ, vt patet in imagine corporali: Designatio enim lineamentorum est essentialis imagini, sed superinductio colorũ complet decorẽ imaginis. Ita & imago Dei nobis essentialiter consistit in mente, & in his quę eam consequuntur naturaliter: Ex ipsa enim natura humana, mens habet quod possit esse capax Dei, quod non esset nisi a materia conformitatem ex sua natura haberet ad Deum. Sed perfectio imaginis quantum ad bene esse, consistit in hoc ꝙ anima Deum actualiter capit, quod fit ꝑ gratiã & virtutes. Quantum ergo ad primum, imago semper manet in creatura rationali,

In alio script. 1. d. 3. in scda l.t parte. p. p. q. 93. ar. 4. o. De po. 9. 9. ar. 9. c.

sed quantum ad secũdum, amittitur per peccatum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ imago Dei dicitur perire in peccatoribus, & in præsenti, & in futuro: Vtrobiq; enim dei ciuitas statum habet. In præsenti quidem igitur in eis perit, inquantum eorum mens actu Deum nõ capit per gratiam inhabitantem. In futuro vero, inquantum potentia naturalis ligatur, vt nũq̃ in actum exire possit virtutis, tamẽ illud quod est naturę semper manet. Ad secundum dicendũ, ꝙ similitudo in plus ẽ q̃ imago, vñ aliqua similitudo contra imaginem diuiditur. Similitudo quidem quantum ad intellectum, quæ est prima perfectio rationalis creaturæ, inquantum huiusmodi, pertinet ad essentialem imaginis rationem. Sed similitudo secundum ea quæ pręcedunt intellectum, sicut essentia, & proprietates eius, vt imortalitas, & similia, & ea quæ sequuntur, sicut affectus & habitus perficiens potentiam, distinguitur contra imaginem, cum dicitur Geñ. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & sic ad similitudinem pertinent innocentia, & iustitia. Ad tertium dicendum ꝙ cognitio veritatis accipitur ibi non pro actu, sed pro potentia, quæ semper manet.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ imago Dei non magis sit in angelo q̃ in homine: Ad rationem enim imaginis pertinere videtur, vt August. dicit in lib. 83. q. ꝙ substantia interposita in illa, ab ipsa veritate formatur, & ideo nihil est illi cõiunctius, sed hoc conuenit animę sicut & angelo. ergo angelus non est magis ad imaginem q̃ homo. Præterea. Differentia generum vel specierum aliorum saluatur in omnibus quæ sunt in illis generibus vel speciebus, sicut quia ignis specie est aere subtilior, quilibet ignis quolibet aere sub-

In alio script. vt hic, arti. 3. p. p. q. 93. art. 3. o.

tilior est.sed non quilibet angelus quolibet homine melior est, quia Christus & beata virgo sunt supra omnes angelos. ergo angelus non est simpliciter secundum genus suum homine melior, & ita nec magis ad imaginem. Præterea. Sicut angelus est perspicacior in intelligendo q̃ homo, ita vnus homo q̃ alius, & vir q̃ mulier. si ergo ratione prædicta angelus sit magis ad imaginē q̃ homo, vir esset magis ad imaginē quā mulier, & vnus vir alio, quod non videtur, cum ea quæ ad speciem consequuntur æqualiter conueniant omnibus quæ sub illa specie continentur. Sed contra est qd August. dicit. 11. confe. Duo fecisti domine, vnū prope te. s. angelum, & aliud prope nihil. s. materiam primam. sed ꝓpter propinquitatem rationalis creaturæ ad Deum dicitur esse ad Dei imaginē rationalis creatura. ergo angelus est magis ad imaginem q̃ homo, vtpote propinquior. Præterea. Grego. exponēs illud Ezech. 28. Tu signaculum similitudinis, dicit. Quāto in eo subtilior est natura, eo magis in illo imago Dei insinuatur expressa. sed cōstat angelum esse subtilioris naturæ q̃ hominem. ergo angelus est magis ad imaginem Dei q̃ homo. Respond. Dicendum, ꝙ cum imago sit quædam similitudo ad Deum, ibi est maior expressio imaginis vbi est maior similitudo. Creaturæ autem rationalis ad Deum potest similitudo dupliciter attēdi. Vna secundum perfectionem naturę, & sic angelus est Deo similior, tū propter naturam subtiliorem, tum propter intellectum perspicaciorem. Alia scdm habitudinem ad res, & sic in homine inuenitur aliqua similitudo ad Deum quæ non est in angelis, sicut ꝙ vnus homo est principium omnium hominum, ꝙ anima est tota in qualibet parte corporis, sicut Deus est principium omnium entium, & etiā totus in qualibet parte mūdi. Prima autem similitudo est verior, sicut & verius esse habet ens absolutum q̃ relatio: Et ideo ſm primā silitudinem verius attenditur imago: Dicendū est ğ ꝙ in angelo est simpliciter imago Dei expressior, sed in homine secundū quid. Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet anima immediate formetur ab ipsa veritate sicut & angelus, tamē angelus perfectius formatur, loquendo secundum naturā vtriusq;, quia secundum illam veritatem perfectius cognoscit, quia in eo lumen intellectuale in sua puritate perseuerat. In homine autem est figuris sensibilibus obumbratū, vnde cum discursu cognoscit. Vnde dicit Isaac, ꝙ ratio creata, est in vmbra intelligentię. Nam secundum gratiam & gloriam possunt esse partes. Ad secundum dicendum, ꝙ excellentia quæ est ī Christo & beata virgine, est gratiæ vel gloriæ, non naturæ. Ad tertiū dicendum, ꝙ differentia angeli ad hominem non cōtinetur sub specie vna, sicut & differentia viri ad virū, vel viri ad mulierem. Vnde non est simile, nec tamen est inconueniens ꝙ quanto in aliquo natura humana est perfectior, tanto in eo sit diuina imago expressior.

In alio script. 1. d. 3. q. 3. ad qrt.

Distin. Decimaseptima.

Hic de origine animę, &c.

Quæstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum anima sit de Dei subſta.

Secundo vtrum sit facta ex aliqua materia corporali vel spirituali.

Tertio vtrum sit facta extra corpus.

Quarto de Paradiso, vtrū sit locus corporalis vel spiritualis.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ anima sit de Dei substantia: Flatus enim est substātia flantis. sed Deus in faciem hominis insufflasse, vel inspirasse

In alio script. vt hic, p. p. q.

90.ar. inspirasse legitur spiraculum vitæ.ergo
1.o.2. spiraculum vitæ, quod est anima,est de
con.?c. substantia Dei. Præterea. Vnitas ope
85.op. rationis attestatur vnitatem naturę. sed
3.c.94 anima conuenit cum Deo in operatio-
Psa.32 ne naturæ intellectuali.ergo est eiusdem
co.10. naturæ cum ipso. Præterea. Omnis
fi. forma quæ non est multiplicabilis per
diuersas materias,nō potest habere ima
ginem alterius naturæ,cum imago for-
mam contineat exemplaris. sed forma
deitatis est huiusmodi.cum ergo in ani
ma sit imago Dei, videtur ꝙ anima sit
de substantia,siue de natura Dei. Sed cō
tra. Natura diuina est intransmutabi
lis.sed anima humana multis transmuta
tionibus subiacet.ergo non est de natu-
ra diuina. Prętereа. Causa efficiens
& materialis in idē non incidunt, vt phi
losophus dicit in secūdo physi.sed Deus
est causa efficiens omnium.ergo nullius
rei potest esse causa materialis,& ita ani
ma non potest fieri de substantia Dei.
Respond. Dicendū,ꝙ ista positio di-
centium animam esse de Dei substantia,
ex tribus erroribus originē habere po-
test.Quorum primus est dicentium Deū
non esse aliquid distinctum a rebus, sed
ꝙ ipse in quibusdam est essentia, in qui-
busdam natura,in quibusdam anima,in
quibusdam intellectus,vt Auic.narrat.
Secundus error fuit dicentium Deū esse
animam mundi,vt Augu. narrat in lib.
de ciuita.Dei, qui cōmuniter ponebant
omnes animas partes esse illius,qua to-
tus mundus animatur. Tertius error
fuit dicentium animam esse vel princi-
pium vel ex principiis,ad hoc vt omnia
cognosceret, vt philosophus narrat in
primo de anima. Ex quo sequitur ꝙ cū
principium rerum Deus dicitur primō,
anima sit de natura diuina. Primus au
tem horum errorum reprobatur ꝑ hoc
ꝙ Deus non est omnia, sed omnibus al-
tius,vt etiā philosophus probat in.11.
metha. Secundus vero reprobatur ꝑ
hoc ꝙ Deus nec est corpus, nec forma
corporis,vt etiā philosophus probat.
Tertius vero error excluditur per hoc p.p.q.
ꝙ anima non cognoscit omnia, quia sit 84.ar.
idem omnibus quasi omnium principia 2.c.
continens,sed quia est in potentia oia.
Vnde constat positionem prædictā esse
falsam & erroneam,qua dicitur animā
esse de Dei substantia. Ad primum er
go dicēdum,ꝙ illa authoritas Gen̄.ſm
August.non cogit ponere animam esse
de Dei substantia. Primo qa hō flatum
non emittit de sua substantia, sed de ae-
re respirato,qui non est de substātia cor
poris,& multominus de substantia ani-
mæ. Secundo quia anima non potest fa
cere flatum nisi de corpore,cum non sit
creatrix:Deus autem qui est infinitæ po
tentię potest animam de nihilo creare,
& sic dicitur flasse, inquantum hominis
flatum creauit. Ad secundum dicendū,
ꝙ ratio illa sequeretur si intellectualis
operatio eodē modo Deo & animæ cō-
ueniret,quod patet esse falsum.Vnde ex
hoc nō vnitas sed similitudo naturæ cō
cludi potest. Ad tertium dicendum, ꝙ
ratio illa procederet,si in homine esset
similitudo, vel imago deitatis perfecta,
cuius contrarium supra dictum est.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & vi- In alio
detur ꝙ anima sit creata de aliqua script.
materia:Omne enim quod habet mate- vt hic,
riam,ex materia est factum. sed anima p.p.q.
habet materiam,quod ostēditur ex hoc 90.ar.
ꝙ est accidentibus subiectum: Nā forma 2.o.
simpliciter subiectum esse non potest,vt
Boetius dicit.ergo anima est facta ex ma
teria. Prętereа. Sicut se habet mate
ria corporalis ad corpora ita spiritua- l. sim-
lis ad spiritus.sed cum dicitur.In princi plex
pio creauit Deus cęlum & terram, ſcdm
August.per cęlum intelligitur spiritua-
lis natura informis, per terrā vero cor-

poralis. ergo ſicut ex materia informi præexiſtēti facta ſunt corpora, ſic & anima rationalis ex materia pręexiſtenti facta eſt. Pręterea. Perfecto non poteſt fieri additio, quia pfectum eſt cui nihil deeſt. ſed vniuerſum per opera ſex dieꝝ fuit perfectum, vt ſupra dictum eſt. ergo nulla pars vniuerſo de nouo additur. Hoc autem eſſet ſi anima ex non pręexiſtenti materia fieret, cum quotidie multæ animæ fiant. ergo videtur ꝙ anima ſit de aliqua materia facta. Sed cōtra. Omnis forma eſt ſimplicis eſſentiæ, alias iretur in infinitum. ſed anima eſt quædā forma. ergo eſt ſimplicis eſſentiæ. nō ergo eſt facta de aliqua materia. Præterea. Omne quod fit ex materia, exit in eſſe per generationem omne autem generabile eſt corruptibile. ſi ergo anima rationalis fiat ex materia, ſequitur ꝙ ſit corruptibilis, quod eſt inconueniens.

Reſpon. Dicendum ꝙ aliud eſt fieri ex materia, & aliud eſt fieri cum materia: Illa. n. ex materia fiunt quibus eorū materia pręexiſtit, & cum materia ſine forma eſſe nō poſſit, oportet ꝙ materia ex qua aliquid fit, ſucceſſionem formarum in ſe patiatur, quod non inuenitur niſi in rebus generabilibus & corruptibilibus, inter quarum formas eſt aliqua cōtrarietas, quę de anima dici nō poſſunt, niſi forte ſm errorē illorum qui animā eſſe corpoream exiſtimabant. Vnde anima non debet dici facta eſſe ex aliq̄ materia ſpirituali vel corporali. Fieri vero cum materia dicuntur illa quæ ſic fiunt vt habeant materiā partem ſui, in quo circa animam non eſt omnium concors ſententia, quibuſdam dicentibus animā ex materia & forma cōpoſitā, aliis hoc negātibus. De hoc aūt quid verius ſit in primo lib. dictum eſt, & ideo prętermittatur ad pręſens. Ad primū dicēdum, ꝙ illa ratio non probat animā fieri ex materia, ſed animā habere materiā, cui tamen, ſecundū eos qui hoc negant, poteſt reſponderi, ꝙ anima, q̄uis non hēat materiā, non eſt omnino ſimplex, cū ſit compoſita ex quo eſt, & quod eſt, ſicut alibi expoſitum eſt. Ad ſecundum dicendum, ꝙ informitas in corporali natura intelligitur quantū ad primū eſſe, ſed in ſpirituali natura quantū ad eſſe ſm, non quantū ad primū: Et ideo corporales res, ſm eſſe naturæ, fiunt ex materia pręexiſtente. Res autem ſpirituales fiunt ſm eſſe gratiæ ex natura cōſiderata abſq; gratię forma. Ad tertium dicendum, ꝙ perfectio vniuerſi eſſentialis quę eſt ſecundū ſpecies, fuit in primis. 6. diebus completa, non aūt accidentalis, quę eſt ſecundū indiuidua.

Articulus tertius.

AD tertium ſic proceditur, & videtur ꝙ animæ creatæ fuerint extra corpora: Finis. n. rei reſpōdet eius principio. ſed anima remanet poſt finem corporis. ergo & añ corpus creata fuit. Pręterea. Productio rei debet eſſe cōueniens naturæ ipſius, ſed intellectus, ſecūdum philoſophum nullius corporis actus eſt. ergo anima rationalis non debet fieri in corpore. Præterea. Creatura rationalis corpori nō vnita eſt nobilior creatura rationali corpori vnita, vt patet de angelo, & anima. ſed nulla dignitas ſubtrahitur animę rationali, niſi propter eius demeritum. ergo, ex aliquo demerito animæ rationalis eſt ꝙ corpori vnitur. Hoc autem non eſſet niſi corpori præextitiſſet, ergo animæ ſūt creatæ ante corpora. Sed contra. Quandocunq; eſt anima rationalis, pōt agere aliquid boni vel mali. ſed animæ rationales ante corpora nihil boni vel mali egerunt, vt patet per Apoſtolū Roma. 9. ergo animæ nō ſunt ante corpora creatę. Pręterea. Forma in via generationis non eſt prior materia, ſed magis poſterior, ſed anima eſt forma corporis,

In alie[...] ſcript[...] vt hic[...] q. 2. a[...] 2. p. p[...] q. 9[...] ar. 4. [...] De po[...] q. 3. a[...] 10. o[...]

ma corporis. ergo anima ante corpus creari nõ potuit. Respon. Dicendum ꝙ opinio quorũdam fuit animas añ corpora creatas esse, cuius duplex fuit occasio. Vna apud platonicos, qui cũ ponerent generationem perpetuam, & animas imortales, coacti sunt ponere circulationẽ in animabus, ne in infinitũ excresceret numerus animarũ, dicentes easdẽ animas quę nunc a corporibus absoluũtur, rursum post aliqua tẽpora corporibus alligari. Secunda occasio fuit apud Orig. qui inęqualitatem creaturarũ rationalium ex diuersitate meritorũ procedere credidit, ne Deus iniustus videretur inęqualitatem in creaturis rationalibus instituens absq; meritorum diuersitate. Vtrũq; autem per idẽ reprobatur, per hoc. s. ꝙ anima rõnalis non accidentaliter, sed naturaliter corpori vnitur, alias homo nõ esset ens naturale, sed accidentale. Ex hoc autem ꝙ anima naturaliter vnitur corpori, sequitur ꝙ vna anima vni corpori debeatur: Nam vna forma vni materiæ respondet, & vnum agens vni proprio instrumento conuenit. Ea etiam quæ naturalia sunt, sub merito non cadunt: Et præterea si animæ rationali est essentiale vniri corpori, eẽ sine corpore est ei accidentale. Naturale autem est accidentali prius: Vnde anima non est facta sine corpore, sed in corpore. Ad primum ergo dicendum, ꝙ animam esse sine corpore post mortem, est ei per accidens. s. per mortem corporis, quæ est ex peccato consequuta.

Ad secundum dicendũ, ꝙ intellectus dicitur nullius corporis actus eẽ, quia potentię intellectiuę non deputatur aliqd organum in corpore, sicut potentię visiuæ: Non autem per hoc voluit Aristo. ꝙ anima rationalis corporis forma non esset. Ad tertium dicendum, ꝙ inęqualitas spiritualium creaturarum est scdm earum naturam, vnde ex merito nõ dependet: Nec tamen ex hoc aliqua iniustitia Deo potest ascribi; cum ex mera sua bonitate creaturas instituerit, non quidem ęquales, vt diuersi gradus bonitatis implerentur, ex quibus cõstaret vniuersi admirabilis pulchritudo: Nec ex hoc animæ aliqua dignitas subtrahitur ꝙ angelo non est ęqualis, cum hęc inęqualitas naturam vtriusq; consequatur.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ Paradisus, in quo homo creatus dicitur, nõ sit aliquis locus corporalis: Dicitur enim in litera, ꝙ Paradisus ille vsq; ad lunarem globum pertingit. sed hoc nõ potest dici de aliquo loco terreno, propter sphærã ignis quę lunæ orbi contiguatur. ergo Paradisus ille non est aliquis locus corporalis, & terrenus. Præterea. Si Paradisus ille corporalis esset, arbores in eo plantatæ essent corporales, quod non videtur, cũ lignum vitæ sit ipsa sapiętia, vt habetur Prouer. 3. lignum etiam quod sciẽtiam boni & mali causat, non potest esse corporeum. ergo nec paradisus ille põt esse corporalis. Præterea. Flumina illa, quæ dicuntur a paradiso procedere, alibi habent notam originem. Fons ẽt ille, secundum Dam. est Oceanus, qui totam terram circundat. ergo ea quę dicuntur de paradiso illo ad literam intelligi nõ possunt, vt paradisus ille sit locus corporeus. Sed contra. Postq̃ homo peccauit, in paradiso spirituali non remansit: Dicitur autem Geñ. 3. ꝙ p aliqd tpis spaciũ remansit in paradiso. ğ oportet ꝙ intelligatur de corporali. Pręterea. Rei corporali debetur locus corporalis. sed paradisus est deputatus homini in statu innocẽtiæ tanq̃ proprius locus. cum ergo homo ex anima constaret & corpore, videtur ꝙ paradisus ille corporalis fuerit. Respon. Dicendum ꝙ cõmunis ecclesiæ sententia habet ꝙ pa-

In alio script. vt hic, q 3. ar. 2. p. p. q. 102. ar. 1. o.

rad. sus ille sit locus corporalis. Vñ opi nio Orig. reprobatur qui posuit omnia quæ de paradiso illo dicuntur mystice intelligenda esse. Rationabiliter autẽ ad literam intelligitur. Nam homo in statu illo fęlicitatem quandam habuit, sicut in anima inquantum scientia & virtuti-bus prædítus erat, ita & in corpore, qd erat quodámodo impassibile & immor-tale. Vnde ei debebatur, non solum pa radisus fęlicitati spirituali conueniens, sed etiam corporalis, competens corpo rali. Qui quidem locus ab omnibus per turbatióibus erat liber, sub æquinoctia-li constitutus, versus orientem, vt quidã dicunt, quasi in optima parte mundi.

In alio script. vt hic. d. 29. arti. 5. c. p. p. vbi su. ar. 2, o.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ paradi-sus ille terrestris nõ intelligitur esse exal tatus vsq; ad globum lunarem ratione situs, sed propter quandam temperiem, & incorruptionis similitudinem. Ad secundum ꝙ lignum vitæ, licet quãdoq; mystice accipiatur pro sapientia, per quam vita spiritualis habetur, tamen quædam corporalis arbor est quæ ex hoc lignum vitę dicitur, ꝙ vitam ho-mini in statu innocentiæ conseruabat. Sicut & Hierusalem, quãuis sit terrena ci uitas, quandoq; tamen sumitur pro cœ lesti. Lignum vero scientiæ boni & ma li, dicitur ab euentu, quia per eius esum homo expertus est quid intersit, inter obedientiæ bonum, & inobedientiæ ma lum. Ad tertium dicendum, quòd du plex est origo fluminum. Vna prima .s. Oceanus, & sic loquitur Dam̃. Alia proxima, & sic origo illorum quatuor fluminum est fons paradisi. Quod au-tem illa flumina alibi videntur habere originem, ex hoc prouenit ꝙ a paradi so egressa, iterum sub terra demergun-tur. Vnde ibi originem habere dicuntur vbi iterum renascuntur.

Distin. Decimaoctaua.

In eodem quoq; Pa

radiso &c.

Hic est duplex quæstio,
Prima de traductione mulieris ex viro.
Secunda de traductione animæ ex aĩa.

Quęstio prima.

Circa primum quęruntur duo.
Primo vtrum corpus mulieris de costa viri fuerit factum.
Secundo de seminalibus rationibus, & miraculis quę præter eas fiunt.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & vide-tur ꝙ mulier non sit facta ex costa viri. Formatio enim vnius ex alio non pertinet ad opus primæ institu-tionis naturæ, sed magis ad opus propa gationis opus autem propagationis ex rationibus seminalibus perficitur. Cum ergo in rationibus seminalibus nõ esset, vt ex costa viri fieret mulier, vt in litera dicitur, videtur ꝙ inconuenienter mu-lier de costa viri formata dicatur. Præ-terea. In corpore hominis non potest esse diuisio continui sine sensu doloris. dolor autem in homine esse nõ potuit ante peccatum. ergo non potest dici ꝙ mulier sit ex costa viri formata ante pec catum. Prętereа. Ex corpore paruę quantitatis absq; additione fieri non po test corpus magnę quantitatis, nisi per rarefactionem, vt patet per Aug. 10. su-per Gen. ad literam. non autem potest fuisse corpus mulieris tãto rarius costa viri, quanto eam in quantitate excessit: Sic enim esset rarior aere. ergo aliquid additum est costę, ad hoc ꝙ ex ea mulier formaretur. Magis ergo debet dici ꝙ ex illo addito formata est mulier, q̃ ex co-sta, cum illud sit maioris quantitatis. Sed contra est authoritas scripturæ Ge-ne. 2. Præterea Actuum. 17. dicitur ꝙ

In al[io] scri[pt.] vt h[ic.] p. p. 92. 2. et o. 1. sin. le. 1. 3.

Deus

Deus fecit ex vno omne hominum genus. hoc autem non esset nisi mulier ex viro esset formata.ergo &c. Respon. Dicendum ꝙ conuenienter mulier ex viro est formata, tum propter conditionē mulieris, quæ cum sit imperfecta, debet a perfecto originem sumere, tum etiam propter charitatem inter homines insinuandam, vt homines magis se diligant ex vno se esse cognoscentes, tum ad viri dignitatem ostendendam, qui est principiū vniuersale sui generis, sicut & Deus est principium omnium. Conueniēter etiam & de costa dicitur esse formata, vt ostendatur eam viro datam esse in sociā, non in dominam vel ancillam, vt in litera dicitur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ opus propagationis naturalis præsupponit principia actiua & passiua, & ita, cum vir sit principium actiuum in generatione humana fœmina passiuum, vtriusq; formatio non ad opus propagationis, sed ad passiuam rerum institutionē pertinet. Nec obstat ꝙ fœmina ex viro facta legitur, quia etiam vir dicitur esse factus ex terra, & similiter animalia, & plantæ. Ad secundum dicendum ꝙ costa illa nō fuit de perfectione Adę, prout erat quædam persona singularis, sed prout erat totius humani generis principium. Propter quod etiam illa costa resurget in Eua, in qua est de perfectiōe indiuidui, non autem in Adam. Illud autem quod hoc modo se habet ad hominem, non solum sine dolore, sed cū delectatione deciditur, sicut patet de semine. Vnde nō oportet ꝙ in costæ amotione Adam dolorem senserit, & præcipue cum hoc factū legatur eo in sopore extasis constituto. Ad tertium dicendū, ꝙ Hugo de sanct. Vict. & quidam eum sequentes dicunt, ꝙ ex multiplicatiōe materiæ costę absq; omni additione vel rarefactione mulier est formata, & ponūt simile de multiplicatione quinq; panū. Sed hæc multiplicatio intelligi non potest nisi, vel ꝙ crescat ipsa essentia materię s̃m se, vel ita ꝙ crescat quantitas cui subest. Primum non potest intelligi, nisi per creationem nouæ materiæ, vel p additionē materię præexistētis. Sed hoc non potest intelligi sine rarefactiōe quę quia ibi esse nō potuit, vt obiectio probat, oportet ꝙ intelligatur illa formatio esse facta ex costa, vel per nouę materiæ creationem, vel per additionē exterioris, & tamen ex costa formata dicitur mulier, quia illa materia, vel addita vel de nouo creata, mediāte materia costæ in formationē mulieris transiuit.

Articulus secundus.

AD secundum sic procedītur, & videtur ꝙ miracula non sint, quę fiūt præter rationes seminales. Inter rōnes .n. seminales computari oportet nō solum vires actiuas, sed etiam passiuas, sine quibus naturales effectus non producūtur. sed eorum quæ mirabiliter fiunt, virtutes passiuæ in rebus naturalibus præexistunt, quia, vt ab August. habetur in litera. Dedit Deus naturis vt ex eis hæc mirabilia fieri possent. ḡ miracula non fiunt præter rōnes seminales. Pręterea. Creatio rerum, & iustificatio impiorū, & resurrectio mortuorum pręter rationes seminales fiunt. Hæc tamen nō sunt miracula, cum creatio nō ordinetur ad gratiæ manifestationem. Iustificatio impii frequenter accidit. Resurrectio mortuorum non fit pręter fideliū spem, quæ omnia ad miraculum requiruntur. ergo non ex hoc aliqua dicuntur miracula ꝙ præter rationes seminales fiunt. Præterea. Facultas creaturæ nō se extēdit supra rōnē seminalē. extēdit aūt se ad opa miraculosa, qa hoīes & angeli miracula dūr facere. fiunt ēt quādoq; miracula de his quæ per naturam fieri possunt, sicut patet in sanatione infirmorum. ergo nō ex hoc est aliquid miraculosum qd pręter

In alio script. vt hic, arti. 3. p.p.q. 105. ar 7. o. De po. q. 6 ar. 2. 10. 3. con. c. 101. op. 60. c. 11. & 2. The. 2. le. 2. co. 2.

ter rationes seminales fit. Sed contra. Miracula, vt in litera dicitur, ad commẽdationem gratiæ fiũt. sed gratia, cum sit supernaturalis, non potest sufficiẽter cõmẽdari nisi per effectus supernaturales, qui seminales ratiões naturæ excedunt. ergo miracula sunt præter rationes seminales. Præterea Miraculum est aliquid arduum & insolitum, quod pręter spem admirantis apparet, & facultatem naturæ excedit. omne autem quod est ꝫm rationes seminales est infra facultatem naturę. ergo miracula sunt pręter rationes seminales. Respon. Dicendum, ꝙ admiratio proprie est cum alicuius effectus visibiliter apparentis cã non compręhenditur. Ex quo patet ꝙ aliqd potest cadere sub admiratione dupliciter. Vno modo, non propter seipsum, sed propter defectum admirantis, q nõ compręhendit causas secundum se cõmpręhensibiles. Vnde in his contingit ꝙ vnum & idem, quod non est admirabile sapienti, est admirabile idiotæ, sicut eclypsis Solis, vel Lunæ, vel aliquid huiusmodi. Alio modo propter seipsum, qñ .s. causa est secundum se incompręhensibilis, & huiusmodi sunt quæ sola virtute Dei fiunt, quam humanus intellectus compręhendere non potest: Et ideo hęc sunt cuilibet admiranda, propter quod hæc dicuntur miracula, proprie loquẽdo. Ad ea autem quę sola virtute diuina fiunt, seminales rationes naturæ non operantur, & ideo oportet dicere ꝙ miracula præter rationes seminales fiant.

p.p.q. 115.ar. 2.ad 4 De ver. q.8.ar. 12. ad quartũ De po. q.6.ar

Ad primum ergo dicendum, ꝙ potentia passiua refertur ad actiuam: Et ideo duplex est potentia passiua. Vna naturalis quę educitur in actum per agens naturale, & hæc inter rationes seminales cõputatur. Alia obedientialis quę habet ordinem ad potentiam actiuam diuinã cui omnis creatura obedit, & hęc nõ cõputatur inter rationes seminales. De hac loquitur August. in litera. Ad secundum dicendum, ꝙ creatio rerum, licet a solo Deo sit, non tamen proprie potest dici miraculosa, quia sicut aliqs effectus particularis ex sua natura habet ordinẽ ad suam causam proximam, ita vniuersitas creaturarum ad Deũ, & ideo exitus vniuersi a Deo nõ est miraculosus, sicut nec exitus cuiuslibet effectus a propria causa. Similiter nec iustificatio impii proprie miraculosa est, quia licet ratio seminalis eam non compleat, ad eam tamen disponere potest. Resurrectio autem mortuorum miraculosa est: Non.n. cadit sub spe naturæ, quãuis cadat sub spe gratię. Ad tertium dicendũ, quòd sancti homines dicuntur miracula facere orando, angeli vero orando, & ministerium adhibendo, non autem propria virtute pficiendo. Natura vero ad opus miraculi se non extendit, quia opus miraculi excedit facultatem naturæ, vel secundum substantiam facti, vt resuscitatio mortui, vel secundum modum faciẽdi, vt curatio febrium, quæ fit solo imperio, vel oratione.

ti.1. dec. oct.

Pri. secundę. q. 11[illegible] arti.[illegible] o.

p.p. 110.a[illegible] 4.o. [illegible] cund[illegible] secdę. 178.a arti. ad p[illegible] 3.p. 13.a[illegible] ti.2. tertiũ

Quęstio secunda.

Deinde quæritur de

traductione animę.

Et circa hoc quęruntur duo.

Primo vtrum anima rationalis sit ex traduce.

Secundo vtrum anima sensibilis & vegetabilis sint ex traduce.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ anima rationalis sit ex traductione. Accidens nõ traducitur, nisi subiectum traducatur. peccatum autem originale, cuius subiectum est anima rationalis, traducitur a parente in prolem. ergo anima rationalis est ex traduce. Pręterea, Homo generat sibi simile

In ali[illegible] scrip. vt hic p.p.q. 118.a 2.o. con.[illegible] 86.[illegible] et. 8[illegible]

De po. q. 3. art. 9. o. quol. 12 art. 11. o. opu 3. c. 93. simile secūdum speciem. sed genitus homo habet speciem per animam rationalem. ergo anima rationalis geniti traducitur a generante. Præterea. Omne quod dat complementum operi cooperatur operanti. sed Deus non cooperatur adulteris. ergo non cooperatur nec dat complementum eorum actui, & sic animæ natorum ex adulterio non sunt per creationem a Deo. relinquitur ergo quod a parentibus traducatur. Sed cōtra est ꝙ dicitur Eccl. vlt. Donec reuertatur puluis in terrā suam vnde erat, & spiritus ad Deū qui dedit illum, ex quo vř ꝙ spūs humanus fit a Deo per creationē corpori immissus. Præterea. Maius est ipsum educere aliqd in esse q̄ formare ip̄. sed mens rationalis ab ipsa prędicta veritate formatur, vt Augu. dicit. ergo immediate a Deo creatur. Respon. Dicendum, ꝙ impossibile est animam rationalem cum semine traduci. Cuius ratio est, quia nulla forma vel virtus traducitur per traductionem corporis nisi quæ ad diuisionem corporis diuiditur. Omnis autem talis forma est a materia depēdens secūdum esse, & suā operationem. Anima autē rationalis habet operationem præter cōmunicationē corporis. s. intellectualem, vt probat philosophus in tertio de anima. Vnde non potest dici ꝙ sit virtus materialis quæ diuidatur ad diuisionem corporis, & propter hoc non potest dici ꝙ traducatur cum traductione seminis, & hoc est, quod philosophus dicit in. 16. de animalibus ꝙ principia, quorum opera sunt sine corpore, oportet ab extrinseco esse, per quod ꝓbat intellectum esse ab extrinseco. Patet etiam ex dictis ꝙ si ponatur animā esse ex traduce, de necessitate sequitur eam esse corruptibilem, sicut & cæteras formas materiales quę a materia dependent, secundum esse & operationem. Et ideo vtrūq; æqualiter est hęreticum.

Ad primum ergo dicendū, ꝙ ex infectione animę in qua peccatum originale incepit infectum est corpus, & ex corporis infectione iterato anima infusa inficitur vt infra melius patebit, & sic non oportet ꝙ originale traducatur per traductionem animę, sed per traductionē corporis. Ad secundum ꝙ homo generat sibi simile per hoc ꝙ materia humani corporis per virtutem generatiuam hominis fit in vltima dispositione ad susceptionem animæ rationalis, non ꝙ ipsa rationalis anima sit effectus generatiuæ virtutis. Ad tertium dicendum, ꝙ in actione adulterii est duo considerare. s. id quod naturæ est, & sic ei Deus cooperatur animas creando, & id quod est peruersæ voluntatis, & sic Deus ei non cooperatur, sed eam prohibet, & punit.

Articulus secundus.

AD secundū sic proceditur, & videtur ꝙ anima sensibilis non sit ex traduce. Anima enim sensibilis eiusdem ratiōis est in homine, & in aliis animalibus. sed in homine nō est ex traduce, cum in substantia non differat a rationali quæ non traducitur. ergo anima sensibilis nō est ex traduce etiam in brutis. Præterea. Nulla substantia per se subsistens incipit esse nisi per generationem, vel creationem. sed anima sensibilis brutorū est substantia per se subsistens, qd eius opera demōstrant qua corpus mouent. Formæ enim non subsistentes non possunt esse motores, vt patet de formis grauium & leuium in. 8. physico. Anima autem sensibilis non potest per se generari, cū sit forma quędam non composita ex materia & forma. relinquitur ergo ꝙ exeat in esse per creationem, & non ex traduce. Præterea. Effectus non est nobilior sua causa. sed corpus cęleste non est animatū, vt

In alio script. vt hic, arti 3. p'p. q. 118. ar. 1. o. 2. con. c. 86. De po. q. 3 ar. 11. o. quol. 9. arti. 11 o.

cōmuniter tenetur,& sic est minus nobile quolibet corpore animato. secundū regulam quam August. ponit in lib. de vera reli. ergo per virtutem corporis cęlestis non potest produci anima sensibilis. Sed traductionis, quæ est in generatione naturali, aliquo modo est causa corpus cęleste, quia homo generat hominem,& sol, secundum philosophum. ergo anima sensibilis in brutis nō est ex traduce, sed ex creatione. Sed contra est quod dicitur Gen. 2. Producāt aquę reptile animæ viuentis. Ex quo patet ꝙ ad productionem brutorū aliquid operatur virtus corporeę naturæ. nō ergo sunt per creationem. Pręterea. Philosophus dicit in. 16. de animalibus ꝙ intellectus solus est ab extrinseco. Respon. Dicendum ꝙ circa hoc est duplex opinio: Quidam enim dicunt aīam sensibilem in brutis, & vegetabilē in plātis fieri per creationem. Sed hoc non videtur verum, quia cum factionis terminus sit esse, hoc modo alicui cōpetit fieri sicut & esse. Animæ autem brutorum & plantarum non habent esse per se subsistens, sed a materia dependēs, sicut alię formæ materiales, quod ostenditur ex hoc ꝙ post corpus non manent,& ideo eis fieri non competit separatim, sed simul cum corpore,& eadem operatione: Et ideo alii dicunt, ꝙ sicut corpus traducitur per seminis decisionem, ita & prædictę animæ traducuntur, quæ quidem traductio hoc modo debet intelligi, ꝙ in semine deciso, quod iam fere erat assimilatum est virtus animæ sicut & in cæteris corporis partibus, quę quidem virtus in semine existens, anima nōdum dici potest, quia nondum habet materiam sufficienter dispositam & organizatam. Est tamē aliquid de genere animę cuius actione materia pręparatur,& sic tandē in fine generationis anima dici potest, sicut parua scintilla subtracta ab igne

p. p. q. 90. art. 2. c

materiam exteriorem conuertendo, in magnum ignem augetur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet omnia animalia conueniant in anima sensibili, nō tamē in omnibus anima sensibilis est vnius speciei, quia sic animalia specie non differrent, cum talis differentię sit forma principium: Et ideo nihil prohibet animam sensibilem hominis per creationē esse, non autem animas aliorum animalium. Ad secundum dicendū, ꝙ ipsum mouere non est operatio animæ sensibilis solum, sed cōiuncti: Mouet enim anima sensibilis per imperium appetitus, cuius actio per organū corporale exercetur. Vnde non sequitur ꝙ anima sensibilis sit substantia per se subsistens. Ad tertium dicendum, ꝙ dato ꝙ cœlum nō sit animatū, nihilominus motus eius est ab aliqua substantia viuente. s. a Deo ꝑ ministerium angelorum, & ideo ex virtute quam a motore cōsequitur potest esse causa sensibilis animæ, in quibusdā quidem animalibus immediate, vt in animalibus generatis ex putrefactione, in quibus virtus cœlestis se habet in loco virtutis formatiuę: in aliis vero mediante virtute seminis, vt in animalibus quę ex semine generantur.

Distin. Decimanona.

Solent quæri plura

de statu primi hominis &c.

Quęstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum homo in primo statu fuerit aliquo modo immortalis.

Secundo vtrum impassibilis.

Tertio de causa immortalitatis, & impassibilitatis, vtrum fuerit a natura, vel gratia.

Quarto vtrum lignum vitę immortalitatem conseruauerit.

Articulus

In alio script. vt hic, arti. 2. p. p. q. 97. art. 1. o. De ma. q. 5 ar. 5. c.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ homo in statu innocentię nō fuerit immortalis. Cuius enim pricipia sunt corporalia, ipsum est corruptibile, cum nihil sit stabilius suis principiis. sed principia corporis humani. s. quatuor elementa, erāt corruptibilia. ergo corpus humanum erat corruptibile, non ergo immortale. Præterea. Variatio differentiæ specificę seu constitutiuę mutat speciem. sed mortale ponitur differētia specifica hominis, cū dicitur ꝙ homo est animal rationale mortale. si ergo Adam erat immortalis erat etiam alterius speciei. Pręterea. Cibus assumitur ad restaurationem deperditi. sed homo in statu innocentię cibo indigebat. ergo aliqua deperditio fiebat in eius corpore, & ita eius corpus nō erat imortale. Sed cōtra est ꝙ dr̄ Ro. v. Per vnū hoīem pc̄m̄ intrauit in mūdū, & per pc̄m̄ mors. Pręterea. Id quod imponitur homini in pœnam, nō competit ei in statu innocētię. sed mors imposita est homini in pœnam, vt patet Gen̄. 2. Quacunq; die comederitis morte moriemini. ergo in statu innocentię homo erat immortalis. Respond. Dicendum ꝙ aliquid potest alicui attribui dupliciter. Vno modo ratione sui ipsius sicut aeri diaphanum. Alio modo ratione alterius, sicut eidem esse illuminatum actu. Corpori ergo humano in statu innocentię, ratione suiipsius, immortalitas non competebat, cum esset ex cōtrariis compositum, sicut & cętera corruptibilia. Competebat autem ei ratione animæ qua immortalis erat, vtpote immaterialis. Vnde vt sua materia formę nō deficeret, data fuit animæ virtus in statu innocentiæ vt corpus contineret absq; morte, q̄diu ipsa se cōtineret sub Deo, & sic mors non poterat in corpore accidere, nisi prius peccatū in anima præcessisset. Patet ergo ꝙ q̄uis homo in statu innocentiæ aliquo modo mortalis, & aliquo modo immortalis dici potuerit, verius tamen immortalis dicebatur, quia immortalitas competebat ei absolute, & mortalitas sub cōditione. s. si peccaret. Ad primum ergo dicendum, ꝙ rō illa procedit ꝭm condōnē materię, & non ꝭm ptātem formē. Ad ꝭm dicendū, ꝙ mortalitas ponitur dr̄ia hoīs, ꝭm conditionē pricipioꝝ naturalium, quę quātum est in se, semper sunt corruptibilia, nisi aliquid impediat. Ad tertium dicendū, ꝙ q̄uis aliqua particularis dissolutio in corpore Adæ esse potuerit, non tamen poterat esse totius corporis destructio. Propter vim. n. regitiuam corpus quasi deperditum restaurabatur, sicut elementa sunt corruptibilia secundum partem, & non ꝭm totum.

In alio script. vt hic, arti. 3. p. p. q. 97. ar. 2. o.

Hoc arg. in aliquo exēplari non erat, sed tm̄ in pria imprę sione, sūptū ex. p. p. vbi su atq; e. alio script. vbi su. & sil'r hęc responsio

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ corpus Adæ in primo statu non fuerit impassibile: Impassibilitas enim est quædam dos corporis gloriosi. sed corpus hominis in primo statu nō fuit gloriosum. ergo non fuit impassibile. Pręterea. Sicut qualitas actiua est principium actionis, ita qualitas passiua est pricipiū passionis. sed in corpore hominis erant qualitates passiuæ, vt humidum, siccum, & molle. ergo erat passibile ab interiori, & exteriori. Præterea. Sentire, quoddam pati est secundū philosophum in secundo de anima. sed corpus hominis in primo statu fuit sensibile. ergo fuit passibile. Pręterea. Somnus, passio quædam est. sed homo in statu innocentiæ dormiuisset, secūdum illud Gen̄. 2. Immisit Deus soporem in Adam. ergo &c. Dicendum ad ista duo, quia sentire & dormire non remouent hominem a naturali dispositione, sed ordinant ad bonum naturæ. Sed cōtra. Passio est corporis pricipium, quia om-

nis passio magis facta abiicit a substātia, secundum philosophum. sed corpus hominis erat incorruptibile in primo statu, vt dictum est. ergo erat impassibile.

Præterea. Nihil patitur nisi propter debilitatem, quia agens est potentius patiente. sed in homine in statu innocētiæ debilitas esse non potuit. ergo nec passio. Respon. Dicendum, ꝙ passio dupliciter sumitur. Quandoqꝫ enim importat receptionem tantum, ꝑm ꝙ sentire vel intelligere pati dicitur. Quandoqꝫ autem importat & receptionem & abiectionem, & iste est magis proprius modus passionis, quando. s. aliquid ita recipit id quod est agentis, vt abiiciatur ab eo quod erat sibi proprium & connaturale, sicut patet in aqua calefacta. Accipiendo ergo passionem primo modo, corpus hominis in statu innocētiæ erat passibile, quia erat perfectibile, quod ad eius pertinet dignitatem. Sed accipiendo passionem secundo modo, non erat corpus hominis passibile secundum totum, vel secundum partes speciei, quę tā diu manent q̄diu corpus permanet integrum. Erat tamen passibile. s. secundum partes materiæ, quę fluunt, & refluunt. Ad primum ergo dicēdum, ꝙ impassibilitas est dos corporis gloriosi, secundū ꝙ corpus humanum indefectibilem in firmitatem consequitur ex gloria animæ in iustitia confirmatę. Vnde dicetur tūc impassibilis homo vel immortalis, quasi omnino non potens mori vel pati. Sed impassibilitas primi status erat secundū ꝙ corpus continebatur ab anima absqꝫ hoc ꝙ consequeretur ab ea perpetuam firmitatem, quia nec ipsa iustitia animæ erat confirmata. Vnde dicebatur impassibilis vel immortalis homo, quia poterat non mori, ꝑm ꝙ poterat non peccare. Ad ꝑm dicēdū, ꝙ rō illa procedit de prio mō passionis. Ad tertiū dicendū ꝙ rō illa procedit q̄tum ad conditionem materię, secundum quā corpus humanū erat passibile, sed impediebatur a passione interiori per virtutem animæ continentis corpus. A passione vero exteriori per diuinam prouidentiam exterius protegentē.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ immortalitas vel impassibilitas primi status esset naturalis. Magis. n. est natura forma q̄ materia, vt dicitur in secundo physicorum. sed secundū cōditionem suæ formæ, homini immortalitas & impassibilitas debebatur. ergo ei naturaliter conueniebat. Pręterea. Corpus Adæ fuit temperatissimum. sed corruptio in corporibus mixtis accidit propter prędominium alterius contrariorum. ergo corpus Adæ naturaliter erat incorruptibile, & impassibile. Præterea. Naturale est formæ ꝙ det esse materiæ. ergo formæ incorruptibili naturale est quod det esse perpetuum. sed anima, quæ est forma hominis, est incorruptibilis. ergo vita hominis naturaliter ē perpetua, & sic naturaliter homo erat impassibilis, & immortalis. Sed contra. Ea quæ sunt naturalia non amittuntur per peccatum, vt patet per Diony. quarto ca. de di. no. immortalitas autem primi status amissa est per peccatum. ergo non erat naturalis. Præterea. Ex eadem materia corpus hominis sumptum est, & aliorum animaliū. sed alia animalia naturaliter erāt corruptibilia. ergo & homo. Respond. Dicendum ꝙ in rebus compositis ex materia & forma, quod pertinet ad perfectionem consequitur formam, quod vero pertinet ad defectum consequitur materiam. Et ideo, respiciendo ad formam, mors & corruptio & senium, & huiusmodi dicuntur esse innaturalia, vt patet in secundo de cę. & mun. Sed respiciendo ad materiā, sunt naturalia, & vnūquodqꝫ iudicatur proprie ꝑm ordinem ad suam causam. Inde

In alio script. vt hic, arti. 4. De ma. q. 5. ar. 5. O.

Inde est ꝙ corruptiones rerũ naturaliũ simpliciter naturales dicuntur, quando fiunt secundum exigentiam principiorum materialium, quãuis sint contra intẽtionem formæ, ex qua dicuntur naturales secundum quid. Quia igitur ex principiis materialibus non inerat homini incorruptibilitas, sed solum ex principio formali. s. anima, quæ non habebat potestatem corpus perpetuo conseruandi ex natura sua, sed solum ex munere gratiæ, ideo immortalitas illa non erat ex natura sed ex gratia. Ad primum ergo dicendũ, ꝙ corruptio semp. cõsequitur ex necessitate materię. Vñ an ipsa sit naturalis, magis iudicãdũ est ex materia ꝙ ex forma. Ad 2m dicẽdũ, ꝙ corpus Adę erat tẽperatissimum nõ quia esset æqualitas inter cõtraria 2m quantitatem, sed secundum proportionem, prout quodlibet cõtrariorum illam qualitatem seruabat quæ requirebatur ad debitam cõplexionem totius. Secundum autem q̃titatem non est possibile adæquari contraria in aliquo mixto, quia i mixto nõ potuisset pręcedere alteratio, nec esse vnitas, aut motus, vel locus naturalis, propter prædominium vnius elementi. Et pręcipue corpus animatum oportet ꝙ excedat in calore secundum quantitatem, cum calor sit instrumẽtum animæ, vt patet in secundo de anima. Ad tertiũ dicendum, ꝙ naturale est formę ꝙ perficiat materiam secũdum eius conditionem, Et ideo non est naturale animę rõnali ꝙ materiæ corporali esse perpetuũ tradat. Articulus quartus.

p. p. q. 97. ar. 1. c. S.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ lignum vitę nullo modo fuerit causa incorruptionis in primo statu. Quod enim est corruptibile nõ potest incorruptionem præbere. sed illud lignum erat corruptibile, alias in cibũ sumi non potuisset: Nam cibus conuertitur in substantiam nutriti. ergo lignũ vitæ nõ poterat esse incorruptionis cã. Præterea. Nihil mutatur a suo genere per aliud extrinsecum. sed corruptibile & incorruptibile genere differunt, vt patet in. 10. me. ergo nullus cibus assumptus potuit esse cã incorruptionis corpori naturaliter corruptibili. Pręterea. Ad cibum sequitur somnus, per quẽ vita quodãmodo diminuitur. Vnde dimidium vitæ in. 1. ethy. appellatur. Non autem potest idem esse causa perpetuitatis, & diminutionis vitæ. ergo lignum vitæ non poterat esse causa immortalitatis. Sed contra est quod dicitur Geñ. 3. Videte ne forte sumat de ligno vitæ, & comedat, & viuat inęternum. Præterea. Nomina sunt arboribus Paradisi imposita ex effectu, sicut lignum sciẽtiæ boni & mali dicebatur ꝙ per eius esum experimentaliter homo sciuit distantiã inter bonum & malum. ergo pari rõne lignũ vitæ dicebatur, ꝙ vitam causabat vel cõseruabat. Rñ. Dicendũ ꝙ imortalitas primi status nõ erat ex hoc ꝙ corpori fuerit perpetua firmitas collata, vt erit post resurrectionem, sed ex regimine animæ, quæ sic suum corpus poterat gubernare, vt mortis defectum nõ experiretur, nisi prius peccaret. Anima autẽ in regimine corporis quibusdam auxiliis vtitur vel iterioribus, sicut organis, vel exterioribus, sicut cibis, & tegumentis. Sic ergo ad cõseruationem incorruptionis in prio statu duo cõcurrissent, vnum quasi principalis causa ex parte animę. s. iustitia non interrupta, alia q̃si causa secundaria. s. sumptio cibi, quorũ auxilio anima corpus sustentabat. Aliter tamen quãtum ad hoc adiuuabatur anima per esum ligni vitę & aliorum arborum: Nam per alios cibos restaurabatur deperditum, per lignum autem vitę hoc quod ex aliis cibis erat conuersum reducebatur ad perfectam assimilationem, ne ex eorum additione virtus con-

In alio script. vt hic, lit. p. p. q. 97 ar. 4. o.

De ma. q. 5. articu. 5. ad sep. et oct.

seruatiua debilitaretur, quæ est causa detrimenti, & corruptionis, vt dicitur in primo de generatione, sicut vinum per admixtionem aquæ tandem redditur aquosum. Ex quo patet ꝙ principali causa remota .s. innocentia, nec aliis cibis, nec ligno vitę potuisset immortalitas conseruari, quāuis esus ligni vitæ ad vitam diuturniorem contulisset. Ad primum ergo dicendum, ꝙ ratio illa probat ꝙ lignum vitæ non potest esse principalis causa incorruptionis. Ad secundum dicendum, ꝙ ratio procedit de corruptibili & incorruptibili per naturam. Nihil autem prohibet vt id quod est per naturam corruptibile alicuius exterioris auxilio per gratiam incorruptionē conseruet. Ad tertium dicendum, ꝙ quidam dicunt hominem in statu innocentię non potuisse dormire. Cuius contrarium Boetius dicit, & etiā in scriptura Geñ. 2. Immisit Deus soporem in Adam, quāuis hoc de sopore extasis possit exponi: Et ideo alii dicunt ꝙ cibus assūptus erat ei causa somni, sicut & nobis, & licet actu impedirentur aliquæ operationes vitæ per somnum, tamen eo confortabatur natura ad diutius persistendum. Vnde somnus connumerandus est inter alias passiones quæ ad perfectionē pertinent patientis.

Distin. Vigesima.

Post hoc videndum

est qualiter primi parentes.

Quæstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum si homo innocentiam seruasset, fuisset in statu illo generatio.

Secundo vtrum filii nati fuissent perfecti secundum corpus.

Tertio vtrum perfecta scientia fuisset secundum intellectum.

Quarto vtrum perfecta gratia & virtute secundum affectum.

Articulus primus.

In alio scrip. vt hic. ar. 1. et 2. o. p. p. q. 93. art. 1. et. 2. o.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ si homo perstitisset, generatio nō fuisset. Ad hoc enim est generatio vt quę secundum indiuiduū cōseruari non possunt, saltem secundū speciem conseruentur, vt patet in secundo de anima. sed homo in statu innocentię conseruari potuisset secundum indiuiduum, ergo generatio in statu innocentiæ non fuisset. Præterea. In statu innocentiæ non fuisset aliqua corruptio. sed generatio per coitum quæ est propria humano generi, sine corruptione esse non potest, tum propter seminis decisionem, tum propter virginitatis amissionem. ergo homo in primo statu non generasset. Præterea. Delectatio, quę est in actu generationis, propter sui vehementiam ligat rationem vt nō sit possibile aliquid intelligere in ipsa, secundum philosophum in. 6. ethyco. in statu vero innocentiæ tāto fuisset delectatio vehementior quanto sensus perspicatior, & natura integrior. multo ḡ fuisset tunc in actu generationis ligata fortius ratio q̄ nunc, quod est inconueniens. ergo in statu innocentię generatio non fuisset. Sed contra est ꝙ dicitur Geñ. 1. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, quod non potest esse nisi per generationem. ergo generatio in statu innocentiæ fuisset. Pręterea. Distinctio maris, & fœminę ad generationis naturalis officium ordinatur. sed in statu innocentię fuerūt sexus distincti, vt patet Geñ. 1. et. 2. ergo fuisset in statu innocētię generatio naturalis. Respon. Dicendum, ꝙ quidam doctores gręcorum, vt Grego. Nissenus, & Dam̄. posuerunt ꝙ in statu innocentiæ generatio per totum non fuisset. Fuisset tamen multiplicatum humanū genus aliter diuina virtute

tute quæ etiam angelos sine generatiōe multiplicauit. Sed hæc positio videtur repugnare naturæ, secundum quam ille modus multiplicationis est homini naturalis, sicut & cæteris animalibus. Vnde in statu naturæ integræ etiam homini competebat. Repugnat etiam scripturę quę fœminam in adiutorium hominis factam dicit: quod non potest conuenienter exponi nisi de adiutorio generationis, quia in aliis non minus vir per virum potuisset adiuuari. Potest etiam esse occasio erroris, vt credatur actū naturalem sine peccato esse nō posse, si in statu innocentiæ talis actus esse non potuisset: Et ideo, secundum sententiam August. dicendum est ꝙ si status innocentiæ durasset, humanū genus per coniūctionē maris & fœminę multiplicatum fuisset, sicut & modo multiplicatur, excepto ꝙ tunc fuisset prædicta coniunctio sine concupiscentię turpitudine, propter membrorum obedientiam, & dominium rationis. Ad primum ergo dicendum, ꝙ generatio hominis ante peccatum fuisset necessaria ad multiplicationem indiuiduorum, licet non ad conseruationē speciei, & pręcipue quia homo non erat immortalis, quasi non potens mori, sed quasi potens non mori. Ad secundum dicendum, ꝙ in statu innocentiæ concubitus fuisset absq; defectiua corruptiōe, vel vituperabili. Cum ergo semen sit superfluum alimenti, eius decisio moderata naturam corporis in nullo grauasset. Virginitas autem non fuisset per corruptionem mentis, neq; quantum ad habitum, sicut fit per illicitum concubitum, neq; quantum ad actum, sicut fit in actu matrimoniali post peccatum propter rationis ligamentum. Fuisset autem soluta integritas carnis, sed huic præponderaret fœcunditas prolis. Ad tertiū dicendum, ꝙ delectatio coitus fuisset in statu innocentiæ maior secundum quātitatem, sed minor secundum proportionem, quia s. ratio fuisset multo fortior, vt per huiusmodi delectationē impediri nullatenus posset.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ in statu innocentiæ homines omnino perfecti nascerentur secūdum corpus. Homo enim est nobilissimum animalium. sed quorūdam animalium filii ita nascuntur, vt statim habeāt membrorum vsum, sicut patet de multis. ergo multo fortius homines statim nati haberent vsum membrorum, nisi propter defectum peccati. Præterea. Homo in statu innocentiæ filios eiusdē dignitatis genuisset. sed Adam statim factus habuit vsum membrorum & perfectam quātitatem. ergo etiam nati ex eo statim vtrūq; habuissent. Prę̄terea. Omne agens perfectum, & non impeditum generat sibi simile. sed in generatione humana pater est tanq̄ agens. Cum ergo natura humana fuerit tunc perfecta, nullumq; impedimētum in ea extiterit, videtur ꝙ filii mox nati, fuissent similes patri, & quantum ad vsum membrorū, & quantum ad quantitatem perfectam, & quantum ad sexum, & sic fuissent nati absq; omni defectione corporali. s. virtutis, quantitatis, & sexus. Sed cōtra. Ab extremo in extremum nō transitur nisi per medium. sed inter esse perfectū, & purum non esse, medium est esse imperfectum. ergo omne quod exit de nō esse in esse, in sui principio est imperfectum. ergo homines in statu innocentiæ mox nati, non fuissent perfecti. Pręterea. Homo dicitur minor mūdus, quia est similis vniuerso. sed vniuersum in sui principio fuit imperfectum, ad minus secundum illos qui ponunt nō omnia fuisse simul creata secundum formā. ergo homines in statu innocentię a principio fuissent imperfecti. Respond.

In alio script. vt hic, q. 2. ar. 1. p. p. q. 99. ar. 1. et 2. o.

Dicendum ꝙ circa hanc quæstionẽ partim omnes opiniones concordant, partim omnes discordant. De quãtitate.n. omnes dicunt ꝙ oportebat filios paruulos nasci propter materni vteri necessitatem. Similiter oportebat nasci mares, & fęminas propter generationis effectũ, sed de pfectione virtutis est diuersa opinio. Quidam enim dicunt ꝙ pueri mox nati vsum membrorum perfecte habuissent, sicut in quibusdam animalibus nũc videmus, innitentes verbis Aug. quę in litera ponuntur. Sed quia August. huiusmodi sine assertione dicit, aliis videtur ꝙ sicut in processu temporis perfectam staturam, ita & perfectum vsum membrorum adepti fuissent, & non statim a principio. Nõ enim cogimur ab homine in primo statu remouere nisi defectus culpę vel pęnæ. Defectus autem qui est in pueris quãtum ad motum membrorũ, sequitur naturalem membrorum dispositionem propter eorum molliciem, & teneritudinem: Nec tamen dicendum ꝙ adeo imperfectum vsum membrorũ habuissent sicut nũc pueri habent. Hoc.n. absq; pęna, i incõmodo esse non posset. Sed nihil tamẽ super hac quæstione certum determinari potest. Sicut nec Aug. determinat, propter hoc quia in canonica scriptura nihil super hoc traditur.

In.p.p. vbi su. determinate dicit ꝙ non.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ filii hominum in principio suę natiuitatis prę multis aliis animalibus maiorem defectum patiũtur in vsu membrorum, propter maiorem molliciem, & temperiem complexionis, quæ necessaria est ad sensus perspicacitatem. Ad secundum dicendum, ꝙ Adam habuit duplicem dignitatem, vnam quæ competebat ei ꝓm ꝙ erat homo innocens, sicut ꝙ erat impassibilis, immortalis, & alia huiusmodi, & hoc ab eo in filios deuenisset. Aliam habebat inquãtum erat principium totius humanæ naturæ: Hoc autem aliis incõmunicabile erat, & ad hãc pertinet ꝙ statim in principio suę factionis perfectam habuit quantitatẽ, & virtutem, quia natura a perfectis sumit initium. Ad tertium dicendum, quòd generatio fęminę non contigisset in statu innocentiæ ex debilitate virtutis actiuæ in semine neq; ex materiæ indispositione sicut nunc frequenter accidit, sed vel ex imaginatione parentum, quàm frequenter imitatur forma prolis, vel ex alio principio intrinseco permittẽte, vel vẽti, vel corporis cęlestis, vel huiusmodi: dicit.n. philosophus in lib. de animalibus, expertũ esse apud pastores ꝙ oues concipiunt masculos flante aquilone, sed fœminas austro flante.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ pueri mox nati in statu innocentię in scientia perfecti fuissent: defectus enim scientiæ errorem, & ignorantiam causat. sed hęc ad pęnalitatem pręsentis vitæ pertinent vt Aug. dicit. ḡ pueri non fuissent in statu innocentiæ absq; scientiæ perfectione. Pręterea. Cognitio magis connaturalis est homini q̃ aliis animalibus. sed alia animalia mox nata cognitionẽ habent ad se pertinentium: ouis enim sequitur matrem, & fugit lupum. ergo & homines nati absq; perfectione scientię non fuissent. Præterea. Sensus magis dependet a corpore q̃ itellectus, sed sensus in pueris in statu innocentiæ pfectus fuisset, q̃a & nunc pueri nõ minus vidẽt vel audiũt q̃ prouecti. ḡ multo fortius intellectus perfectionẽ habuisset. Sed contra. Aĩa vnita est corpori, vt in corpore scientia perficiatur. sed hoc non esset necessarium, si statim a principio suam perfectionẽ haberet, & non eam acquireret per corporea instrũmenta. ergo pueri mox nati pfectionem scientiæ non habuissent. Pręterea. Perfectio animæ corporis perfectioni

In alio script. vt hic, q.2.ar.2.p.p. q.101. ar.1. et 2.0. De ver. q. 19. arti. 7.0.

fectioni proportionatur. sed corpus hominis non fuisset statim perfectum in natiuitatis principio, vt dictũ est. ergo nec intellectus secundum scientiam. Respond. Dicendum ꝙ perfectio intellectus dupliciter attenditur. Vno modo secundum habitum. alio modo secũdũ actum: contingit enim habentem habitum scientię ab actu ipediri, vt in ebriis patet. Iterum contingit habentem perfecte vsum rationis habitu scientiæ carere, vt patet in idiotis. De perfectione igitur secundum habitum, vtrum eam mox nati habuissent pro certo asseri nõ potest: Nam si perfectio scientiæ, quam cõstat primum hominem habuisse, fuit ei collata ratione naturæ humanæ, oportuit in ea filios sibi similari. Si autẽ fuit sibi collata sicut singulari psonę a qua, sicut a principio, esset per doctrinam in alios deriuandã, non oportuit, quantũ ad hoc, ei similes filios nasci. De perfectione vero secundum actum, sententia dependet ex quęstione pręmissa: Si enim pueri mox nati vsum membrorum habuerunt, patet ꝙ habuerunt perfectum vsum memoratiuæ, & imaginatiuæ, & cogitatiuæ, quę organis corporalibus vtũtur, & sic nihil fuisset quod rationis vsũ impediret. Si vero vsum membrorum non habuissent, ex impedimento actuũ prædictarum virtutum impeditus fuisset vsus rõnis, & hoc absq; assertione ad pñs potest sustineri. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ non quælibet carẽtia scię ignorantia dicitur, vnde lapides nõ dicimus ignorantes, sed supposita aptitudine habendi scientiam. Ad secundum, ꝙ alia animalia consequũtur conuenientia, & fugiũt nociua naturali instinctu, homo vero per rationis deliberationem. Vnde non est simile. Et præterea memoria, & imaginatio magis impediũtur in suis actibus in hominibus mox natis q̃ in aliis animalibus, propter maiorem cerebri humiditatem: nam homo habet inter alia animalia maximum cerebrum, cõsiderata sui corporis quantitate, vt philosophus dicit in lib. de animalibus. Ad tertium dicendum ꝙ licet in pueris non impediatur vsus sensuum exteriorum, impediuntur tamen actus interiorum, a quibus immediate accipit intellectus.

In p. p. vbi su. cõ asser tione hoc dicit.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic. q. 1. ar. 3 p. p. q. 100. ar. 1. o.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ pueri in statu innocentiæ nati, habuissent gratiam, quia secũdum August. qualis Adam fuit, tales filios genuisset. sed Adam, si perstitisset, confirmatus fuisset, quod sine gratia esse non põt. ergo filios per gratiã confirmatos genuisset. Præterea. Iustitia non est sine gratia, vt dicitur Ro. 5. Iustificati gratis per gratiam ipsius. sed carentia iustitiæ est peccatũ originale, secundum Augu. si ergo pueri absq; gratia nati fuissent, fuisset in eis peccatum originale; qđ patet esse falsum. Pręterea. Bonum potentius est q̃ malum, secundum Diony. sed Adam peccando in posteriores trãsmisit peccatum. ergo multofortius si perstitisset, eius filii in gratia nati fuissent. Sed contra est quod Hugo de san. vict. dicit, ꝙ si homo perstitisset generasset filios sine peccato, sed tamen non necessario paternæ hæredes iustitiæ. Præterea. Gratia est immediate a Deo. ergo non transfunditur a parẽte in prolem, & sic non fuit necessarium filios Adæ in statu innocentiæ cum gratia nasci. Respon. Dicendum ꝙ duplex est perfectio iustitiæ in homine. Vna naturalis; & hanc oportet dicere filios Adę statim genitos habuisse in statu innocentiæ, alias fuisset in eis defectus culpę & pęnę. Alia perfectio iustitiæ ad gratiam pertinet; per quã homo, non solum ratione agere potest, sed etiam meritorie, & qa hoc ex sola liberalitate diuinę bonita-

In.p.p. vbi su. & pri. secdę.q. 81.ar. 2.c.cũ asser tiõe te net S. D. pri mã hãc sñiam. hãc cõ plectitur. S. D. sententiã p.p. vbi sup. arti. 2.

tis dependet, non potest efficax ratio su mi ad alterutrum ostendendum, praesertim cum super hoc scripturae canonicę authoritas non habeatur: Et ideo quidã circa hoc dixerunt ꝙ fuissent nati cum gratia in statu innocentiae, aliis hoc negantibus. Ad primum ergo dicendum, ꝙ secũdum quosdam, Adam etiam si tẽptationi restitisset, non fuisset statim in gratia confirmatus, sed tunc solum quã do fuisset ad beatam, & spiritualem vitã translatus postea autem nõ filios genuisset. Si tamen tunc confirmatus esset, nõ fuisset necessarium alios statim natos cõ firmatos fuisse, q̃uis quidam hoc dicũt. Non enim oportet filios parentibus assimilari in perfectionibus personalibus, & praecipue quae per actus acquiruntur, sed solum in naturalibus: non enim grã maticus generat grammaticum. Ad secundum dicẽdum ꝙ peccatum originale aufert non solum gratiam, sed etiam ordinem iustitiae naturalis, propter inobedientiam inferiorum ad superiorẽ. Ad tertium dicendum ꝙ peccatum originale est peccatum naturae principaliter, & personae consequenter, sed donũ gratiae econuerso se habet, & ideo nõ est simile. Simile tamen est de iustitia originali, quae naturam in statu innocentiae consequebatur, per quã inferiora in statu illo suis superioribus obediebant: Vnde & iustitia fuisset a parẽtibus in filios propagata, sicut & nunc peccatum originale.

Distin. Vigesimaprima.

Videns igitur diabo bolus &c.

Quaestio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo cuius sit temptare.

Secũdo vtrum omnis temptatio sit peccatum.

Tertio de processu temptationis, qui in litera describitur.

Quarto de peccato Adae, quod ex temptatione subsequutum est.

Articulus primus.

Ad primum sic proceditur, & videtur ꝙ temptatio hominis non conuenienter diabolo attribuatur. Cuius.n. causa in nobis est, nõ est exteriori causae attribuendum. sed omniũ peccatorum aliquę causae inclinantes in nobis sunt. non ergo temptatio hominis ad peccatum debet attribui diabolo. Praeterea. Temptare ignorãtis est. sed cognoscere hominum conditiones de facili dęmon potest, propter acumen scientiae naturalis. ergo temptare hominem diabolo non competit. Praeterea. Temptatio inter ęquales cõstitui debet, sed diabolus est multo potẽtior homine, quia de eo dicitur, Iob. 40. Non est potestas super terram quę ei cõparetur. ergo non iuste est institutum vel permissum a Deo ꝙ diabolus hominem temptet. Sed contra videtur ꝙ solus diabolus temptet, quia ad Thessa. 3. sup illud. Ne forte temptauerit vos is qui temptat, dicit glo. Solus diabolus, cuius officium est temptare. Praeterea. Tẽptare nihil aliud esse videtur q̃ experimentum sumere ad cognoscendũ ignota. sed hoc neq; Deo competit qui nihil ignorat, neq; mundo, neq; carni, quorũ non est cognoscere. ergo solus diabolus temptat. Respon. Dicendum ꝙ duplex modus est praedicandi. Vnus per essentiam, vt cum dicitur ignis est calidus. Alius per causam, vt cum dicitur, sol est calidus. Tẽptatio igitur per essentiam suam potest attribui Deo, & homini, & diabolo. Deus nãq; tẽptat vt alios cognoscere faciat, Homo vt ipsemet cognoscat, Diabolus vt agnoscat, & decipiat, Sed per causam tẽptatio attribuitur rebus mundi, & carni: quia ex his homo

p. p. q. 14 art. 2.o. Opu. 7 pe. 6.

mo inclinatur in aliqua ex quibus de eo experimentum capi potest. Caro quidē quantum ad interiora appetibilia, sed mundus quantum ad exteriora. Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet in nobis sint vitiorum aliquæ causæ, non tamen mouent efficaciter nisi ab exteriori moueantur, & ideo ad exercitiū hominum permissum est diabolo temptare. Sic enim malitia ordinatur in bonum. Ad secundum dicendum, ꝙ licet diabolus possit cognoscere exteriores hominis conditiones, non tamen interiores, ex quibus est pronitas ad peccandum, & ideo temptat vt sciat ad quod vitium vnusquisq; magis est pronus, vt sic in illud inducat. Ad tertium dicendum, ꝙ quantūcūq; diabolus sit in se fortis, tamen nō potest hominem cogere ad peccandum, & quantum ad hoc debilis reputatur, vnde Berñ. ait. Debilis est hostis qui non potest vincere nisi volentē. Ad alia responsio patet ex dictis.

Articulus secundus.

In alio script vt hic, AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ temptatio non possit esse peccatum. Temptatio enim se habet ad peccatum sicut motus ad terminum, vt albatio ad albedinem. sed albatio nō est albedo. ergo nec temptatio potest esse peccatum. Præterea. In peccato nō est gaudendum, nec peccatum est virtutis materia. de tēptabilibus autem gaudēdū est. Dicitur. n. Iac. 1. Omne gaudiū existimate fratres mei cum in tēptationes varias incideritis, quæ etiā sunt virtutis materia, vt in litera dicitur, cū eis non consentitur. ergo temptatio nō potest esse peccatum. Prȩterea. Quanto maior est impulsus ad peccatum tanto minus videtur esse peccatum, vnde percutiens ex ira minus peccat q̄ ex electione. sed violentior est temptatio carnis q̄ diaboli, vel mundi, vt in litera dicitur. si ergo temptatio quæ est a mundo, & diabolo non est peccatum, vt in litera dicitur, nec temptatio quȩ est a carne erit peccatum, & sic nulla. Sed contra. Temptatio, quæ est a carne, est concupiscentiæ motus, qui est peccatum, vt dicitur in gl. Ro. 7. ergo temptatio a carne est peccatum. Præterea. Christus assumpsit isirmitates nostras, prȩter peccatum. sed temptatio carnis in eo non fuit, quia nec pugna carnis ad spiritum, quæ non est sine peccato, vt Aug. dicit. ergo temptatio carnis est peccatum. Respon. Dicendum ꝙ voluntas, in cuius actu peccatum consistit, dupliciter inclinatur. Vno modo ex obiecto, & sic inclinatur per temptationem mundi, in quantum res mundi alliciunt voluntatem, & similiter per temptationem diaboli qui huiusmodi concupiscibilia homini, vel offert exterius, vel interius repræsentat, imaginationem commouendo. Alio modo inclinatur voluntas inferiori appetitu, inquantum per suū actū in aliquid tendit, & sic inclinatur voluntas in temptationem carnis, obiectū aūt non habet rationem peccati, Et ideo tēptatio exterior quæ est a mundo, & diabolo non est peccatum, sed actus sensualitatis per fomitem corruptȩ potest esse peccatum, vt infra dicetur. Et ideo temptatio interior, quæ est a carne, est peccatum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ temptatio carnis perhibetur esse peccatum veniale, quod ad mortale se habet vt motus ad terminum, vel dispositio ad formam. Ad secundum dicendum, ꝙ tēptatio carnis est materia virtutis qua motui sensualitatis actualiter resistitur, & tunc non habet rationem peccati, & ex hac ratione temptatio quȩlibet conuenienter est materia gaudendi, inquantum est virtutis materia per dissensum. Ad tertium dicēdum, ꝙ proportio illa est intelligenda cȩteris paribus, qđ hic non contingit.

p. p. q. 48 art. 5. ad tertiū.

Secūda secūdę.q. 165.ar. 1.& 2.o.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur quod fuerit incompetens temptationis processus qui in litera describitur. Diabolus eni sicut a fęlicitate, ita a fęlicitatis loco fuit exclusus. sed paradisus, in quo positus erat Adam, erat quidam fęlicitatis locus. non ergo conueniens fuit quod diabolus illuc accedere posset. Præterea. In primo statu corpus animæ subiiciebatur, & non econuerso, vt supra dictum est. si ergo diabolus hominem temptauit, non debebat eum visibiliter, sed inuisibiliter temptare. Pręterea. Res corporales propter hominē factę, esse nociuę homini per peccatum cęperunt, vt patet Geñ. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi. ergo inconueniens fuit quòd diabolus est vsus serpente in hominis nocumentum. Pręterea. Superborū est intendere ad magna, vnde Iob. 41. dicitur. Omne sublime videt oculus eius. sed vir erat potior muliere. ergo superbiæ diaboli competētius fuit virum impetere q̄ mulierem. Pręterea. Memoria pręcepti inducit ad implendum, vnde i Psal. 102. dicitur. Vt memores sint mandatorum ipsius ad faciendū ea. sed diabolus intendebat mulierem inducere ad trāsgressionem præcepti. ergo inconuenienter ei de pręcepto mentionē fecit. Respon. Dicendum quod voluntas nocēdi est diabolo a seipso, sed potestas est ei a permissione diuina: multa enim potest virtute naturæ, quę non facit, quia non permittitur. Sic ergo in temptatione primorum parentum, ex qua nocumentū hominis intendebat, aliquid fuit quod competebat eius maliuolę voluntati, inquantum a Deo permittebatur, sicut quod mulierem est aggressus ex qua virum deciperet, aliquid autem est quod competebat diuinę prohibitioni, ne temptatio esset nimis violenta, sicut quod per serpentem temptauit, & ex his duobus pensatis totus temptationis processus cōueniens inuenitur. Ad primum ergo dicēdum quod paradisus terrestris erat locus fęlicitatis cuiusdam, inquantū ad ipsam regrebatur tranquillitas corporalis, quę ad diabolum non pertinebat, vnde a tali loco non erat necessarium eum arcere. Ad secundum dicendū, quod diabolus in statu innocentiæ nullam potestatem habebat in homine, vnde non poterat eius imaginationem cōmouere, per quē modum inuisibiliter temptat, & sic habuit necesse visibiliter temptare. Ad tertium dicendum, quod res temporales homini nō poterant esse nociuæ ante peccatum, nisi per suum cōsensum, sine quo nec serpens, quo diabolus vtebatur, ei nociuus fuisset. Ad quartum dicendū, quod diabolus cum superbia habet astutiā ex qua processit vt hominem inuaderet ex ea parte vbi posset facilius superare .s. parte mulieris. Ad quintum dicendum quod diabolus ęstimabat pręceptum domini memorię mulieris firmiter inhęrere, vnde ad hoc commemorauit vt impugnaret.

In alio scripto vt hic q. 1. ar. 1. ad 4.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur quòd peccatum Adę fuerit cęteris grauius: Quāto enim inest maior facultas ad vitandum peccatū, tanto peccatum est grauius. sed Adam cęteris hominibus maiorem habuit facultatem vitandi peccatū, tum propter perfectionem scientię, tum propter integritatem naturæ. ergo eius peccatū fuit cæteris grauius. Pręterea. Quantitas pęnę designat quantitatem culpę. sed peccatum Adę fuit grauius punitū cęteris peccatis: quia pro illo peccato mors in omnes pertrāsiit, vt dicitur Ro. 5. ergo peccatum Adę cęteris grauius fuit. Pręterea. In statu innocentiæ Adam venialiter peccare non poterat:

In alio scripto vt hic q. 2. ar. 2. sed 2a secūdę q. 163. ar ti. 3.o.

rat: quia ipse status Adæ ad grauitatem peccati operatur. hic autē status in posteris Adæ non fuit. ergo peccatū Adæ cæteris grauius fuit. Sed contra. Peius est de Dei misericordia desperare, q̄ de ipsa confidere. Adam autem peccans de spe cogitauit, vt infra dicetur. cum ergo multi alii in desperationem labantur, peccatum Adę grauius non fuit. Pręterea. Quanto maior est contemptus in peccato, tanto peccatum est grauius. sed Adam non tātum contempsit, sicut illi qui cum cognouissent Deum, diuinū honorem idolis impenderunt. ergo peccatum Adæ non fuit cęteris grauius.

Respon. Dicendum ꝙ grauitas peccati ex duobus pensari potest. Primo, & principaliter ex ipsa specie actus, & sic peccatum Adę non fuit cęteris grauius, neq; quātum ad actum interiorem, neq; quātum ad actum exteriorem: quia multa peccata ſm speciem suā sunt grauiora peccato quod Adam cōmisit, nec motus mentis eius tantum contemptum habuit Dei sicut plurium aliorum. Secūdo consideratur grauitas peccati ex conditione peccantis, sicut patet ꝙ in eodem genere peccati plus peccat sciens quàm ignorans, sacerdos quàm laicus, & per hunc modum peccatū Adæ cæteris grauius fuit: quia ipse cęteris peccatoribus in altiori gradu constitutus erat, sed tamen prima grauitas, cum sit peccato essentialis, præponderat secundæ, quæ est quasi accidentalis, Et ideo peccatum, Adæ secūdum quid fuit cęteris grauius sed non simpliciter. Ad primum ergo dicendum, ꝙ proportio illa tenet in eodem genere peccati. Ad secundum dicendum, ꝙ non est propter grauitatem peccati Adæ ꝙ ex ipso mors in omnes pertransit: quia quodcūq; peccatū mortale in statu innocentiæ cōmissum fuisset, idem esset sequutum, propter hoc ꝙ tota natura humana erat in primis parentibus, & per primum peccatum mortale incorruptio gratiæ facta fuit. Ad tertium dicendum, ꝙ non ideo dicitur Adam venialiter peccare non potuisse, quia veniale peccatum ab eo cōmissum esset mortale, sed quia veniale peccatū committitur pręter hoc ꝙ mens auertatur a Deo. Non autem poterat cōtingere in statu innocentiæ aliquis defectus animæ vel corporis ante auersionem a Deo.

In alio script. vt hic, d. 33. lit.

In alio script. vt hic, q. 1. ar. 3. o. prima 2æ. q. 89. ar. 3. o. De ma. q. 2. ar. 8. ad pri.

Distin. Vigesimasecunda.

Sic diligenter inuestigandum videtur &c.

Hic est duplex quęstio.
Prima de peccato parentum primorum.
Secunda de ignorantia.

Quęstio prima.

Circa primum quęruntur duo.
Primo quid fuerit peccatum Adæ.
Secundo quis grauius peccauerit, vtrū ipse vel Eua.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ primum Adæ peccatū non fuerit superbia: In hoc enī pręcipue superbisse videtur ꝙ diuinam similitudinem appetiit a diabolo repromissam dicēte, Eritis sicut Dii. sed eam non appetisset nisi prius consequi credidisset. aut igitur ibi peccatum superbiæ non fuit si similitudinem imitationis appetiit, & credidit, aut peccatum infidelitatis pręcessit, si non credidit, & appetiit diuinæ æqualitatis similitudinem. Præterea. Secundum Augu. Amor sui inordinatus, est principiū omnis peccati. talis autem amor est peccatum. ergo primū peccatum Adę fuit amor sui, quod non est superbiæ vitiū. Præterea. Ex primo peccato hominis humana natura est infecta, & corrupta, vt supra dictum est. hoc autem factum est

In alio script. vt hic, secda 2æ q. 163. ar. 1. o.

per inobedientiam, vt patet Roma. 5. ergo inobediētia est primum peccatum. Sed contra est ꝙ dicitur Ecclesi. 10. Initiū oīs peccati superbia. Præterea. In hoc probabile est, Adā primo peccasse, qd̄ solet maxime bonis spūalibus insidiari, quorꝫ hēbat copiam. hoc aūt est pc̄tm̄ superbię, quia vt August. dicit. Superbia bonis operibus insidiatur vt pereant. ergo primum peccatum Adæ fuit sup̄bia. Respond. Dicendum ꝙ peccatum in actu exteriori a voluntate procedit, vnde illud est primum peccatum in homine, ex quo voluntas inclinatur ad imperandum exteriorem actum peccati, sicut si aliquis propter appetitū pecunię hominem occidat, auaritia homicidiū pręcedit. Voluntas autem hominis inclinata est ad peccandum ex appetitu excellētię, quā diabolus repromisit. Vnde patet ꝙ primū peccatum hominis fuit superbia. Ad primum ergo dicendum, ꝙ homo non appetiit ęqualitatis similitudinem, sed similitudinem imitationis, tamen vltra hoc ꝙ ei competebat: voluit enim perfectionem scientiæ adipisci vt propria ratiōe absq; superioris lege vel mandato se, & sibi subdita gubernaret: Et hoc est ꝙ Aug. dicit. Noluit vt seruus teneri præcepto, & sic patet ꝙ non fuit infidelitas primum peccatum: quia non credidit Deo aliquid posse æquari. Ad secundum dicendum, ꝙ amor sui inordinatus est, secundum ꝙ homo aliquod bonum sibi inordinate appetit, & ideo amor sui inordinatus non est aliqd̄ speciale peccatum alia pręcedens, sed in se alia includit, & in aliis includitur: secundum enim diuersa quæ aliquis sibi inordinate appetit, diuersi sunt genera peccatorum. Ad tertium dicendum, quòd inobedientia quandoq; est speciale peccatum, cum. s. aliquis ex pręcepti contēptu peccat, quandoq; autē sumitur pro ut est conditio consequens omne peccatum mortale. Peccatū igitur Adę, quantum ad actum exteriorem, præcessit interior elatio, quæ est superbia. sed quia peccatum quodlibet est cęlestium inobedientia mandatorum, vt Ambro. dicit, ideo peccatum Adæ Apostolus inobedientiā appellauit.

Ro. 5. le. 5. n. 1. Tim. 2. le. 3. co. 2.

In alio script. vt hic, ar. 2. o. Pa. sedę vbi su. ar. 2. c.

Pri. 2. q. 89. arti. 3. ad ter. Pa. sedę q. 105. arti. 2. ad ter.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ vir grauius peccauerit q̄ mulier: Status enim personę operatur ad grauitatem culpę, sicut supra dictum est. sed Adam est altioris status q̄ mulier, vtpote mulieris caput, & magis spirituali præditus mente. ergo Adam grauius peccauit q̄ Eua. Pręterea. Quantitas causæ ex effectus quantitate apparet. sed peccatū Adę in omnes peccatum, & mortē transduxit, vt patet Roma. 5. quod de peccato Euę nō dicitur. ergo peccatum Adę fuit grauius q̄ Euę. Præterea. Peccatum in Spiritumsanctum est grauius peccato quod ex cōcupiscentia procedit. sed peccatum Adæ in Spiritumsanctum fuisse videtur, qui sub spe veniæ peccauit, quod ad præsūptionem pertinet, quę peccati in Spiritumsanctum species ponitur. mulier autem peccauit ex concupiscentia dignitatis, & pomi, ergo mulier minus peccauit q̄ vir. Sed contra. Pęna respōdet culpæ, mulier autem fuit grauius punita q̄ vir, vt patet Gen. 3. grauius ḡ peccauit mulier q̄ vir. Præterea. Mulier ipsa peccauit, & virum ad peccandū īduxit, non autem econuerso. ergo mulier grauius peccauit q̄ vir. Respond. Dicēdum ꝙ primum peccatum hominis fuit elatio, vt dictum est, & ex ea viri, & mulieris peccata principaliter pēsanda sunt. Maior autem elatio fuit in muliere q̄ viro, quod ex effectu apparet: nam elatio in muliere fecit vt verum esse crederet, & possibile quod serpens promittebat, & iō dr̄ esse seducta. In viro autē hoc fieri,

In alio script. vt hic, arti. 3. Pa. sedę q. 163. ar. 4. o.

ri, nō potuit. sed sub quadā cōdōne ipse appetiit excellentiā repromissam, si possibile foret, & inductus exemplo, & beniuolentia vxoris, vnde simpliciter loquēdo, peccatum Euæ grauius fuit, & si peccatum Adæ fuerit grauius secūdū quid: Aggrauatur. n. peccatum ex circunstantibus personam peccantis. Vnde patet responsio ad primum. Ad secundum dicendum, ꝙ non est propter grauitatē peccati Adę ꝙ totam naturam humanā infecit, & corrupit, sed propter hoc ꝙ tota erat in eo. Perfectiori autē modo erat in Adam ꝙ̄ in Eua: quia in Adam erat sicut in principio actiuo, in Eua sicut in prinicipio materiali, vnde infectio humani generis magis attribuitur peccato Adæ ꝙ̄ Euæ. Ad tertium dicendū, ꝙ quāuis Adam sub spē veniæ peccauerit, non tamen peccauit in Spiritumsanctum: sperauit enim de Dei misericordia cum proposito pœnitendi, quod in peccato prēsumptionis non est.

Quæstio secunda.

Deinde quæritur de

ignorantia.

Et circa hoc quæruntur duo.
Primo vtrum ignorantia sit peccatum.
Secundo vtrum ignorantia, vel error in statu innocentiæ esse potuerit.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, Pri. 2æ q. 76. ar. 2. c. De ma. q. 3. arti. 7. c. quol. 1. arti. 19. c.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ ignorantia nō possit esse peccatum. Peccatum enim est dictum, vel factum, vel concupitum contra legē Dei. sed ignorare nihil horum est. ergo non potest esse peccatum. Prēterea. Meritum, & demeritum, secundum Aug. in voluntate consistunt. sed scire, & ignorare non sunt in voluntate, sed in intellectu. ergo non sunt peccata. Præterea. Peccatum nō excusatur per aliud pctm̄, sed aggrauatur. sed ignorantia excusat. ergo ipsa non est pctm̄. Sed contra. Pœna non debetur nisi culpæ, & tamen debet ignorantię, vt patet Esa. 5. Propterea captiuus ductus ē populus meus, q̄a non habuit scientiam. ergo ignorantia est culpa. Prēterea. Omittere ea ad quæ quis tenetur est culpa. sed homines tenentur aliqua scire. ergo ignorare ea est peccatum. Respon. Dicendum ꝙ ignorantia quandoq; est peccatum, quandoq; excusat a peccato, quandoq; vero concomitatur peccatum. Peccatū siquidem est, inquantum sequitur voluntatem cum. s. aliquis ea quę scire tenetur vult nescire, vel non curat scire. Tunc autem excusat peccatum secundū ꝙ cōsideratur vt voluntatem prēcedens: sic enim inuoluntarium causat, & per consequens diminuit rationem peccati, vel totaliter excludit peccatum, ratione cuius dicitur excusare a toto, quando. s. ignorantia est immunis a peccato, vt cū ignorat aliquis quæ scire, vel non tenetur vel nō potest: tunc enim actus ex tali ignorantia causatus a peccato totaliter excusatur. Tunc vero ignorantia excusat sequens peccatum in parte sed nō in toto, quando ipsa ignorantia habet aliquid culpæ annexum, tūc vero ignorantia culpam comitatur, quando ex affectu culpæ impeditur rationis actus, secundum ꝙ omnis malus dicitur ignorans, & hęc ignorantia, nec excusat peccatum, nec est per se peccatum, sed est quędam peccati conditio. Ad primū ergo dicedum, ꝙ sicut de omissione ita, & de ignorantia est duplex opinio. Quidam enim dicunt ꝙ peccatum omissionis consistit in actu voluntatis, per quē aliquis non vult facere quod tenetur, & secundum hoc, peccatum ignorātię est quoddam concupitum, prout. s. aliquis vult nescire. Alii dicunt ꝙ omissio in solo defectu eius ad quod quis tenetur consistit: quandocūq; enim ille defectus

Vtrāq; sniam examinat S. D. & vtriusq; veritatem aperte ponit, pri. 2ę q. 71. ar. 5. c.

in hominis potestate consistit, voluntarius iudicatur, quia & ipsum non velle est voluntarium, sicut velle, cum vtrunque in voluntate consistat, & secundum hoc ignorantiæ peccatum dicetur, secundũ quod prędicto modo est volũtarium, & ita reducitur ad concupitum. Ad secundũ dicendum, quod pct̃m omne dicitur esse in voluntate, non sicut in subiecto, sed sicut in primo motore. Secũdum hoc.n. quælibet potentia animæ nata est esse subiectum peccati, secundum quod per imperium a volũtate potest moueri, & ita in intellectu potest esse peccatum sicut in subiecto. Ad tertium dicendum, quod ignorantia excusat peccatum cuius voluntatem pręcedit inuoluntarium causans, est autem peccatum, inquantum sequitur voluntatem. Si vero sequatur & præcedat, erit peccatũ, & excusans peccatum non in toto sed in parte.

De ver. q. 15. ar. 3 ad ter. De ma. q. 2 ar. 2. ad sec.

In alio script. vt hic, ar. 1. o.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, d. 23 q. 2. ar. 3. p. p. q. 94. art. 4. o. De ver. q. 18. art. 6. o.

AD secundum sic proceditur, & videtur quod in statu innocẽtiæ error, vel deceptio esse potuerit: Dicit.n. Apostolus. 1. ad Timo. 2. quod Adam non est seductus sed mulier. hęc autẽ seductio peccatum præcessit: quia secundum Ambr. Omne peccatum est ex errore, ergo ante peccatum in statu innocentiæ fuit seductio, & error. Præterea. Supra di. 21. dixit Magister quod mulier ideo serpentem non horruit, quia illum a Deo creatum sciuit: Ab eo enim loquendi vsum credidit accepisse. hoc autem erat falsum. ergo mulier ante peccatum decepta fuit. Præterea. Homo in statu innocentiæ sensibus vtebatur, vt patet Gen. 3. vbi dicitur. Videns igitur mulier lignum &c. sed quãdoque sensus annunciant rem aliter quam sit, sicut patet quod a remotis parua videntur etiam magna. ergo adminus quantum ad hoc, deceptio in statu innocentiæ potuit esse. Sed contra est quod August. dicit in lib. de lib. arb. Approbare vera pro falsis, non est natura instituti hominis, sed pęna damnati. hoc aũt est errare seu decipi. ergo in statu innocentiæ error vel deceptio esse non potuit. Pręterea. Omne malum hominis, vel est pęnę, vel culpæ, quorum neutrum in statu innocẽtię potuit esse. sed deceptio seu error quoddã malum est. ergo in statu innocentiæ esse non potuit. Respõ. Dicendum quod differentia est inter nesciẽtiam, ignorantiam, & errorem. Nescientia enim simplicem scientiæ negationẽ importat, & hanc nihil prohibet in statu innocentię fuisse, respectu quorũdã, sicut non habuit omnem scientiam, de quo infra patebit. Ignorantia vero, proprie loquendo, priuationem sciẽtię importat, quæ est cum deest alicui scientia quã debuit, vel saltem potuit habere, & hoc semper est vel pęna, vel culpa. Vnde in statu innocentiæ esse non potuit. Error vero dicit assensum rationis in aliquod falsum firmatũ, qui si firmatus non fuerit non dicitur error secundum quosdam, sed opinio falsa. Dicunt igitur quidam quod in statu innocentię assensus rationis non potuit alicui falso applicari cum firmitate vt sic errare diceretur: potuit autem sine firmitate, vt sic falsum opinaretur. Sed quia qualiscunque applicatio rationis ad falsum habet rationem inconuenientis, & mali, & non solum defectus boni, ideo probabilius dicitur a quibusdam quod nec error, nec falsa opinio in statu innocentiæ potuit esse, cum nec in corpore quodcũque inconueniens vel malũ esse potuerit antequam homo peccaret, & ita multominus in intellectu. Ad primum ergo dicendum, quod illa seductio ex inordinato appetitu excellentiæ causabatur, sicut & error electionis, ex quo peccatum actuale procedit consequitur inordinatam affectionem, quæ claudit intuitum rationis. Ad secundum dicendum, quod verbũ magistri

magistri non est intelligẽdum ꝙ mulier credidisset serpentem vsum loquẽdi naturaliter accepisse, cum scientia rerũ naturalium ei non deesset, credidit autem aliqua virtute latente serpentem loqui, quod ẽt verum erat, sed non contulit vtrum hoc fieret operatione dęmonis mediante. Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa non cogit deceptionem in statu innocentię fuisse, nec quantum ad iudicium sensus, qui iudicabat secundum ꝙ recipiebat, nec quantum ad iudicium intellectus, qui causam differentiæ inter sensus apparentiam, & rei veritatem cognoscebat.

Distin. Vigesimatertia.

Præterea quæri solet &c.

Quæstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum Deus cõuenienter permisit hominem cadere in peccatum.

Secundo qualiter Adam Deum cognouit in statu innocentię.

Tertio qualiter alias creaturas.

Quarto qualiter ea quę ad ipsum spectabant.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, arti 2. Pa. scdę q. 165 ar. 1. o. AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ non conuenienter Deus permisit hominem cadere in peccatũ: Natura enim humana excellentior est omnibus corporalibus creaturis. sed aliquam corpoream creaturam. s. cęlestẽ, ita firmauit vt in ea malum esse nõ posset. ergo & hominem taliter debuit instituere ꝙ omnino peccare nõ posset. Præterea. Nullus sapiens custos permittit latronẽ intrare, quẽ scit esse furaturum, vel occisuꝝ, sed Deus pręsciebat holem per diaboli temptationem esse perituꝝ. ergo non cõuenienter hominem permisit a diabolo temptari. Præterea. Roma. 1. super illud. Non solum qui faciunt &c. dicit glo. Consentire est tacere cum possit redarguere, & eadem ratione qualitercũq; aliter possit impedire. sed Deus poterat impedire ne Adã peccaret, voluntatem eius conuertẽdo ad bonum. ergo videtur ꝙ aliquo modo consenserit, peccatum non impediẽdo, quod est inconueniens, & ita incõuenienter permisit hominem cadere in peccatum. Sed contra. Sicut creaturæ corporales sunt vertibiles ꝑ corruptionem, & alteratiõẽ, ita & spirituales per electionem: quia ex nihilo vtreq; sunt. sed nõ inconuenienter Deus permittit mutari corporales creaturas secundum motus corporales. ergo conuenienter permittit mutari spirituales secundum electionem per quam homo incidit in peccatum. Pręterea. Illud quod pertinet ad laudem hominis, non debet ei subtrahi. sed ad laudem iusti pertinet ꝙ possit peccare. Vnde Ecclesi. 31. dicitur. Qui potuit transgredi, & nõ est trãsgressus, facere mala, & nõ fecit. ergo nõ decuit ꝙ Deus hominem impediret ne posset peccare. Respon. Dicendum ꝙ dupliciter potuisset hominis peccatũ impediri a Deo. Vno modo vt auferretur peccandi potentia. Alio modo vt impediretur peccati actus. Potentia quidem peccandi per naturam carere creatura rationalis non potest: quia ex hoc ipso ꝙ est ex nihilo, eius potestas potest vergere in defectum, potest tamen ꝑ gratiam confirmantem talis potentia totaliter ligari ne in peccatum ruere possit, quod quidem non debetur naturę instiiutę, sed naturæ vltima perfectione perfectę. Vnde & angeli, qbus erat breuior via statuta ad beatitudinem perueniendi, statim quasi a principio pręducta potentia est ligata, non autem homini quẽ decebat longior via, propter maiorem distantiam a Deo secundum ordinẽ na- In alio script. vt hic, ar. 1. o. p. p. q. 63. ar. 1. c. Dever. q. 24. ar. 7. et 8. o.

turarum. Peccati autem actum Deus im pedire noluit, propter bona quæ prævidebat ex peccato illo occasionaliter proventura. Ad primum ergo dicendum, quod sicut in corporibus cælestibus nõ põt esse peccatum naturæ ita nec in creatura rationali, in qua tamẽ potest esse peccatum secũdum electionem, qua corpus cæleste caret. Ad secundum dicendum, quod non esset contra custodis sapientiam permittere latroni aditum ad auferendum, si ex hoc multa cõmoda consequi prævideret, quod est in proposito. Ad tertium dicendum, quod in verbis illius gl. quibus dicitur, consentire est tacere cũ possis redarguere, intelligendum est, & debeas quod in proposito locum nõ habet: nam ex rationali causa, licet nobis nõ perfecte nota, peccatum hominis impedire non debuit.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, q.2.ar. 1.p. p. q. 94. ar.1. & Dever. q. 18. ar.1.o. et 2. c.

AD secundũ sic proceditur, & videtur quod homo in statu innocentiæ Deum per essentiam videret: Videre.n. Deum per essentiam est sine medio videre. sed Adam in statu innocentiæ Deum sine medio videbat, vt magister dicit prima d. quarti. ergo videbat Deum per essentiam. Præterea. 1. ad Cor. 13. duo modi diuinæ cognitionis distinguuntur. s. visio fidei, quæ est per speculũ, & enigma, & visio gloriæ, quæ est facie ad faciem. sed Adam nõ cognoscebat Deum visione fidei, ratione obscuritatis, & quia nõ ex auditu solo cognoscebat, vt in litera dicitur, cum tamen fides sit ex auditu, Roma. 10. ergo Adam in primo statu videbat Deum facie ad faciem. Præterea. Sicut se habet sensus ad sensibile ita intellectus ad intelligibile. sed sensus, si nõ sit impeditus, apprehendit sensibile sibi præsens, cum ergo intellectus hominis in statu innocentiæ nullatenus esset impeditus, videtur quod intelligibile vbique præsens. s. Deum per essentiam viderit. Sed contra est quod Io. 1. dicitur Deum nemo vidit vnquam, & loquitur de viatore. ergo, cum in statu innocentiæ homo esset viator, Deum per essentiam videre non potuit. Præterea. Esse viatorem, & comprehensorem soli Christo conuenit. sed Adam in statu innocentiæ erat viator. ergo non erat comprehensor, & ita Deum per essentiam non videbat.

Respon. Dicendum quod quidam dixerũt Adam in primo statu Deum per essentiam vidisse, non tamen ita clare sicut in patria videbitur, & ideo non erat beatus. Sed hoc non potest esse quia distinctio beati a non beato non sufficienter accipitur per hoc quod est clarius vel minus clare videre, cum talis distinctio etiã inter ipsos beatos inueniatur: quia vnus clarius videt alio. Vnde per hoc oportet accipere distinctionem prædictam quod beati Deum per essentiam vident, nõ autem alii. Vnde Adam, qui beatus non erat, Deum per essentiam non videbat. Habebat autem duplicem cognitionem de Deo, vnam gratiæ per internam allo quutionem, siue illustrationem, aliã naturæ per creaturas: non quidẽ vt ex creaturis in cognitionem Dei veniret, sicut nos, sed quia in creaturis Deum considerabat quem interiori reuelatione plenius cognoscebat. Et per hoc patet responsio ad primum: intelligitur.n. Adã Deum cognouisse sine medio creaturarum, quod esset cognitionis causa. Ad secundum dicendum, quod Adam per fidẽ Deum cognouit, & ex auditu interiori, quamuis non exterioris. Nec in statu illo, propter hoc ponitur aliqua obscuritas ex impedimento naturalis luminis, sicut in nobis est, sed ex defectu, quia lumen naturæ, vel etiam gratiæ, non sufficit vt per ipsum diuina essentia videatur. Ad tertiũ dicendum, quod oculus corporalis ex sui natura sufficienter proportionatus est ad visibile corporale, vnde nisi im pedimentum

p.p. q. 12. art. 6. o.

Dever. vbi su. ar. 3. o.

pedimentum interueniat, potest ipsum videre. Sed intellectus humanus ex sua natura non habet sufficientiam ad Deū videndum: vnde nisi aliquid naturæ sup addatur, q̃tumcunq; natura sit integra, & non impedita, Deum per essentiam vi dere non potest.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, q. 2. ar. 2. p. p. q. 94. ar. 3. o. De ver. q. 18. ar. 4. o.

AD tertium sic proceditur, & videtur q̈ Adam in statu innocētiæ nō habuit omnium creaturarum sciētiam: Inter cæteras enim creaturas angeli nobiliores sunt. sed angelos in statu innocentiæ Adam nō cognoscebat per essentiam, cum intellectus humanus naturaliter nō cognoscat sine phantasmate, vt patet per philosophum in lib. de anima. ergo non omnium creaturarum notitiam habuit. Præterea. Non est eiusdem perfectam scientiam habere, & ad perfectionē scientiæ moueri. sed Adā in statu innocentiæ ad perfectionē sciētiæ mouebatur: aliter enim frustra sibi dati essent sensus: non enim indiguisset vt in paradiso positus operando vires naturæ experiretur, quod tamen Aug. ponit super Gen. ad literam. ergo Adā in statu innocentiæ perfectam cognitionem de creaturis non habuit. Præterea. Inter creaturas quædam erant futuræ, quædam vero in sola cogitatione existentes. huiusmodi autem cognoscere solius Dei est. ergo Adam in statu innocentiæ non habuit omnium creaturarum notitiam. Sed contra est quod August. dicit. 13. de ciui. Dei, q̈ in statu innocentiæ nihil erat quod bona volūtas in statu illo non adipisceretur. Sed bona voluntate Adam poterat velle in statu innocentiæ omnium rerum scientiam habere. ergo omnium rerum scientiam habuit. Præterea. Sicut corpus hominis proficit in debitam quantitatem, ita anima in debitam scientiam. sed Adam in principio suæ conditionis habuit perfectam corporis quantitatem. ergo pari ratione habuit perfectam rerū scientiam. Respond. Dicendum q̈ in creaturis quædam sunt quæ ab homine cognosci possunt naturali ratione. Quædam vero ad quæ naturalis rō non sufficit. Horum ergo prima Adam in statu innocentiæ omnia perfecte cognouit: oportet enim vt ante illud quod est in potentia, præcedat quod est in actu, cuius operatione alia reduci possint de potentia in actum, huiusmodi autem cognoscibilia existunt in potentia a principio in nobis, quantum ad prima principia, quę sunt quasi semina aliorum naturali ratione cognoscibilium: vñ oportuit q̈ omnis huiusmodi cognitio esset in actu in primo parente, vt per eius doctrinam posteri perfectionem scientiæ adipiscerentur. Ea vero ad quę ratio naturalis non sufficit, per reuelationem ab homine cognosci possunt: vnde in his Deus est doctor non homo, & ideo horū omnium non habuit Adā notitiam, sed aliorum quæ Deus ei voluit reuelare.

Ad primum ergo dicendum, q̈ Adam in statu innocentię angelos cognoscebat cognitione quia est, nō autem cognitione quid est, neq; naturali ratiōe per quā scientiam rerum ex phantasmatibus sumimus, quę in angelorum essentiam sufficienter ducere non possunt, neq; etiam ex reuelatiōe, quę semper fit seruato naturali modo cognitionis. vnde secundū Dio. diuinus radius peruenit ad nos circumuelatus sensibilium velaminibus. p. p. vbi su. arti. 2. o. De ve. vbi sup. ar. 5. o.

Ad secundū dicendum, q̈ Adam debuit habere omnia quæ sunt de integritate naturę humanę. Vnde sicut habuit vim augmentatiuam, q̃uis corpus auctū non fuerit, ita habuit vires sensitiuas, q̃uis ex sensibilibus scientiam non acquisierit, sed potius scientiam habitam sensibiliter experiebatur, & hoc erat ei iocundū, cum per hoc nouo modo res cognosce

ret. Ad tertium dicendum, ꝙ huiuſmodi ſcire non poterat, niſi per reuelationem, vt dictum eſt.

Articulus quartus.

AD quartum ſic proceditur, & videtur ꝙ Adam in ſtatu innocentiæ non habuit ſuiipſius perfectam notitiã: Homo enim habet animam rationalem quam non cognoſcebat eadem ratione qua nec angelos. ergo nõ perfectam habebat ſuiipſius notitiam. Præterea. Bruta animalia naturaliter cognoſcũt eis expedientia, vel nociua, ſicut patet de agno qui ſequitur matrẽ, & fugit lupum. ſed homo non habuit notitiam ſibi expedientium, & nociuorum, vt videtur ex hoc ꝙ Dei pręceptum cõtempſit diaboli ſequutus conſilium. ergo nõ habuit perfectam ſui notitiam. Præterea. Nihil magis ad hominem pertinebat q̃ ea quę circa ipſum futura erant. horum autem notitiam nõ habuit, vt in litera dicitur. ergo non habuit perfectam notitiam ſui, & ad ſe pertinentium. Sed contra. In ſtatu innocentiæ nihil fuit vitioſum. ſed non cognoſcere ſeipſum ſonat in vitium. ergo homo ſeipſum cognouit. Pręterea. Aliarum creaturarum homo notitiam accepit rationę cuiuſdam propinquitatis quam habent ad ipſum, vtpote propter hominem facta. ſed homo eſt ſibiipſi propinquiſſimus. ergo ſuiipſius notitiã pręcipue habuit. Reſpon. Dicendum, ꝙ ſicut in ſeminibus naturalis cognitionis præexiſtunt in potentia alia cognoſcibilia naturalia, ita & in ipſa natura hominis, & eorũ quæ ad ipſas ſpectant, & ideo, ſicut aliarum rerum naturalium, ita ſuiipſius, & ad ſe ſpectãtium primus homo notitiã habuit duplicem, & contemplatiuam, & practicam. Contemplatiuam quidem, vt in ſeipſo, & in rebus alijs Dei ſapientiam miraretur: practicam vero vt ſciret qualiter ſeipſo, & rebus alijs vti deberet. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ ea quę in homine ſunt ſufficiẽter ducere poſſunt ad cognoſcendum eſſentiam animæ humanæ, nõ autem ad cognoſcendũ eſſentiam angeli: formam enim oportet eſſe materiæ proportionatam, & ideo nõ eſt ſimile. Ad ſecundum dicendum, ꝙ Adã in ſtatu innocentiæ ſciuit ſibi expedire vt Dei præceptum ſequeretur, & dæmonis conſilium euitaret, ſed motus elationis menti eius ſuperueniens electionem rationis peruertit. Ad tertium dicendum, ꝙ futura contingentia nõ ſunt naturali cognitione cognoſcibilia, & ideo non oportuit ꝙ ea quæ circa ipſum futura erant homo cognoſceret naturali ratione, neq; etiam erat decens vt ſibi reuelaretur, ne pęna doloris ſiue triſtitiæ de malis futuris culpam præcederet.

De ver. q. 18. arti. 5. ad no.

In alio ſcrip. vt hic, lit.

Diſtin. Vigeſimaquarta.

Nunc diligenter inueſtigari oportet &c.

Quęſtio vnica.

Hic quęruntur quatuor.
Primo vtrum homo in ſtatu innocẽtiæ potuerit ſine gratia ſtare.
Secundo de lib. arb. quid ſit.
Tertio quid ſit ſenſualitas.
Quarto vtrũ ratio ſuperior, & inferior ſint eadem potentia vel diuerſæ.

Articulus primus.

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ homo in ſtatu innocentiæ ſine gratia nõ potuerit ſtare. Hoc enim quod homo per ſe poteſt habere non habet neceſſe ab alio petere. ſed homo in ſtatu innocẽtiæ neceſſe habebat a Deo petere perſeuerantiam, ſicut & alia Dei dona. ergo non poterat per ſeipſum ſtare ſine auxilio gratiæ. Præterea. Declinare a malo eſt vna pars iuſtitiæ. ſed verã iuſtitia ſine gratia haberi non poteſt. ergo Adam ſine gratia

In alio ſcript. vt hic, q. 1. ar. 4. pri. ſedę. q. 109. arti. 8. o.

tia non poterat peccatum vitare. Praeterea. Praemium non debetur nisi merito. sed victoriae debetur praemiū, vt patet apo. 3. et. 2. ergo vincere peccatū est meritorium. Si ergo Adā in statu innocentiae per seipsum stare potuit tētationem daemonis superando, videtur ꝙ potuerit per seipsum proficere ad meritū vitae, quod est falsum, vt ostenditur in litera. ergo, & praemium. s. ꝙ potuerit sine gratia stare. Sed contra. Nulla poena in statu innocentiae fuit. sed necessitas peccandi est quaedam poena. ergo nō fuit in statu innocētiae, & sic homo poterat nō peccare & per cōsequens stare sine gra. Praeterea. Homo in statu innocentiae non erat minus perfectus ſm animā q̃ ſm corpus. sed absq; nouae gratiae additione poterat corpus eius a corruptione praeseruari. ergo multo fortius anima a peccato. Respon. Dicendum ꝙ circa statum primi hominis est duplex opinio: Quidam enim dicunt eum in gratia fuisse conditum, alii vero absq; gratia, de quo infra quaeretur di. 29. Supposito tamen ꝙ absq; gratia creatus fuerit, vt locum habeat quaestio praesens, dicēdum est ꝙ in statu illo Adam habuit oē illud ad quod facultas naturae se potest extēdere, non autem illud ꝙ naturae facultatem excedit. Opera autem meritoria excedunt facultatem naturae, cum per ea homo adipiscatur supernaturalem beatitudinem, sed non cadere in peccatum non excedit facultatē naturae, quia peccatum contra naturam recte institutum est, & ideo homo in statu innocentiae, si gratiam non habuit, mereri nō potuit, potuit tamen abstinere a peccato. Ad primum ergo dicendum, ꝙ Deus nō solum est gratiae dator, sed etiam naturae author, & gubernator. Vnde ad eum recurrere debemus non solum in his quae pertinent ad facultatem gratiae, sed etiā in his quae pertinent ad facultatem naturae. Ad secundū dicendum, ꝙ licet habitus iustitiae infusae non possit esse sine gratia, nihil tamen prohibet aliquem iustitiae actum fieri ab aliquo gratiam nō habente, & sic declinare a malo poterat primus homo, quāuis gratiam nō haberet. Ad tertium dicendum, ꝙ abstinere a peccato non semper est vincere peccatum, sed tunc quando aliquis a peccato impugnatur, nec tamen ipsa peccati victoria est meritoria, nisi quādo gratia informatur, sicut est & de caeteris actibus virtutum.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ lib. arb. inconuenienter in litera describatur: Facultas enī habitus esse videtur cuius est potentiam facere facilem ad agēdum. sed lib. arb. nō est habitus, cum sit aliorum habituum subiectum. ergo lib. arb. inconuenienter dicitur esse facultas. Praeterea. Bruta ab hominibus sola voluntate, & ratione discernuntur. sed discernuntur lib. arb. ergo lib. arb. est ratio, vel voluntas. non ergo aliquid rationis vel voluntatis. Praeterea. Ratio, & voluntas sunt diuersae potentiae, etiam genere distinctae, cum ratio pertineat ad cognitiuas, voluntas autem ad appetitiuas. sed lib. ar. est vnum aliquid. ergo nō debet per voluntatem vel rationem diffiniri. Praeterea. Lib. arb. affinius est bono q̃ malo, cum nihil appetatur nisi sub ratiōe boni. sed potest per seipsum in malum cōsentire. ergo & absq; gratia bonum eligere, & ita inconuenienter dr̄. q̃ li. arb. bonū eligitur gratia assistēte. Praeterea. Ansel. dicit ꝙ posse peccare, neq; ē libertas neq; ē pars libertatis. sed illud qd nō est de essentia rei non debet in eius diffinitione poni. ergo electio peccati non debet poni in diffinitione lib. arb. Respond. Dicendum ꝙ quaedam sunt res quae operātur absq; iudicio, sicut inanima

In alio script. vt hic, q. 1. ar. 1. 2. et 3. o. p. p. q. 83. ar. 2. 3 et 4. o. De ver. q. 24. ar. 4. 5. et 6. o.

mata: Quędã vero cum iudicio, sed non libero, immo ex ipsa natura determinato ad vnum, sicut bruta quę ex naturali ęstimatione vnum appetunt, & aliud refugiunt. Homo vero, & iudicium de suis operibus habet, & libertatem in iudicando, quę quidem libertas prouenit cum ex ratiōe, quę ad opposita viam habet, tum ex voluntate, quæ non est determinata ad vnum. Vnde homo est dominus sui iudicii, quia potest sic vel aliter iudicare de agendis, & pro tanto dicitur eē lib. arb. Sic ergo conuenienter lib. arb. notificatur in litera per hoc ꝙ ponitur radix libertatis, in hoc ꝙ dicitur rōnis, volūtatis aūt, & libertatis effectus in hoc ꝙ dicitur qua bonū elicitur &c. Ad primum ergo dicendum, ꝙ duplex est facultas. Vna per inclinationem, & sic habitus facilitatem in potentia operatur, inclinans eam ad alterum oppositorum. Alia est per remotionem impedimēti sicut homini dicitur eē facile illud respectu cuius nō impeditur, & sic dicitur lib. arb. facultas inquantum homo non impeditur quin possit hoc facere, vel non facere. Ad secundum dicendum, ꝙ lib. arb. non est aliquid per essentiam diuersum a ratione, & volūtate, immo est per essentiam ipsa voluntas, vt Dam. dicit in 3. lib. Differt tamen a voluntate ratiōe. Nam voluntas dicitur secundum ꝙ aliquid absolute appetit, lib. vero arb. secūdum ꝙ eligit aliquid propter finem: hic enim actus est proprius lib. arb. Vnde ꝙ dicit ꝙ libertas est facultas ratiōis, & voluntatis &c. intelligendum est intransitiue. i. est ratio & voluntas faciles ad efficiendum. Similiter cum dicitur ꝙ est liberum de voluntate iudicium, voluntas ponitur ibi pro volito. Ad tertium dicendum, ꝙ q̄uis ratio: & voluntas, absolute loquendo, sint potētię diuersæ, tamē habent ordinis vnitatem, inquātum ratio dirigit voluntatem, vnde & lib. arb. conuenienter per rationem, & voluntatem describitur: quia electio non cōpletur sine iudicio rationis, & appetitu voluntatis, ipsa tamen electio appetitus q̄dem est rei consiliatæ, vt dicitur in. 3. ethy. Vnde lib. arb. essentialiter est volūtas, & non ratio. Ad quartum dicendum, ꝙ bonum naturæ cōmensuratum potest eligere l.b. arb. absq; gratia, non autem bonum meritorium, quod facultatem naturæ excedit, & de hoc hic loq̄mur. Ad quintum dicendum ꝙ posse peccare non est pars libertatis, absolute consideratæ, consequitur tamen lib. ar. humanum quod hic diffinitur inquantum est ex nobis, vel inquantum est per peccatum corruptum.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ incōuenienter sensualitas in litera describatur. Sicut enim sensualitas est inferior viribus intellectiuis, ita est superior animæ vegetabilis. ergo inconuenienter in eius descriptione dicitur ꝙ est vis animę inferior. Prętere a. In litera habetur ꝙ quicquid est nobis commune, & beluis ad sensualitatem pertinet: plures autē potentię sunt nobis beluisq; communes. ergo sensualitas non debet dici quædam vis, sed quædam vires. Prętere a. Ex sensualitate procedit appetitus rerū ad corpus pertinentium. hic autem appetitus non solum ad cōcupiscibilem sed ēt ad irascibilem pertinet. ergo sensualitas vtranq; includit. ergo non est vna vis sed plures. Præterea. Inter omnes vires sensualitatis primum locum tenet sensus exterior. ergo motus eius ab aliqua vi animæ oritur, incōuenienter ergo dicitur ꝙ motus, qui intenditur in exteriores sensus, fit ex sensualitate. Præterea. Appetitus est principium motus in animalibus, vt patet. 3. de anima. non ergo debet dici ꝙ appetitus, & motus cōmuniter

In alio script. vt hic, q. 2. ar ti. 1.

niter ab vna potentia animæ oriantur, sed ꝙ motus oriatur ab appetitu. Respon. Dicendum ꝙ sicut electio lib. ar. in hominibus ex rationis deliberatione procedit, ita motus appetitiuę partis in brutis consurgit ex appręhensione sensus, & hac ratione ipsa vis appetitiua sensitiuæ partis, sensualitas nominatur. Tédit autem hęc appetitiua in duo, quorũ vnum est bonum particulare conueniēs ad actum sentiendi, sicut odor suauis, est conueniens ad odorãdum, & color pulcher ad vidẽdum. Aliud est bonum particulare conueniens ad conseruationē animalis, sicut cibus, potus, & alia huiusmodi, & ideo, quantum ad primum, dicitur ꝙ ex sensualitate motus est qui intēditur in exteriores sensus. Quantum vero ad secundum dicitur ꝙ ex sensualitate est appetitus rerum ad corpus pertinentium. Ad primum ergo dicendum, ꝙ q̄a corpus est inferior pars hominis, ideo vires omnes animæ quę a corpore dependent inferiores dicuntur, quãuis sint aliquibus superiores, illę vero quæ in sola anima consistunt superiores dicuntur, quãuis sint aliquibus inferiores. Ad secundum dicendum, quòd aliqua potentia pertinet ad sensualitatem dupliciter. Vno modo essentialiter, & sic sola vis appetitiua sensibilis ad sensualitatem pertinet. Alio modo ordinaliter, & sic omnes vires sensitiuæ partis ad sensualitatem: nam appræhensiuæ inferiores ordinantur ad appetitum sensibilē, vt mouentes ipsum, sed motiuæ exequētes motum vt imperatæ ab appetitu. Ad tertium dicendum, quòd licet appetitus sensibilis in duas vires distinguatur. s. in irascibilem, & concupiscibilem, tamen potest dici vna vis secundum genus. Ad quartum dicendum, quòd q̄uis sensus exterior pręcedat, quantũ ad omnes actus, omnes vires sensitiuę partis tñ ad hoc quòd sensus exterior operetur in actu, aliquid cõfert sensibilis appetitus: requiritur enim ad vidēdum in actu intentio que coniungat visum visibili, quę quidem intentio aliquando est sensualitatis, quãuis etiam possit esse naturalis appetitus. Ad quintum dicēdum, quòd motus nõ accipitur hic pro motu corporis exteriori, sed pro interiori appetitus.

Dever. q. 25. ar. 1. c.

p. p. q. 81. ar. 1. ad secun.

Dever. vbi su. ad sec.

Ibidé arti. 2. ad pri.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur quòd ratio superior & iferior sint diuersę potentiæ. Augu. enim dicit. 12. de Tri. Imago Trinitatis est in superiori parte rõnis, non autem in inferiori. imago autem assignatur in anima secundum potentias. ergo ratio supior, & inferior non sunt vna potentia. Præterea. Ratio superior, & inferior per officia distinguuntur, vt in litera dicitur. nomine autem officii actus designatur. cum ergo ex diuersitate actuum potentiarum distinctio innotescat, videtur quòd ratio superior, & inferior sint diuersæ potentiæ. Præterea. Philosophus dicit in. 7. ethy. Ad ea quæ sunt genere altera oportet determinari alteras potentias animæ. sed ratio superior intendit æternis, inferior vero temporalibus. cum ergo æternum, & temporale sint diuersa genera, videtur ꝙ ratio superior, & inferior sint diuersæ potentię. Sed contra est quod August. dicit. 12. de Tri. Cum dixerimus de natura mētis humanę, de vna quadam re dixerimus, nec eam in hæc duo. s. inferiorem rõnem, & superiorem, nisi per officia geminamus. sed diuersæ potentiæ sunt diuersæ res. ergo ratio superior, & inferior nõ sunt diuersæ potentiæ. Præterea. Plus requiritur ad distinctionem potentiarũ q̄ habituum. sed idem habitus charitatis est respectu æterni, & temporalis. s. Dei, & proximi. ergo multofortius eadē potentia rationis esse potest de tempora-

In alio script. vt hic, q. 2. ar. 2. p. p. q. 79. ar. 9. o. Dever. q. 15 ar ti. 2. o.

libus,& æternis. Respond. Dicendum q differentia potentiarum accipitur secundum diuersitatem obiectorū, nō quidem materialem quæ consistit in diuersitate rerum, sed formalem quæ attenditur secundum diuersitatem propriæ rationis obiecti. Proprium autem obiectum intellectus est ens vniuersale, vnde & ad omnia se extendit intellectiua cognitio, vnde nulla rerum diuersitas sufficit ad diuersitatem intellectiuarum potentiarum, sed solūmodo diuersitas rationum prout anima intellectiua ratione diuersa circa eādem rem, vel diuersas operatur: sic enim volūtas ab intellectu distinguitur, & intellectus possibilis ab agente. Ratio autē superior, & inferior differunt secundum respectum ad diuersas res: nam ratio superior intēdit æternis contemplandis, vel consulēdis: inferior vero temporalibus considerandis, & disponendis. Vnde patet q ratio superior, & inferior non sunt diuersæ potentiæ. Ad primum ergo dicēdum, q imago Trinitatis in anima nō attenditur secundum potentias absolute, sed per comparationem ad obiecta. Ad secundum dicendū, q non quælibet diuersitas actuum sufficit ad diuersitatē potentiarum, sed talis diuersitas quæ in idem principium reduci non possit, sicut facere intelligibilia in actu, & recipere ea, non possunt in idem principiū reduci, cum vnum sit entis in actu, aliud entis in potētia, & inde est q intellectus agens, & possibilis sunt diuersæ potētiæ. Hoc autem nō est de actibus inferioris, & superioris rationis: eiusdem enim esse potest principium ad superiora, & inferiora conuerti, & propter hoc ratio nō sequitur. Ad tertium dicendum, q in verbis prædictis philosophi referenda est diuersitas generis, nō ad genus rei, sed ad genus obiecti.

Distin. Vigesimaquinta.

Illud quoq; prætermittendum non est &c.

Quæstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum in sensualitate possit esse peccatum.

Secundo vtrum in ratione.

Tertio vtrum in ratione inferiori possit esse peccatum mortale.

Quarto vtrum peccatum veniale possit fieri mortale.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur q in sensualitate nō possit esse peccatum: Sēsualitas enim nobis, & pecoribus cōmunis est. si ergo in sensualitate potest esse peccatum, poterit esse in brutis, quod est inconueniens. In alio scripto. vt hic, q. 3. arti. 2. De veri. q. 25. ar. 5.

Præterea. Secundum August. nullus peccat in eo quod vitare non potest. sed motus sensualitatis vitare nō possumus quin insurgant. ergo in eis peccare nō possumus. Præterea. Peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem Dei. sed sensualitas non percipit legem Dei: quia tantum circa sensibilia versatur. ergo in sensualitate nō potest esse peccatum. Sed contra est qđ dicitur Rom. 8. Qđ odio malum illud facio. glo. s. concupiscere. sed cōcupiscere est motus sensualitatis, ergo motus sensualitatis potest esse peccatum. Præterea. August. dicit q nonnullum vitiū est cum caro aduersus spiritum cōcupiscit. hoc autem est per actum sensualitatis. ergo actus sensualitatis pōt esse peccatum. Respon. Dicendum q cum voluntas sit qua peccatur, & recte viuitur, vt Aug. dicit, in omni actu qui volūtatis imperio subiicitur potest esse peccatum, & meritum. Voluntatis autē imperio subduntur, non solum actus exteriores

riores membrorū, sed etiam interiores motus sensibilis appetitus, licet non eodem modo. Nam membra exteriora directe obediunt imperio voluntatis, nisi sit impedimētum, sed appetitus interior indirecte, inquantum. s. per voluntatem proponi possūt sensualitati aliqua imaginabilia quæ sensualitatis motum excitent, vel impediant. Et ideo in actibus exteriorum membrorum potest esse peccatum mortale, sicut & in actu voluntatis, sed in motu sensualitatis nō potest esse peccatum mortale, sed veniale tantum: quia non perfecte voluntati obedit.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ sensualitas in homine aliqualiter participat rationem, in quantum rationali voluntati nata est obedire, nō autem in brutis. Et ideo non est simile. Ad secundum dicendum, ꝙ licet omnes motus sensualitatis non sint in potestate nostra, cū hic vel ille in potestate nostra existat: nō. n. possumus facere ꝙ nullus sensualitatis motus inordinatus in nobis surgat, possumus tamen hunc vel illum impedire: quia non potest continentis mentis intentio contra omnia inuigilare. Ad tertium dicendum, ꝙ licet sensualitas legem Dei non aduertat, obedit tamen aliqualiter rationi, ad quāperuenit legis præceptum, & pro tanto in sensualitate potest esse peccatum.

Articulus secundus.

In alio scrip. vt hic. q. 3. ar. 3. pri. sedę. q. 74. arti. 5. o. De ver. q. 15. ar. 3. o.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ in ratione non possit esse peccatum. Ratio enim cognitiua potentia est. peccatum vero in appetitu non in cognitione consistit. Nō enim cognoscere mala est peccatum, sed appetere. ergo in ratione non potest esse peccatum. Præterea. Regula in quolibet artificio debet eē absq; errore, alias nulla certitudo haberi poterit. sed ratio est regula humanorum actuum, quia ꝑm rationem rectam actus virtutum in medio collocātur, vt patet in secūdo ethy. ergo in ratione nō potest esse peccatū. Præterea. Cum peccatum in actu consistat, alicui potentiæ peccatum attribui non potest, nisi secundum exigentiā sui actus, actus autem rationis non est delectatio in delectationibus carnis. ergo ratione talis delectationis nō debet poni peccatum in ratione. Sed contra. Ratio se habet ad opposita. sed per rōnem recte operamur. ergo per eam etiā possumus peccare, & sic in rōne potest esse peccatum. Præterea. Contingit peccare, nō solum ex passione, sed etiam ex electiōe. electio autem aliquo modo ad rationem pertinet. ergo in ratione potest esse peccatum. Respon. Dicendum ꝙ ratio dupliciter accipitur. Quādoq; prout a voluntate distinguitur, sicut cognitiua ab appetitiua, quandoq; vero prout voluntatem includit, sicut dicitur in tertio de anima, ꝙ voluntas in ratione est: sic enim rationem, totam rationalem animę partem nominamus. Vtroq; autem modo in ratione pōt esse peccatum. Primo quidem secundum ꝙ errat in iudicando de his quorum veritatē scire tenetur, vt patet in hęreticis. Secundo vero prout errat in eligendo, qui quidem error cōmuniter est, & volūtatis quę inordinate appetit, & rationis quæ in electiōe aliquo mō errat, prout eius iudicium in particulari eligibili obscuratur, & per hunc modum dicitur eē peccatum in ratione. Ad primum ergo dicēdum, ꝙ ratio hic accipitur prout includit appetitiuam, & cognitiuam, & tamē in ipsa etiā cognitiua potest esse peccatum, vt dictum est. Ad secundum dicēdum, ꝙ prima regula infallibilis in humanis actibus, sunt prima principia iuris naturalis, quæ ad sinderesim pertinent, ex quibus ratio conferendo procedit, Vnde in ratione potest esse peccatum, non autem in sinderesi. Ad tertiū

dicendum, quod delectatio circa carnis delectabilia rationi attribuitur, inquantũ ratio considerat ipsas delectandi rõnes, & ideo talis delectatio inferiori rationi attribuitur, cuius obiectum sunt temporalia, non autem superiori cuius obiectum sunt æterna: Sed quia superior ratio de inferioribus iudicat, ideo vltimũ imperium actus rationi superiori attribuitur, vnde quando cõsentitur in actũ dicitur esse peccatum in ratione superiori, quando vero in sola delectatione cum aliqua deliberatione peccatum cõsistit, dicitur esse peccatũ in ratione inferiori, sed primum desiderium talis delectationis ad sensualitatem pertinet.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, q.3.ar. 4. pri. secdę.q. 74.ar. 8.o. De ver. q.15.ar ti. 4.o. quol. 12. ar. 14.

Ad tertium sic proceditur, & videtur quod in inferiori ratione, nõ possit esse peccatum mortale. Ad inferiorẽ enim rationem pertinet peccatum, quod sola delectatione agitur. sed huiusmodi peccatũ nõ potest fieri mortale, neque per moram temporis, cum talis circũstantia nõ mutet genus, & sic in infinitum aggrauare non possit, nec iterum per consensum, quia consensus in veniale nõ potest esse mortale peccatũ. ergo in ratione inferiori nõ potest esse peccatum mortale. Præterea. Sensualitati, & inferiori rationi commune est per delectationem peccare. si ergo in inferiori ratione potest esse peccatum mortale, pari ratione poterit esse in sensualitate, quod falsum ẽ. ergo & primũ. Pręterea. Superior ratio propinquius percipit præceptum diuinæ legis, quam ratio inferior, sicut & ratio inferior propinquius quam sensualitas, si ergo in sensualitate non est peccatum nisi veniale, in ratione vero inferiori quãdoque mortale quandoque veniale, sequitur quod in ratione superiori semp sit mortale, quod tamen est falsum. ergo & hoc quod in rõne inferiori possit esse peccatum mortale.

Sed contra. Ratio inferior comparatur mulieri, sicut, & superior viro, sed in coniugio primorum parentũ sicut vir, ita & mulier poterat peccare mortaliter. ergo & in figurali coniugio non solum ratio superior, sed etiam inferior mortaliter peccare potest. Pręterea. Nullus dãnatur nisi pro peccato mortali. sed hõ damnabitur pro peccato quo voluit in illicitis delectari, licet non voluerit operari, vt Augu. dicit. 12. de Tri. & hẽtur in litera. ergo cõsensus in delectationem est peccatum mortale, & ita in ratione inferiori, cui attribuitur, potest esse peccatum mortale. Respon. Dicendum quod peccatum veniale deficit a perfectione peccati mortalis, qui quidẽ defectus potest contingere ex duobus. Vno modo ex parte ipsius actus peccati quod non cõtrariatur legi, sed est pręter legem, sicut patet de verbo ocioso. Alio modo ex parte peccantis, quando .s. deliberatio ad peccandum non interuenit: vnde subiti motus, etiam circa ea quæ sunt peccata mortalia ex genere, sunt venialia peccata. Quęlibet autẽ vis in nobis circa proprium obiectum habet aliquẽ motũ subitum, sed circa obiecta inferiorum virium, quas regit, nõ habet motum subitum, sed solum iudiciũ cum deliberatione. Quia igitur sensualitas deliberationem non habet, sed solũ motum subitum, ideo nõ potest motus eius esse peccatum mortale in quacunque materia. Ratio vero inferior, cum sit circa temporalia, communicat cum obiecto in sensualitate, & ideo circa delectabilia sensualitatis potest habere motum subitum qui semper est veniale peccatum. Circa eadem etiam, ex ipsa natura rationis, potest habere motum deliberatum, qui circa materiam mortalis peccati erit mortalis, circa materiã venialis erit venialis. Ratio vero superior circa ęterna potest habere motum subitum,

In alio scrip. vbi su. ar. 5.c.

tum,

tum, qui potest esse peccatum veniale, vt aliquis motus infidelitatis, & eadem ratio est de motibus contra voluntatē quos patiuntur sanctissimi viri etiam in his quæ ad fidem pertinent, sed circa tēporalia non habet motum subitum, sed tantum cōsensum deliberatum qui erit venialis in his quę ex suo genere sunt venialia, mortalis in his quæ ex suo genere sunt mortalia. Ad primum ergo dicendum, ꝙ delectatio, quę sequitur rem delectatam, est eiusdem generis cum ipsa re cogitata, q̄uis delectatio cogitationē sequēs ad aliud genus pertineat, & ideo cum delectatio surgit de mortali peccato cogitato in ratione inferiori, si hoc fit per eius motum subitum, est peccatū veniale, si aūt p cōsensū deliberatū, erit pctm̄ mortale, & tunc dicetur morosa delectatio, nō ex mora temporis, sed ex superueniente consensu: Nec obstat ꝙ consensus ille est in veniale, quia delectatio ante consensum erat mortalis ex genere, sed venialis per accidens. s. ex defectu deliberationis. Ad secundum dicendum, ꝙ ratio inferior circa delectabilia carnis non habet tantum motum subitum, sicut sensualitas, & ideo nō est simile. Ad tertium dicendum, ꝙ defectus deliberationis aufert rationem peccati mortalis, & in his quæ sunt mortalia ex genere, non autem deliberatio apponit rationē mortalis peccati his quę ex suo genere sunt venialia, & ideo, q̄uis in sensualitate, quæ semper deliberatione caret, non fit nisi veniale peccatum, non sequitur ꝙ in superiori rōne, quę semper circa tēporalia deliberationem habet, non fit nisi peccatum mortale.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, q. 3. ar. 6. pri. AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ peccatum veniale possit fieri mortale: In litera enim dicitur ꝙ quædam sunt quæ vbi sæpius fiant hominem dānant, vt verbū ociosum, & huiusmodi. sed dānatio est effectus peccati mortalis. ergo peccatum veniale, si frequenter iteretur, fiet mortale. Præterea. Delectatio ante cōsensū est venialis, sed post consensum fit mortalis, vt dictū est. ergo veniale pōt fieri mortale. Præterea. Dispositio fit habitus. sed veniale est dispositio ad mortale. ergo veniale pōt fieri mortale. Contra. Ea quæ in infinitum distant nō possunt inuicem permutari. sed mortale, & veniale sunt huiusmodi, vt ex eorum pęnis apparet. ergo veniale non potest fieri mortale. Præterea. Plus distant veniale, & mortale q̄ duo mortalia adinuicē. sed vnū mortale non transit in aliud, sicut homicidium nunq̄ fit adulterium. ergo veniale nunq̄ potest fieri mortale. Respon. Dicendum ꝙ cum mortale sit maius peccatum q̄ veniale, dupliciter potest intelligi ꝙ veniale fiat mortale. Vno modo per viam permutationis, sicut ex aqua fit aer. Alio modo per viam additionis, sicut ex guttis fit torrens. Primum pōt intelligi dupliciter. Vno modo ꝙ actus qui prius fuit veniale peccatum idē numero postmodum fiat mortale, quod eē nō potest: quia idē actus numero ex quo transit resumi non potest. Alio modo ita ꝙ actus qui aliquo modo factus eēt venialis, tali modo fiat ꝙ sit mortalis, & hoc possibile est: nam verbum ociosum, quod est veniale ex genere, si tantum cō placeat ꝙ in eo finis vitæ constituatur, & ꝓpter ipsum homo præceptum transgredi proponeret, esset peccatum mortale. Similiter per additionem dupliciter potest intelligi ꝙ veniale fiat mortale. Vno modo directe, vel ꝙ multa venialia perueniant ad quātitatem vnius mortalis. Sed hoc est impossibile: quia in veniali quātūcunq; iteretur nō est auersio a bono incōmutabili, neq; conuersio ad bonum commutabile, vt ad finem, qd est in quolibet mortali. Alio modo in

Secūda sec. q. 88. ar. 4. 0. De ma. q. 7. ar. ti. 3. o. Psal. 39. co. 10.

directe, ita .s. ꝙ multa venialia dispo-nunt ad mortale, & hoc est possibile: [Nā quando quis multotiens venialiter pec-cans ab his quæ Dei sunt impeditur cre-scente temporalis boni complacentia, facilius in peccatum mortale ruit. Sic ergo patet ex dictis, ꝙ illud quod est ve-niale, proprie loquendo, nunq̄ fit mor-tale. Ad primum ergo dicendū, ꝙ ver-bū qd in litera tangitur intelligitur per modū dispositionis, s̄m ꝙ multa venia-lia disponendo quandoq; ad mortale perducunt. Ad secundū dicendum, ꝙ ille motus delectationis qui fuit venia-lis nunquā fiet mortalis, sed consensus superueniens, qui est mortale peccatū, est alius actus, cum diuersarum potētia-rum non sit vnus numero actus. Vnde non sequitur ꝙ actus, qui prius fuit ve-nialis, postea fit mortalis. Ad tertium dicēdum, quòd dispositio aliquando est eiusdē generis de eo ad quod disponit sola imperfectione differens, & talis di-spositio fit id ad quod disponit, sicut di-spositio ad scientiam fit scientia. Ali-quādo vero dispositio est alterius gene-ris, sicut calor est dispositio ad formam substantialem ignis, & talis dispositio nū-quam fit id ad quod disponit. Et est ter-tia dispositio quæ nūq̄ fit idem cum ha-bitu, neq; in eodem, sicut bonitas imagi-
xxv. nationis quæ disponit ad bonitatem in-tellectus, & ita est de veniali & mortali.

Distin. Vigesimasexta.

Iam vero ad propo-

situm redeamus &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.
Primo vtrum lib. arb. sit in Deo.
Secundo vtrum sit in homine.
Tertio vtrum libertas arbitrii aliquam seruitutem compatiatur.
Quarto vtrū eadem libertas sit qua po-test in bonum, & in malum.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & vide-tur ꝙ in Deo non sit lib. arb. Actus enim li. ar. est electio. sed hoc Deo competere nō potest: quia nec consiliū, quod præsupponit, cum cōsilium sit du-bitantis, & ignorantis. ergo lib. arb. non est in Deo. Præterea. Lib. arb. vt in li-tera dicitur, nō refertur ad præsens vel præteritum, sed solum ad contingentia, vel futura. in Deo autem nihil est cōtin-gens vel futurum, sed omnia sunt ei prę-sentia. ergo lib. arb. in Deo non est. Prę-terea. Illa quæ sunt determinata ad vnum, non habent lib. ar. vt patet in re-bus inanimatis. sed Dei virtus est deter-minata ad bonum: quia malitia esse nō potest in eo. ergo in Deo non est lib. ar. Sed contra est quod dicitur. 1. Cor. 12. Hęc omnia operatur vnus atq; idē Spi-ritus, diuidēs singulis prout vult, Gl. Pro voluntatis lib. arb. ergo Deus habet lib. arb. Præterea. Dam. dicit ꝙ homo est ad imaginem, & similitudinem Dei, inq̄-tum habet intellectum, & lib. arb. hoc au-tem non esset si Deus lib. arb. non habe-ret. ergo in Deo est lib. arb. Respond. Dicendum ꝙ sicut supra dictum est, ad hoc ꝙ aliquis sit lib. arb. duo requirun-tur. s. ꝙ habeat iudicium de suis actibus, & ꝙ huiusmodi iudicium sit in potesta-te iudicantis, non quasi ei ab alio prefi-xum. Hæc autem duo in Deo inueniun-tur. Primum quidem ex hoc ꝙ est in-tellectus: ex hoc enim sequitur quòd iu-dicet de his quę agit: Secundum autē ex conditione suæ naturæ quę ab aliis non dependet. Vnde iudicium de agendis nō est præfixum ei ab aliquo superiori agē-te, sicut est in brutis, neq; sequitur p mo-dum necessitatis propriā naturā: Quic-quid enim Deus circa creaturas vult, ta-le est vt absq; eo nihilominus perfectio diuinæ

In alio script., vt hic d. 25. p. p. q. 19. art. 10. o. 1. con. c. 89. De ver. q. 24. art. 3. o. De ma. q. 16. art. 5 c.

diuinæ bonitatis saluetur. Vnde patet ꝙ non vult illud ex necessitate naturæ, sed ex arbi. libertate, & sic cõcedimus ꝙ Deus habeat lib. arb. Ad primum ergo dicendum, ꝙ cum lib. arb. intellectiuam cognitionẽ præsupponat, sicut intellectus Dei differt a nostro ĩ hoc ꝙ est absq; omni ignorãtia & dubitatione, ita & lib. arb. in Deo habet electionẽ absq; inquisitione consilii præcedente, qđ nõ est in nobis. Ad secundum dicendum, ꝙ licet Deo sint omnia præsentia, nec secundum ꝙ est in ipso, sit aliquid contingens, tamen ipsæ res, quę diuinæ electioni subiacent in seipsis sunt futuræ, & cõtingentes. Ad tertium dicendum, ꝙ licet virtus operatiua diuina sit determinata ad bonum, quod contingit ex perfectione diuinæ naturæ, quæ deficere non potest, non tñ est determinata ad vnum, quia Deus bene operando potest hoc, vel illud facere, vel non facere.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, d. 15. q. 1. ar. 3. c. p. p. q. 83 ar. 1. o. pri. sę q. 13. ar. 6. o. De ver. q. 24. ar. 1. o. De ma. q. 6. o. Ro. 9. lect. 3. co. 3.

AD secundũ sic proceditur, & videtur ꝙ homo non sit lib. arb. Quicunq; enim est lib. arb. est dominus suorũ actuum. homo autem non est huiusmodi, vt videtur per id quod dicitur Hiere. 10. Non est in homine via eius, nec viri est, vt ambulet, & dirigat gressus suos. ergo in homine non est lib. arb. Præterea. Id quod potest ab altero immutari non est liberum, quia liberũ est quod causa sui est. sed arbi. hominis potest imutari a Deo. vnde dicitur Prouerb. 20. Cor regis in manu domini, & quocũq; voluerit vertet illud. ergo homo non est lib. arb. Præterea. Sicut bruta quędam naturaliter appetunt, ita & homines. s. beatitudinem. sed bruta non sunt lib. arb. ergo nec homines. Sed contra est quod dicitur Ecclesiast. 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui. glo. in potestate lib. arb. Præterea. Nullus debet puniri, vel præmiari nisi pro eo quod est in eius potestate, sed homo punitur, & præmiatur pro suis actibus. ergo ipse est dominus suorũ actuum, & ita est lib. arb. Respon. Dicendum ꝙ in quolibet cognoscente est actio, & iudicium de actione. Actio autẽ illa quę subditur agẽtis iudicio, est quodãmodo in potestate agentis vt. s. possit eam agere, vel non agere, sed iudiciũ nõ est in potestate iudicantis, nisi in habentibus intellectum, & rationem, qua super suum iudicium reflectatur, ipsum discutiendo. Actio ergo brutorum aliqualiter est in eorum potestate, inquantũ possunt quiescere, vel moueri, sed iudicium de agendo nullatenus in eorum potestate existit, sed ex æstimatione naturali procedit. Vnde brutum non est li. ar. & multominus creaturæ cognitione carentes: omnis autem rationalis creatura habet iudicium de actione, & per consequens arb. libertatem. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ secundum Greg. nisenum, verbum illud prophetę est referendum ad exequutionem electionis, quę non est in potestate nostra, non autem ad electionem ipsam, quæ in nostra potestate existit, licet meritoria esse non possit, nisi p gratiæ donum. Ad secundum dicendum, ꝙ operatio, quam Deus in lib. arb. operatur ipsum vertendo, & mutando, nõ præiudicat eius libertati, quia Deus operatur in lib. arb. secundum modum eius, sicut, & in qualibet alia re. Ad tertium dicendum, ꝙ iam ex dictis patet, ꝙ non est simile de brutis, & homine.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ lib. arb. seruitutem non compatiatur. Seruus enim secundũ philosophum. 8. ethy. est sicut quoddam instrumentum animatum. instrumentũ autem non est a se, sed ab alio mouetur, qđ est contra lib. arb. rationem. ergo lib. arbi. seruitutem habere non potest. Præ-

In alio script. vt hic. ar. 2. & 5. o. p. p. q. 82. a. 1. c. & 2. o.

Dever. q. 22. at. 5. & 6. o. De ma. q. 6. ad vig. te.

terea. Omnis necessitas, vel est naturalis inclinationis, vel est coactionis, sed necessitas peccandi in lib. ar. non potest esse naturalis inclinationis: quia peccatum contra naturam est, neq; coactiois, quia lib. arb. cogi non potest. ergo in li. arb. peccandi necessitas esse non potest, & ita nec seruitus peccati. Preterea. Omne illud quod patitur contrarii commixtionem potest augeri, & minui, & p consequens totaliter tolli. si ergo li. ar. aliquam seruitutis comixtionem patiatur, poterit augeri, & minui, & quandoq; totaliter tolli, quod est impossibile. non ergo lib. arb. compatitur aliquam seruitutem. Sed contra est quod dicitur Ioan. 8. Qui facit peccatū seruus est peccati. Preterea. Liberatio proprie est a seruitute. sed homo per Dei gratiam liberatur a peccato, vt patet Roma. 6. ergo homo potest esse seruus peccati, & sic idem quod prius. Respond. Dicendum quod lib. secundum philosophum, est quod est causa sui, vnde per oppositum accipi potest illud esse seruū quod sui causa esse non potest. Quod quidem cōtingit dupliciter. Vno modo quando ita aliquid ab exteriori ducitur quòd nullo modo ipm agat, sed solummodo agatur: tunc enim violentiam patitur: violentia enim est cuius pricipium est extrā nil conferente vim passo, & quantum ad hoc est seruitus coactionis, quam li. arb. non compatitur. Alio modo quando aliquid ita ab exteriori ducitur quod ipsū non solum agitur sed agit, & hanc seruitutem lib. arb. compatitur. Quod quidē potest accipi vel respectu interioris electionis, & sic est seruitus iustitie, vel culpae, secundum quod aliquis ex habitu virtutis vel vitii inclinatur ad similem electionem, vel respectu exterioris exequutionis, & sic est seruitus miseriae, inquantum per penalitates presentes exterior exequutio impeditur. Ad primum ergo dicendum, quod ratio illa procedit de seruitute coactionis per quā aliquid ita agitur quod nullo modo agit. Ad secundum dicēdum, quod circa necessitatem peccandi cōmuniter ab omnibus dicitur quod lib. arb. peccato subiectum nō potest se a peccato eximere, neq; etiam potest peccatum veniale cauere in generali, quāuis possit in speciali hoc vel illud cauere: quod similiter quidam dicunt de peccato mortali, quāuis aliis videatur quòd per lib. arb. homo possit cauere ne incidat in nouum peccatum. Sed prima opinio magis consonat dictis August. Quocunq; autem modo dicatur, necessitas peccandi, licet non proueniat ex naturali inclinatione, prouenit tamen ex inclinatione fomitis, vel vitiosi habitus. Ad tertium dicendum, quòd libertas a coactione nō patitur aliquā permixtionem, vnde nec augetur nec minuitur nec totaliter tollitur, sed libertas a peccato vel a miseria, quibus contrariae seruitutes lib. arb. in esse possunt, augētur, & minuuntur, & totaliter tolluntur.

De ver. q. 24. art. 12. o.

In a[...] scrip[...] vt h[...] ar. 4. [...] De ver. q. 24. art. 10 ad [...]

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur quod non sit eadem libertas qua quis est liber ad bonum, & malum: Posse enim peccare, vt Ansel. dicit, neq; est libertas arbitrii, neq; pars libertatis. sed posse facere bonum pertinet ad arbitrii libertatem. ergo non est eadem libertas in bonum, & in malum. Praeterea. Libertas ad bonum est per iustitiam, libertas ad malum est per peccatum. iustitia autem, & peccatum non sunt idem. ergo nec libertas predicta. Preterea. Plus differt bonum, & malum quam diuersi status in malo. sed secūdum diuersos status accipiuntur diuersę libertates, vt in litera patet. ergo multo fortius aliqua libertas est ad bonum, & ad malum. Sed contra. Potentia rationalis eadem est oppositorum. sed libertas est condi-

tio

tio rationalis potestatis. ergo eadem est ad bonum, & ad malum. Preterea. Sicut lib. arb. habet ex parte voluntatis libertatem, vel habet ex parte rationis scientiam, siue discretionem. sed eadem est scientia boni, & mali. ergo pari ratione & eadem libertas respectu vtriusq.

Respon. Dicendum q sicut iam ex dictis patet lib. arb. habet quādā libertatem quæ sequitur naturam potentiæ p quam est liberum a coactione, & hæc libertas se extendit ad bonum, & ad malum. Habet vero aliam libertatem ex habitu ipsam perficiente: quia habitus iustitiæ facit libertatem ad bonum, habitus autem culpæ libertatem ad malum, eadem autem potentia est boni, & mali, sed non idem habitus: iustitia enim se habet ad bonum tantum, sed culpa tantū ad malum, & ideo, loquendo de prima libertate, eadem est respectu vtriusq, non autem loquendo de secunda. Ad primū dicendū q posse peccare non est de necessitate lib. ar. in quacūq natura, vel in quocunq statu, & secundum hoc intelligendum est dictum Ansel. pertinet tamē ad arbi. libertatem in aliqua natura, & in aliquo statu, & q̄tum ad hoc, libertas ad malum pertinet ad potentiæ libertatem, quæ est vna respectu boni, & mali. Ad secundum dicēdum, q obiectio illa procedit de libertate, quæ est ex habitu. Ad tertium dicendum, q secundum diuersos status lib. arb. diuersis habitibus perficitur, secundum quos diuersę libertates distinguūtur: nam ante peccatum perficiebatur originali iustitia, post peccatum, ante reparationem iustitia naturali, post reparationem vero, iustitia gratuita, sed in statu glorię, iustitia, cōsumata. Tamen in omnibus his statibus, libertas, quæ est ex natura potentiæ, eadem manet.

(Margin: l. ita — In alio script. vt hic, arti. 1. ad sec. p. p. q. 62. ar. 8. ad tertiū. De ver. q. 22. ar. 6. c. fi. — In alio script. vt hic, d. 44. q. 1. ar. 1. ad primū. De ver. q. 24. arti. 3. ad fm.)

Distin. Vigesimaseptima. XXVI.

Hæc est gratia operans & cooperans &c.

Quæstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.
Primo de gratię necessitate.
Secundo de eius quidditate.
Tertio de eius subiecto.
Quarto de eius diuisione.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur q non sit necessarium ponere gratiā in homine: Homo enim est cęteris animalibus nobilior. sed in aliis animalibus non requiritur aliquid superaddi eorū naturalibus. ergo nec homo super sua naturalia gratia indiget. Pręterea. Idem est aliquem esse alicui gratum, & ei acceptum. sed per hoc q aliqs dicitur alicui acceptus nihil ponitur in acceptato, sed in acceptante. ergo gratia nihil ponit in hoie qui dicitur Deo gratus, sed solum in Deo. Præterea. Sicut anima est vita corporis, ita Deus est vita animæ. sed anima est vita corporis nullo mediante. ergo non est necessarium ad hoc q Deus sit vita animæ q sit ibi aliqua gratia media. Sed contra. Illud quo homo proficit ad recte operandum, est homini maxime necessariū. sed gratia est huiusmodi, vt patet. 1. Corin. 15. Habundantius illis omnibus laboraui, non autem ego, sed gratia Dei mecum. gratia ergo homini est necessaria. Pręterea. Hoc quo homo consequitur finem vltimum est ei maxime necessarium. sed gratia est huiusmodi, vt patet Roma. 6. Gratia Dei vita æterna. ergo gratia est homini necessario. Respon. Dicendum quòd nomen gratiæ quandam acceptationem designat. Deus autem, q̄uis omnes creaturas acceptet quantum ad aliquod bonum, tamē spe-

(Margin: In alio script. vt hic, pri. pę. q. 110. ar. 1. o. 3. cōt. c. 147. & 150. De ver. q. 27. ar. 1. o.)

ꝑ aliter acceptat sanctos ad fruendū bono, quod ipse Deus est, & illi quos sic acceptat simpliciter ei grati dicuntur. Plena autem deitatis fruitio omnem natuᵲam creatam excedit, vnde ad hoc ꝙ aliquis ad tantum bonū reddatur idoneus requiritur ꝙ ei super naturam addatur aliquod speciale donū, & hoc est quod gratiam nominamus, & sic patet quę est necessitas ponēdi gratiam. Ad primū ergo dicendum, ꝙ inter cęteras excellētias, quibus homo irrationalibus praeminet creaturis, ista est pręcipua, ꝙ est capax supernaturalis boni. Vnde hoc ad eius perfectionem pertinet, ꝙ gratia indiget per quam ad prędictum bonū reddatur idoneus. Ad secundum dicendū ꝙ ipsa diuina acceptatio facit cointelligi, sicut suum effectum, aliquid per qd fit homo idoneus ad hoc ad quod acceptatur. Ad tertium dicendum, ꝙ anima viuificat corpus formaliter, Deus autem effectiue, & ideo non est simile.

3.p.q. 50.ar. 2.ad.3.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic art.4. pri.f̄ae q.110. ar.3.o. De ver. q.27. ar.2.o.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ gratia sit idem ꝙ virtus: Gratia enim quoddam accidēs est, cum sit quidam nitor animae, vt glo. dicit super Psal. 103. vt exhilaret faciē in oleo. non aūt pōt reduci ad aliquod genus, q̄ ad qualitatem, nec ad aliam qualitatis speciem, q̄ ad primam in qua virtus, & scientia continentur. gratia autē non est scientia, cum magis ad affectum pertineat, q̄ ad intellectum. ergo gratia est virtus. Pręterea. Per gratiam lib. arb. hominis pręparatur vt bonum velit, & adiuuatur ne frustra velit. hoc autem facit per charitatem, & alias virtutes. ergo gratia non est aliud a virtutibus. Pręterea. Eiusdem secundū idem non sunt diuersę formę. opus aūt meritorium, in quātū huiusmodi, est formarum per charitatem, & gratiam. ergo charitas est idem ꝙ gratia. Sed contra est ꝙ August. dicit in lib. de correctiōe, & gratia, quòd gratia praeuenit fidem, & charitatem, nulla autem virtus est prior fide, & charitate. ergo gratia non est virtus. Pręterea. Spiritussanctus datur nobis in gratię dono. sed datio Spiritus sancti praecedit charitatem, sicut causa effectum: quia vt dicitur Roma. v. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritumsanctum, qui datus est nobis. ḡ gratia praecedit charitatem, & sic idē qd prius. Respō. Dicendū ꝙ s̄m quosdam, grā, & virtus sunt idē p essentiā, sed differunt rōne: nam virtus dr̄ prout est recti operis principiū. grā aūt s̄m ꝙ facit hominē Deo acceptū. Hoc aūt patet eē falsum, si de q̄libet virtute itelligatur, tum qa essent tot grāe quot virtutes in homine vno, tum quia aliquae virtutes absq; gratia esse possunt. Si autē hoc specialiter pro aliqua virtute dicatur. s. charitate, probabilior erit opinio: Nam charitas sine gratia esse non potest, sed cum charitas quandam inclinationem appetitus in bonū supernaturale importet, quae quidem inclinatio non proportionatur ad esse naturę, oportet ꝙ aliquod spirituale esse pręintelligatur in anima ante charitatem, per quod homo fit diuinitatis particeps: sic enim appetitus eius poterit per charitatem tendere in diuina, & per alias virtutes ea quae Dei sunt operari. Vnde sicut esse naturale praecedit inclinationem naturalis appetitus ex viribus naturalibus, ita gratia charitatem, & alias virtutes. Ad primū ergo dicendum, ꝙ gratia reducitur ad primam speciem qualitatis, nec tamen oportet ꝙ sit scientia vel virtus, cū non perficiat immediate ad actum potentiae affectiuae, vel cognitiuae, sed ad esse spirituale, quod philosophi non cognouerunt, vnde ab eis huiusmodi accidens est praetermissum. Ad secundum dicendū, ꝙ illi effectus cōueniunt gratiae primo, &

In alio script. 4.d.1. q.1 ar. 4. questiū cula.4.

& principaliter, sed virtutibus secundario, & immediate: nam gratia nõ est immediatum actus pricipium, sed spiritualiter essendi. Ad tertium dicendum, ꝙ nihil prohibet eiusdem esse plures formas ordinatas. Vnde & actus meritorius informatur, & virtute eliciente actũ, quãtum adhoc ꝙ ad finem proximum ordinatur, & per prudentiam, quantum ad hoc ꝙ debitis circunstantiis vestitur, & charitate, quantũ ad vltimum finem ordinatur, & gratia, quãtum adhoc ꝙ redditur Deo acceptum.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, pri. secũ. q. 110. arti. 4. De ver. q. 27. ar. 6. c. AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ gratia nõ sit in essentia animæ sicut in subiecto: Quæcunq; enim perfectio est in aliqua potẽtia animæ perficit ad actum illius potentię. sed gratia non perficit ad esse naturale, qd est actus essentiæ animæ: anima enim p suam essentiã est forma corporis. ergo gratia non est in essentia animæ, sicut in subiecto. Præterea. Opposita nata sunt fieri circa idem. sed culpa, quæ opponitur gratiæ nõ est in essentia animæ sicut in subiecto, sed in potentia. ergo nec gratia. Præterea. Gratuita præsupponunt naturalia. sed potentiæ naturaliter inhęrent subiecto animę. ergo gratia est in substantia animæ mediante potentia, & sic immediatum subiectum gratiæ non est essentia animę, sed potentia. Sed contra. Gratia importat acceptationem a Deo. sed primo acceptatur anima a Deo q̃ eius opera, vt patet per illud quod dicitur Gen. 4. Respexit Deus ad Abel, & ad munera eius. ergo gratia per prius est in ipsa substãtia animę, q̃ in potentiis, quibus ad operatiões ordinatur. Pręterea. Quanto aliqd est prius, & Deo propinquius, tanto per prius donis diuinis repletur. sed essentia animæ est prior, & Deo propinquior q̃ potentia, quę a Deo causatur essentia animę mediante. ergo gratia, quę est pricipium diuinorũ donorum, est in essentia animæ sicut in subiecto. Respon. Dicendum ꝙ supposito gratiam, & virtutem per essentiam differre, vt dictũ est, oportet dicere ꝙ gratia non est in potẽtia animę sicut in subiecto, sed in essentia: Cum enim potentia sit proximũ pricipium operandi, omnis perfectio potẽtiæ immediate ordinatur ad opus, id autem quo ad bene operandũ perficimur, virtus est. Oportet ergo, si gratia nõ est virtus, ꝙ non sit in potẽtia animę sicut in subiecto, sed in essentia: Sic enim perfectiones perfectibilibus proportionaliter respõdebunt: Nam sicut essentia animæ est pricipium esse naturalis, & ab ea fluunt potentiæ quę sunt actuum naturalium principia, ita gratia, quæ est in essentia animę est principium esse spiritualis, & ab ea fluunt virtutes in potentiis, quę sunt proxima principia actuũ meritoriorum. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ licet gratia non sit principium esse natnralis, est tamen principium esse spiritualis, per qd naturale perficitur. 3. p. q. 7. ar. 2. c. q. 62. ar. 2. c. Ad secundũ dicendum, ꝙ culpa, quæ ex actu causatur, est sicut in proximo subiecto, in potentia animę quę est proximũ actus principiũ, culpa autẽ orig. quæ ex infectione carnis contrahitur, est sicut in proximo subiecto in essentia animę, per quam anima corpori vnitur vt forma, & similiter habitus virtutum ex actibus acquisitarum, vel ad actus proxime ordinatarum subiecta sunt potentiæ, sed illius perfectionis quę desuper venit, & ad actum immediate non ordinatur. s. gratiæ essentia aiæ subiectum propriũ debet esse. Ad tertium dicendum, ꝙ gratuita præsupponunt naturalia, si proportionaliter accipiantur, vt fiat cõparatio actuum ad actuum principia. i. virtutum ad potentias, & principiorum essendi ad primum essendi principium,

& ita comparatur gratia ad essentiam animæ.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, arti. 5. pri 2æ. q. 111. at. 2. o. De ver. q. 27. arti. 5. ad pri. & sec.

AD quartum sic proceditur, & videtur quod gratia inconuenienter per operantem, & cooperantem distinguatur. Eadem. n. gratia præparat voluntatem ad bene volendum, & ad efficaciter implendum. primum autem horum pertinet ad gratiam operantem, secundũ ad gratiam cooperantem. ergo eadem est in nobis gratia operans, & cooperans, & sic inconuenienter gratia per hęc duo distinguitur. Præterea. Nulla forma, quæ non est subsistens, habet operationem sine cõmunicantia sui subiecti. Qd enim per se non est, per se agere non potest. sed gratia non est forma subsistens, cum sit accidens. ergo nõ operatur per se sine communicãtia subiecti, & sic gratia nunquã est operans tantum, sed cooperans. Præterea. Gratia principaliter se habet in actu meritorio, vt ex litera patet. sed cooperans nõ est principale agens, sed secũdarium. ergo gratia cooperans non debet dici. Præterea. August. dicit in lib. de natura, & gratia, quod gratia præuenit vt pie viuamus, & obsequamur vt semper cum illo viuamus, & nunc præuenit vt vocemur, & tũc subseqtur vt glorificemur, & sic gratia præueniens pertinet ad statũ viæ, subsequẽs vero ad statum glorię. sed status isti sunt omnino disparati. ergo præueniens, & subsequens non debent in eandem diffinitionẽ venire, & sic nec gratia operãs, & cooperans, quæ idem videntur esse cũ prædictis. Repond. Dicendũ quod gratia dupliciter accipitur. Vno modo secundum quod est quoddam donum Dei in nobis. Alio modo secundum quod significat diuinam voluntatem vel operationem, qui circa nos gratis operatur. Vtroque autem modo conuenienter per operantem, & cooperantem diuiditur. Sed oportet, si primo modo gratia accipiatur, quod sumatur operari, & cooperari formaliter, & secundum hoc dicetur gratia operans, prout ea informatur homo ad hoc quod sit iustus, cooperans vero secundum quod inclinat ad iuste agendum, quasi primũ principium, & tũc patet quod eadem numero est gratia operãs, & cooperans, sicut idem numero calor est quo ignis est calidus, & quo calefacit. Si autẽ accipiatur gratia secundo modo, oportet quod sumatur operari, & cooperari effectiue, vt dicatur gratia operans secundum quod Deus in nobis operatur bonum propositum volũtatis, quo primo ei adhęremus, gratia vero cooperans secundum quod operatur in nobis omnia consequentia. s. efficaciam, & perseuerantiam in merendo, & sic etiam gratia operans, & cooperãs est eadem, ex parte operantis, & non ex parte operatorum. Ad primum ergo dicendum, quòd quãuis gratia operans, & cooperans non differunt per essentiã, secundum aliquem modum accipiendi, differũt tamen ratione, & hoc sufficit ad hoc quòd conuenienter distingui possint. Ad secũdum dicendum, quòd gratia nõ potest per se operari effectiue, potest tamen formaliter, sicut enim albedo facit album, ita gratia facit iustum, & secundum hoc gratia dicitur operãs, quia in hoc nullo modo operatur ipsum subiectum, operatur autem quantum ad actũ secundum, qui est operatio, & secũdum hoc gratia dicitur cooperans. Ad tertium dicendum, quòd gratia, quãuis sit principalior in agendo quam lib. arb. si ad eandem actionem referantur, potest tamẽ principalitas attribui lib. arb. ratione alterius actionis ad quam perficitur, sed per gratiam alterius rationis. Vel dicẽdum, quòd lib. arb. perficitur ad bene volendum per gratiam operantem, hoc autem est principale respectu exequutionis, Vnde gratia ad eam perficiẽs merito

merito cooperans dicitur. Ad quartū
pri. Fę dicēdum quòd distinctiones gratię ope
vbi su. rantis,& cooperantis, omnes sunt præ
ar.3.o. uenientis, & subsequentis,sed illa distin
ctio,quā obiectio tāgit,est proprie præ
uenientis,& subsequentis,non autem co
operantis,& operantis,eo quòd in prio
saluatur ratio posterioris, & ita potest
pertinere ad gratiam subsequentem,Prę
mium autem inquantum huiusmodi,nō
habet rationem operationis, sed magis
receptionis,& ita non proprie pertinet
ad gratiam cooperantem,cōmuniter ta
men in eandem diuisionem incidere pos
sunt quæ ad statum viæ,& patriæ perti
nent,cum hęc ad illa ordinentur.

XXXVII. Distin. Vigesimaoctaua.

Si vero quæritur quo modo illa gratia &c.

Quęstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum virtus sit actus, vel habitus.

Secundo de diffinitione virtutis in litera posita.

Tertio vtrum per actus virtutum aliqs possit mereri vitam æternam ex condigno.

Quarto vtrum per actum alicuius virtutis possit mereri iustificationem.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, pri.fę. q.55. ar.1.o. De vir. ar.1.o.

Ad primum sic proceditur,& videtur quòd virtus sit habitus vel actus. Sicut eni habetur in litera ex August. Bonus vsus lib. arb. est virtus. sed vsus lib.arb.est actus.ergo virtus est actus. Præterea. Virtutes inter maxima bona cōputantur.habitus autē nō sunt maxima bona,sed actus,quia actus sunt habitibus posteriores. ergo virtutes non sunt habitus,sed actus. Præterea. Vitium virtuti opponitur, cum mutuo se expellant.sed vitiū est in genere actus:Ipsi eni m actus peccata sunt.cū ergo opposita sint in eodem genere, videtur etiam quòd virtutes sint actus.

Sed contra. Virtutes manent in dormientibus,cum nō nisi per peccatū perdantur,non autem sunt in eis actus virtuosi, ad quos electio requiritur. ergo virtutes non sunt actus. Pręterea. Nihil est causa suiipsius, sed virtus est causa boni actus: Nam virtus est quæ bonum facit habentem, & opus eius reddit bonum. ergo virtus non est ipse actus bonus. Respond. Dicendum quòd virtus nominat potentiæ complementum:Est enim vltimum potentię, vt dicitur in prin.cę.& mun. potētia autem non signat ipsum actum, sed actus pricipium, vnde nec virtus essentialiter est actus,sed eius principium. Indiget.n. actus meritorius in nobis duplici principio.Vno naturali quod secundum actū ministret,& hoc est potentia. Alio vero indiget naturalibus superaddito, quo actus rectificentur,& formentur:ipsa.n. potentia rationalis se habet ad diuersa, ideoq; indiget aliqua forma per quā determinate inclinetur ad debitam, & rectam actionẽ prompte, & delectabiliter faciendam,& hæc forma est habitus virtutis. Ad primum ergo dicendum, ꝙ August. bonum vsum lib.arb. virtutē nominat,non essentialiter,sed materialiter, secundum ꝙ virtus dicitur in quo virtus manifestatur. Ad secundum dicendum, ꝙ virtutes inter maxima bona computantur,nō quia sunt simpliciter optimę,sed secundum genus, prout in infimo genere bonorum numerātur ea quę non sunt necessaria ad recte viuendum,bona.s. exteriora, in medio vero quæ sunt necessaria,sed non sufficiēter: quia se habent,& ad bonum,& ad malū .s.potētia,in supremo vero ea quę sunt necessaria,& sufficientia,vtpote determi

nata ad bonum, & hęc sunt tam habitus q̃ actus. Ad tertium dicendum, ꝙ actus peccati directe contrariatur actui virtutis, habitus vero vitiosus habitui virtutis, & se per modum contrarietatis expellunt: sed ꝙ actus peccati habitum virtutis expellat, hoc non est per directam contrarietatem, sed inquantum se parat a Deo, qui est causa cõseruans virtutem, sicut corpus opacum expellit lumen ab aere, inquantum interpositione sua impedit radiorum solis influxum.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, pri.F͛. q. 55. ar.4.o. De vir. ar.2.o. AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ inconuenienter virtus in litera describatur. Idem enim non potest poni in diuersis generibus sibi nõ subalternis. sed virtus ponitur in genere quantitatis: distinguitur enim quantitas virtutis contra quantitatem mol. ergo inconuenienter ponitur in genere qualitatis. Praeterea. Sicut albedo nõ est alba, ita videtur bonitas non esse bona, sed virtus est bonitas quędam virtuosi, quia bonum facit habentem, secundum philosophum. ergo inconuenienter dicitur qualitas bona. Praeterea. Mens est suprema pars animae in qua est Dei imago, vt August. dicit in lib. de Tri. sed quędam virtutes sunt quae non sunt in suprema parte animae. sed in iferioribus partibus vt de temperantia, & fortitudine philosophus dicit in lib. ethyc. Ergo inconuenienter dicitur ꝙ virtus est bona qualitas mentis. Praeterea. Illud quod est proprium alicuius virtutis nõ debet poni in diffinitione cõmunis virtutis. sed rectitudo videtur proprie ad iustitiam pertinere. ergo inconuenienter ponitur in cõmuni diffinitione virtutis, cùm dicitur qua recte viuitur. Praeterea. Quicunq; de aliquo superbit eo male vtitur. sed de virtutibus multi superbiunt, quia vt August. dicit in regula. Superbia et bonis operibus insidiatur &c. ergo falsum est ꝙ nullus virtutibus male vtatur. Praeterea. August. dicit. Qui creauit te sine te, non iustificabit te sine te. sed iustificatio non est nisi per virtutem. ergo Deus virtutes non facit sine nobis. Praeterea. Gratia non est virtus, vt supra dictum est. sed haec diffinitio conuenit gratię. ergo inconueniẽter datur de virtute. Respon. Dicendũ, ꝙ diffinitio ista sufficiẽter continet omnia quae sunt necessaria ad cognitionẽ virtutis. Continet. n. causam formalem per hoc ꝙ tangit genus ipsius, cum dicitur ꝙ est qualitas mentis. Vel dicendum ꝙ duplex est virtus. Quaedam perfecta, quae ducit ad veram felicitatem, & haec est virtus gratuita. Quędam imperfecta, quae non inducit ad felicitatem veram, quae dicitur virtus politica, seu acquisita. Haec autem non pertinet ad theologum, sed ad philosophum moralem, prima pertinet ad theologum: Et ideo diffinit eam Augu. vt gratuitam, & non politicam. Et quia scire arbitramur vnumquodq; cum causas cognoscimus, ideo describit eam per quatuor causas. s. causam formalem cum dicit qualitas: continet etiam causam materialem ipsius secundum duo. s. quantum ad ipsius subiectum virtutis quod est mens, & quantum ad habitudinem ipsius ad subiectum, in hoc ꝙ dicitur, ꝙ est bona qualitas mentis: virtus enim est quae bonum facit habentem. Continet etiam causam finalẽ proximam simpliciter quantum ad duo. s. quantum ad ipsum actum virtutis, q est recte operari, in hoc ꝙ dicitur, qua recte viuitur, & quantum ad habitudinẽ ad proprium actum in hoc ꝙ dicitur, qua nullus vtitur male: ita enim ordinatur ad bonum actum ꝙ mali actus principium esse non potest, cuius contrariũ est de potentia. Continet etiam causam efficientem in hoc quòd dicit, quã Deus in nobis &c. Ad ar. primum dicendũ, quòd

De vir. ar.9.ad pri. & 10 ad vndec.

quod virtus secundum essentiam suã est in genere qualitatis, sed dicitur quãtitas virtutis secundum quandam similitudinem, prout virtus est diuisibilis secundũ obiecta: diuisio enim est propria quantitatis. Ad secundum dicendum, ꝙ in formis transcendentibus hoc est speciale, ꝙ circa omnia abstracta ponuntur: Quicquid enim intellectu concipitur, accipitur sub ratione entis, vnde & ipsa essentia vel bonitas intelligitur vt ens quoddam, & per consequens vt vnum, & bonum, quæ conuertuntur cum ente, & sic essentia dicitur ens, ex hoc ipso ꝙ ea aliquid est, ita & bonitas dicitur bona, ex hoc ipso ꝙ ea aliquid bonum est. Ad tertium dicẽdum, quòd omnis virtus est in aliqua potentia, quę vel est mens per essentiam, vel per participationem. Irascibilis autem et concupiscibilis, inquantum rationi obediunt, participant aliquid mentis. Ad quartum dicendũ, ꝙ rectitudo constituta in rebus exterioribus, quæ in iudicium veniunt, est propria iustitia, sed rectitudo actus, secundũ ꝙ regulatur a ratione, est cõmunis omnibus virtutibus. Ad quintum dicendũ, ꝙ virtute nullus male vtitur, cum ipsa non sit principiũ mali vsus, quia ex hoc ipso quod est vsus a virtute procedens, malus esse non potest. Superbientes autem de virtute, ea male vtuntur, quasi vsus obiecto. Ad sextum dicendum, ꝙ virtutem infusam, de qua diffinitio datur, Deus in nobis operatur sine nobis efficientibus, non tamen sine nobis consentientibus. Ad septimum dicendum, ꝙ gratia non est immediatum principiũ boni operis, quod designatur in hoc qd dicitur qua recte viuitur: nam vita hic sumitur pro actu vitæ. Vnde per istam particulam virtus a gratia distinguitur.

Articulus tertius.

In alio script. AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ nõ possumus per actum virtutum gloriam mereri ex condigno. Dicit.n.glo.Ro.6.super illud, gratia Dei vita ęterna. Vt intelligeremus Deum ad æternã vitam pro sua miseratione nos perducere, nõ meritis nostris. ergo & sic non possumus per merita nostra ad gloriam peruenire. Pręterea. Meritum cõdignum ęquatur mercedi. sed actus virtutum, quos nunc agimus, non ęquatur in valore pręmio vitæ æternę, vt patet Ro.8. vbi dr. Existimo qd nõ sunt condignę passiones huius temporis ad futurã gloriam quæ reuelabitur in nobis: ergo per actus virtutum non meremur ex cõdigno vitam æternam. Pręterea. Seruus qui se totum, & sua totaliter domino debet, nihil apud eum potest mereri. sed hoc modo nos debemus nos, & nostra Deo. ergo nihil apud eum mereri possumus, & sic per actus virtutum gloriam non meremur. Sed contra est qd dicitur secũdę ad Tim. 4. Reposita est mihi corona iustitiæ, glo. Videtur quod vitam ęternã tanq̃ debitam reddet cuilibet fideli, quia promeruit eam per fidem. ergo per virtutum opera aliquis vitam æternam meretur ex condigno. Præterea. Sicut se habet culpa ad pœnam, ita opus virtutis ad gloriam. sed culpa ex condigno pęnam æternam meretur. ergo & actus virtutis ex condigno vitam æternam meretur. Respond. Dicendum ꝙ in opere virtutis duo possumus considerare. s. illud quod est ex parte lib. ar. & id quod est ex parte gratiæ. Quantum ad illud quod est ex parte lib. arb. merita nostra non sunt cõdigna illius glorię, sed quantum ad illud quod est ex parte gratiæ, sic sunt condigna. Vnde & ipse Spiritussanctus qui in gratia nobis datur, & in nobis per gratiam operatur, dicitur esse pignus hereditatis nostræ, vt patet ad Eph. 1. Vnde etiã gl. dicit Ro.6. quod merita, quibus vita redditur per gratiam, in nobis facta sunt.

vt hi pri. s. q. 14. ar. 3. o. Ro. 4. le. 1. co. 3. et 6. le. 4. fi. & 8 le. 4. co. 1.

Ad primum ergo dicẽdum, q̃ gratia datur nobis ex sola Dei miseratione: Et iõ salus æterna non meritis nostris, in q̃tũ nostra sunt, ascribitur, sed diuinæ miserationi ex qua est gratia merendi, quæ merendi efficaciam præbet. Ad secundum dicendum, q̃ licet opera nostra nõ ęquentur pręmio ęterno secundum q̃titatem, ęquantur tamen secundum proportionem, præsupposita efficacia gratiæ, sicut paruum semen postmodũ adęquatur arbori magnę ad quam virtus seminis est proportionata. Ad tertium dicendum, q̃ homo per gratiam consequitur libertatem filiorũ Dei, vt sic iam non operetur vt seruus, sed vt liber per Christum ex spontanea voluntate, & ita nihil prohibet quin mereatur.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur q̃ fides non mereatur iustificationem. Illud enim quod pręcedit omne meritum non cadit sub merito. sed iustificatio pręcedit omne meritũ, quia nullus potest mereri nisi sit iustus: ergo iustificatio non cadit sub merito. Prætereа. Meritum est sufficiens ad habendum præmium. sed fides non sufficit ad iustificationem, sicut patet in iis qui habent fidem informem. ergo fides iustificationem non meretur. Pręterea. Iustificatio fit per infusionẽ gratiæ, hoc autem nõ cadit sub merito, quia gratiã Dei nihil meriti pręcedit humani, vt August. dicit. ergo fides iustificationẽ nõ meretur. Sed contra est quod dicitur Ro. 5. Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad Deum. Pręterea. Iustificatio est purgatio a peccato. hoc autẽ fit per fidem. Vnde dr̃ Act. 15. Fide purificans corda eorum. ergo fides iustificationem meretur. Respond. Dicendum q̃ de iustificatione possumus loqui dupliciter. Vno modo quantum ad sui principium, alio modo quantum ad sui complementum. Principium quidem iustificationis est prima gratiæ infusio, & quantum ad hoc, iustificatio non cadit sub merito fidei, si meritum proprie accipiatur. Sed quia prima gratiæ infusio fit cum motu fidei formatæ, qui quidem est dispositiuus ad iustificationem, põt dici aliquo modo quod motus fidei iustificationem meretur, prout est quędã dispositio ad ipsam improprie accipiendo meritum. Complementum autem iustificationis consistit in plena curatione peccatorum, & augmento spiritualium donorum, & quantum ad hoc, iustificatio cadit sub merito fidei formatæ quæ est inter prima Dei dona. Vnde Ro. 5. Super illud iustificati ex fide dicit glo. Cum fides impetrat iustificationem, ipsa gratia meretur augeri, & sic patet solutio ad obiecta.

In alio script. vt hic, arti 4.

ad pri. pri. Sæ. q. 113. ar. 4. o. q. 114. ar. 5. o. De ver. q. 28. ar. 4. o. 3. cõ. c. 149. et 159. Eph. 2. le. 3. co. 2.

Distin. Vigesimanona.

Id uero inconcussa &c.

xxviii.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum homo in peccato existẽs sine gratia possit peccatũ vitare.

Secundo vtrum possit aliquod bonum facere.

Tertio vtrum possit mandata legis implere.

Quarto vtrum aliquis sine gratia possit se pręparare ad gratiã habendã.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur q̃ homo in peccato mortali existens peccatũ mortale vitare nõ possit. Augu. n. dicit in lib. de perfectione iustitiæ q̃ malitia se habet ad animã sicut curuitas ad tibiam, & q̃ actus peccati claudicationi comparatur. sed habens tibiam curuam non põt nõ claudicare. ergo existẽs in peccato mortali nõ potest

In alio script. vt hic, arti. 2. pri. Sę. q. 109. ar. 8. o. De ver. q. 24.

ar. 12. potest vitare peccatum. Preterea.
o. pri. Id quod aliquis potest ex seipso, non ha
cor. 12 bet necesse petere a Deo. sed vitare pec
1. 1. co. catum necesse est petere a Deo, vt patet
2. Heb. 2. ad Cor. vlt. Oramus autem Deum vt
10. le. 3 nihil mali faciatis. ergo homo per seip
co. 1. sum non potest peccatum vitare. Praeterea. Si aliquis sine gratia posset peccatũ vitare, hoc posset ille qui solo originali peccato detinetur. hoc autẽ non potest aliquis, alias veniens ad adultam ętatem posset esse sine gratia, & sine peccato mortali, quod est impossibile: sic enim aliquis adultus, neq; ad gloriam, neq; ad pœnam sensus finaliter perueniret. ergo nullus absq; gratia potest peccatum vitare. Sed contra est qd Hiero. dicit. Nos dicimus hominem semper peccare, & non peccare posse, vt semp nos liberi cõfiteamur esse arbitrii, ergo. dicere quod aliquis sine gratia non possit peccatum vitare, repugnat libertati arbitrii. Praeterea. Necessitas peccandi obstinatio quaedam est. sed non omnes qui sunt sine gratia sunt obstinati. ğ non omnes qui sunt sine gratia habent necesse mortaliter peccare. Respon. Dicendum ꝙ circa hanc quęstionem sic caute loquendum est, vt neq; excludendo necessitatem peccandi, necessitatem gratiae tollamus, secundum Pelagium, neq; necessitatem peccãdi ponendo, tollatur lib. arb. secundum Manicheum. Sciendum est ergo ꝙ lib. ar. se extendit ad aliquem particularem actum, non autem ad totius temporis cursum. In potestate enim lib. arb. est ꝙ nunc velim hoc vel illud, aut non velim, sed nõ est in potestate lib. arb. quod nullo tempore aliquid voliturus sim: non enim est in eius potestate immutabilitatem habere, & iõ dicẽdum est ꝙ homo, etiam sine gratia, in peccato mortali existens potest consentire vel non consentire in hoc peccatum, quantum ad nunc, & contrarium dicere tolleret ar. libertatem. Sed nõ potest homo sine gratia firmare se vt nullatenus in hoc vel illud peccatum consensurus sit, imo hęc firmitas non potest ei esse, nisi ex adiutorio diuinae gratiae: Et ideo dicendum est ꝙ homo in peccato mortali existens potest singula pctã mortalia vitare, non tamen potest facere ꝙ omnia vitet, quia hoc eius electioni nõ subditur. Ad primum ergo dicendum, quòd similitudo illa quantum ad aliqd tenet, & q̃tum ad aliquid non tenet: Nã anima peccatoris, nisi incontrarium renitatur, labitur in peccatum oportunitate accepta, sicut & tibia curua claudicat. Sed tamen anima peccatoris põt cõtra niti, per rationis iudicium, quod non potest tibia curua. Ad secundum dicendum, ꝙ abstinere ab omni peccato, vt coniunctim accipiatur, non subiacet lib. arb. vt dictum est, & ideo Apostolus hoc a Deo pro suis subditis petebat. Ad tertium dicendum, quòd ille qui est in peccato originali tantum, veniens ad adultam ętatem necesse habet, vel se ad gratiam pręparare, vel negligentiae culpam incurrere, & sic non erit in statu medio. Vnde non sequitur quòd necesse habeat in hoc, vel in illud peccatum consentire. Ad ea etiam quae sunt in contrarium patet de facili responsio ex dictis.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur quòd homo absq; gratia bonum facere non possit. Dicitur enĩ Ro. 7. Velle adiacet mihi, perficere autẽ bonum non inuenio. ergo homo per li. arb. non potest sine gratia bonum facere. Praeterea. Cogitatio boni praecedit operationem eiusdem. sed homo nõ potest per seipsum bonum cogitare sine gratia, vt dicitur 2. ad Cor. 3. Non quòd sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. ergo sine gratia bo

In alio script. vt hic. arti. 1. pri. 2ę. q. 109. ar. 2. o. De ver. q. 24. ar. 14. o.

num operari non possumus. Praeterea. Operatio boni est actus alicuius virtutis. sed virtutes sunt in nobis per gratiam. ergo sine gratia bonũ operari non possumus. Sed contra. Creatura rationalis melior est irrationalibus creaturis. sed aliqę creaturae possunt aliqua bona facere per sua naturalia. ergo multo magis homo per sua naturalia, absq; gratia, bonum agere potest. Praeterea. Vnumquodq; potest in hoc quod est sibi naturale. sed naturaliter vult homo bonum, vt dicit gl. Rom. 7. ergo homo potest facere bonum per seipsum, sine gratia. Respon. Dicendum ꝙ gratia potest accipi dupliciter. Vno modo pro aliquo habituali dono animae diuinitus indito. Alio modo pro ipsa diuina voluntate, seu prouidentia, qua gratis nobis bona largitur. Primo modo accipiẽdo gratiam, possumus aliqua bona sine gratia facere, quę sunt naturae nostrae proportionata, non autem bona meritoria quae nostrae naturae facultatem excedunt. Secundo autem modo accipiendo gratiam, nullum bonum sine gratia facere possumus. Indiget enim homo diuino auxilio ad bonum operandum dupliciter. Vno modo inquantum Deus operatur interius in omni natura, & voluntate, alio modo inquantum exterius occasiones, & adminicula praebet per suam prouidentiam bene operandi. Ad primum ergo dicẽdum ꝙ Apostolus loquitur de bono meritorio, vel loquitur secundum glo. de bono perfecto, quod est omnino non concupiscere. Ad secundũ dicendum, ꝙ cogitatio boni non potest esse in nobis sine diuino auxilio, potest tamen esse sine gratię habituali dono. Ad tertium dicendum, ꝙ actus de genere alicuius virtutis potest esse in eo qui nõ habet virtutẽ ꝑ iudiciũ rõnis, sicut aliquis qui nõ habet habitũ iustitię potest facere iusta.

De ver. q. 26. arti. 6. ad duodecim. De ma. q. 3. ar. 1. ad nonum.

Articulus tertius.

Ad tertium sic proceditur, & videtur ꝙ aliquis possit implere pręcepta legis sine gratia: Dicitur. n. primae Ioan. 5. Mandata eius grauia non sunt. sed illud quod nõ est graue potest homo ex lib. arb. facere. ergo & mandata legis implere. Praeterea. Nullus peccat in eo quod vitare non potest, vt Aug. dicit. sed aliquis nõ habens gratiam peccat omittendo legis pręcepta. ergo sine gratia legis pręcepta impleri possunt. Pręterea. Nullus iuste corripitur si non facit quod facere nõ potest. sed homo etiam sine gratia iuste corripitur, si praecepta legis nõ impleat. ergo sine gratia potest praecepta legis implere. Sed contra. Qui seruat Dei mandata peruenit ad vitã aeternam. Vnde dominus dixit adolescenti. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. si ergo homo potest sine gratia praecepta legis implere, poterit sine gratia ad vitam aeternam peruenire, quod est contra Apostolum Ro. 6. Gratia Dei, vita ęterna. Pręterea. Lex sine gratia dicebatur occidere, vt patet Ro. 7. quod nõ esset si sine gratia legis pręcepta possent impleri. ergo legis ꝑcepta sine gratia impleri non possunt. Respond. Dicendum ꝙ impletio praeceptorum legis potest accipi dupliciter. Vno modo quantum ad modum faciendi, quem legislator intendit, vt. s. ea quae lex praecipit taliter fiant vt sint meritoria vitae aeternae, & sic nullo modo impletio legis sine gratia esse potest. Alio modo potest sumi impletio legis quantum ad substantiam facti quod lege imperatur, & sic sine gratia aliqs potest singula legis praecepta seruare per lib. arb. sed nõ subiacet potestati lib. arb. vt totaliter legem seruet, in nullo transgrediens, vel omittens, sicut non subiacet lib. arb. omnia peccata vitare. Alii tamen dicunt

In alio script. vt hic, Deuer. vt. s. ar. praecedenti.

pri sę. q. 109. ar. 4. c.

quõ

quod subiacet lib.arb. seruare oia præcepta, quantum ad vitationem peccati, sed nō ad meriti gloriæ adeptionem, & s̄m has duas opiniones de facili patet responsio ad argumenta. Ad primum ergo dicendum, ꝙ sicut dicit Augu. in lib. de natura, & gratia, Præcepta Dei intelliguntur esse leuia amanti, quę sūt dura timenti, & sic non sequitur quod possint impleri nisi ab habēte virtutem charitatis. Ad secundum dicendum, ꝙ homo peccat omittendo quando non seruat singula legis præcepta, quantum ad substantiam facti. Si autem substātiam facti seruet, & non modum, nō incurrit peccatum omissionis quantum ad illud præceptum, quāuis careat merito vitæ. Ad tertium dicendū, ꝙ recte homo corripitur qui præcepta non implet, quia potest ex lib.arb. seruare mandata, quātum ad substantiam, neq; est sine eius negligentia ꝙ gratia caret per quam potest seruare pręcepta, etiam quātum ad modum.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic. p. p. q. 62. ar. 2. o. pri. 2æ q. 109. ar. 6. o. De ver. q. 24. ar. 15. o quol 1. ar. 7. o. Heb. 12 lect. 3. co. 3.

Ad quartum sic proceditur, & videtur ꝙ homo per seipsum se possit præparare ad gratiam habendam: Non enim homo debet induci ad hoc qd per seipsum non potest. sed hō inducitur vt seipsum ad gratiam præparet, vt patet Zach. 1. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. ergo homo pōt seipsum ad gratiam habendam præparare. Prętereа. Apoc. 3. dicitur. Si quis aperuerit mihi intrabo ad eum. sed Deus ad nos intrat per gratiā. ergo nostrum est nos ad gratiam pręparare, cor nostrum ei aperiendo. Præterea. Illud quod facere non possumus, in nobis nō est. sed nos ad gratiam præparando dicimur facere quod in nobis est. ergo præparare nos ad gratiam est in nostra potestate, & ita ad hoc gratia non indigemus. Sed contra est quod dicitur, Ioā. 6. Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxerit eum. Præterea. Illud quod ex nobis possumus non habemus necesse petere a Deo orando. habemus autē necesse petere a Deo vt nos ad gratiam pręparet ad se conuertēdo, vt patet i Psal. 84. Cōuerte nos Deus salutaris noster. ergo non est omnino in potestate nostra nos ad gratiam præparare. Respon. Dicendum ꝙ si p gratiam accipiatur aliquod habituale donum gratis nobis collatum, possumus sine gratia præparare nos ad gratiā habendam: Si enim ad recipiendum lumē gratiæ gratum facientis præexigitur aliquod habituale donum, pari ratione ad illud donum pręexigetur aliquid aliud, & sic in infinitum. Si vero per gratiam intelligatur diuina prouidentia, qua misericorditer homo ad bonum dirigitur, sic sine gratia non potest homo se præparare ad habēdam gratiam gratum facientem: tum quia mensuram præparationis necessariæ ignoramus: tum quia voluntas nō mutatur de vna dispositione in aliam, nisi moueatur aliquo interiori instinctu, vel exteriori occasione excitāte, & hęc omnia per diuinam prouidentiam dispensantur. Vnde non possumus sine Dei auxilio ad habendā gratiam præparari. Ad primum ergo dicendum ꝙ nos inducimur ad faciendū, etiam ea quæ ex diuino auxilio possumus, quia quæ per amicos possumus, aliqualiter per nosipsos possumus, vt dicitur in. 3. Ethy. & sic inducimur vt cōuertamur ad Deum, a quo tamen petimus vt nos conuertat. Vnde dr̄ Treñ. 4. Conuerte nos domine ad te, & cōuertemur. Ad secundum dicendum ꝙ aperire cor nostrum Deo possumus, sed non sine diuino auxilio. Vnde ab eo petitur. 2. Mach. 1. Ad aperiat dominus cor vestrum. Ad tertium dicendum, ꝙ potestas nostra nihil operari potest sine Deo,

qui operatur in omni natura & voluntate. Vnde cum dicimus aliquid esse in nobis, non excludimus Dei auxilium.

XXIX

Distin. Trigesima.

Post hæc considerādum est &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum homo in gratia creatus fuerit.

Secundo vtrum gratia operante indiguerit.

Tertio vtrum potuisset post peccatum per lignum vitæ a morte præseruari.

Quarto vtrū conuenienter propter peccatum fuerit de paradiso eiectus.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, arti. 2. p.p. q. 95. art. 1.o.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ homo non fuerit in gratia creatus: Gratia enim quantum est de se, inclinat ad vitandum peccatum. Nihil autem erat in statu innocētiæ quod hominem ad peccatum inclinaret. si ergo in gratia homo creatus fuisset, nullatenus peccasset, quod patet esse falsum.

Præterea. Homo per gratiam potest proficere ad meritum vitæ. hoc autem in sui conditione Adam non poterat, vt dicit magister supra dist. 22. ergo nō fuit conditus in gratia. Præterea. Cū gratia omnes virtutes simul infunduntur. sed Adam non habuit omnes virtutes, quia non habuit patientiam, cū nullas molestias pateretur, nec perseuerantiam, quod patet ex sequenti peccato. ergo homo nō fuit conditus in gratia.

Sed contra. Nullus spoliatur ab his quæ nō habet. sed homo per peccatum fuit vulneratus in naturalibus, & spoliatus gratuitis, vt patet in glo. Luc. 10. super illud, Homo quidā descendebat &c. ergo homo in gratia conditus fuit.

Pręterea. Sine gratia ad Dei visionem perueniri non potest. sed carentia visionis diuinæ est pęna cōsequens ex peccato. ergo ante peccatum homo gratiam habuit. Respon. Dicendū ꝙ circa hoc est triplex opinio: Quidam enim dixerunt ꝙ homo ante peccatum gratiā nō habuit, nec virtutes gratuitas, sed naturam habuit integram, quæ fuit per peccatum corrupta: Omnes autem authoritates quas magister inducit ad probandum homini infuisse exponunt de virtutibus naturalibus, quæ in ipso propter integritatem humanæ naturæ excellentissime fuerunt. Sed hoc non competit dictis sanctorum. August. enim ponit hominem in statu innocentiæ quadam fęlicitate prędirum esse, per quā ab omnibus passionibus animi, & peccatis erat immunis, vt patet. 14. de ci. Dei. Ipsa ēt familiaritas Dei ad hominem significat eum habuisse gratiam: Et ideo alii dicūt ꝙ homo ante peccatum gratiā adeptus fuit, non tamen est in gratia conditus. Sed hoc etiam irrationabile videtur: Nam cum homo ad beatitudinem habēdam creatus sit, ad quā non nisi per gratiam perueniri pōt, non fuit conueniēs vt homini in sua conditione defuerit perfectio gratiæ, cum Dei perfecta sint opera: Et ideo secundum aliquos, dicendum est ꝙ homo in gratia creatus fuit.

Sētētia quā tī S. D. vbiq; amplecti hæc est.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ inclinatio gratię nō est necessitatis, vnde ea nō obstante, per lib. arb. homo potuit cadere in peccatum. Ad secundum ꝙ magister supra loquutus fuit secūdum opinionem ponentium hominem in gratia conditum non fuisse, vel loquebatur ad ostendendum quid homo posset ex lib. arb. potestate, de qua tunc agebatur. Ad tertium dicendum, ꝙ Adam in statu illo habuit omnes virtutes simul cū gratia: ꝗuis enim passionibus actu non subiaceret, habebat tamen naturam in quā huiusmodi passiones accidere possent.

Perseuerantiā

Perseuerantiam autem, quę est specialis virtus, habuit cum aliquando habuit ꝓpositum finaliter persistendi in bonis, q̃uis non habuit perseuerantiam, quæ est circũstantia virtutum, earum permanentiam designans.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic. ar. 1.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ homo in statu innocentiæ gratia operante non indiguerit: Sicut enim in angelis bonis nullum pręcesserat peccatum, ita nec in homine. sed hac ratione magister supra di. 5. posuit angelos gratia operante non indiguisse. ergo eadem ratione nec homo in statu innocentiæ gratia operante indiguit. Preterea. Iustificatio impii est proprius effectus gratiæ operantis. sed hoc non fuit in statu innocentię quãdo nulla impietas in homine pręcesserat. ergo homo in statu illo gratia operante non indigebat. Preterea. Homo indiget gratia plus post peccatum q̃ ante, cum maiorem defectũ patiatur, sed misericordia Dei, ex qua gratia procedit, miseriã intuetur, vt Be. dicit. q̃ plus grę cõtulit homini post peccatum q̃ ante. sed tam ante q̃ post habuit gratiam cooperantem. ergo ante peccatum nõ habuit gratiam operantem. Sed contra. Posito posteriori ponitur prius. sed gratia operans naturaliter pręcedit cooperãtem. ergo cum homo gratiam cooperãtem habuerit, habuit etiam operantem. Præterea. Geñ. 2. dicitur ꝙ posuit hominem in paradiso, vt operaretur, & custodiret illum, quod vno modo exponitur ab August. super Geñ. ad literam, vt Deus per hominem operaretur quãtum ad esse iustitiæ. Hoc autem fit per gratiã operantem. ergo homo in statu innocẽtiæ habuit gratiam operantem. Respõ. Dicendum ꝙ gratia operans hēt duos effectus, quorum vnus est ei essentialis. s. facere iustum, & Deo gratum, alius est ei

pri. Sæ. q. 111. ar. 2. c.

accidentalis. s. iniquitatem remouere, sicut albedinis proprius, & per se effectus est facere album, sed quod nigredinẽ aliquando abiiciat, hoc accidit ei ex conditione subiecti cui aduenit, in quo nigredo pręcesserat. Dicendum est ergo ꝙ homo in statu innocentię gratia operante indiguit, quantum ad primum, & pricipalem effectum, non autem quantũ ad secundum, & accidentalem, & quantum ad hoc etiam supra dicit magister angelos gratia cooperante non indiguisse, & per hoc patet solutio ad primum. Ad secundum dicẽdum, ꝙ iustificatio impii includit duos prædictos effectus gratiæ operantis, quia ad iustificat onem impii requiritur infusio gratię quasi terminus ad quem, & remissio culpæ, quasi terminus a quo. Ergo quantum ad primum, iustificatio in statu innocentiæ potuit esse, sed nõ quantum ad secundum. Ad tertium dicẽdum, ꝙ homo post peccatum indiget gratia ad plura q̃ ante, sed ad iustitiam habendam non minus indigebat gratia ante q̃ post: & ideo gratia operante indiguit ante peccatum, sicut & post.

3. con. c. 150. De ver. q. 27. arti. 5. ad pri.

pri. Sæ. q. 113. ar. 2. o.

In alio script. vt hic. arti. 3. p. p. q. 95. arti. 4. ad pri.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ Adam post peccatum per esum ligni vitæ a morte pręseruari potuisset: Bonum enim efficacius est ad agendum q̃ malum. sed per lignum sciẽtiæ boni, & mali, quod erat mortis effectiuum, vt dicitur Geñ. 2. de immortali factus est mortalis. ergo multo fortius ꝑ lignum vitæ potuit vitam continuare, etiam mortalis factus. Præterea. Ea quæ agunt virtute naturę, similiter agũt in peccatorem, & iustum, sicut ignis similiter calefacit corpus vtriusq;. Sed lignum vitæ virtute naturali corpus hominis ante peccatum poterat præseruare a morte. ergo pari ratione post peccatum. Præterea. Dominus post pec

catum hominem ab esu ligni vitę cohercuit ne pœnam mortis euaderet, quam peccando meruerat, vt patet Gen. 3. cũ dicitur. Videte ne forte sumat de Ligno vitæ & viuat in æternum. hoc autẽ frustra fuisset nisi per lignum vitæ mortem potuisset vitare. Potuit ergo Adam, et post peccatum, per esum ligni vitæ præseruari a morte. Sed contra. Illud quod est necessarium necessitate absoluta, nulla naturali virtute potest immutari. sed corpus hominis post peccatũ habet necessitatem moriendi, vt patet in Glo. Rom. 8. super illud, Corpus quidẽ mortuum est propter peccatum. hæc autem est necessitas absoluta, cum sit necessitas materię. non ergo poterat virtus naturalis ligni vitę hominẽ post peccatum præseruare a morte. Præterea. Manente culpa, pœna non potest auferri. sed mors est pœna originalis peccati, vt patet Rom. 5. Per vnum hominem peccatum in mundum intrauit, & p peccatum mors: lignum autem vitę non poterat peccatum originale auferre. ergo nec a morte præseruare. Respond.
In alio script. 4. d. 19 q. 1. a. 1 questi un. 1. c. De po. q. 3. ar. 7. ad. 7. Dicendum ꝙ remota virtute principalis agentis, per actionem instrumẽti, effectus produci non potest: non enim per serram fieret scamnum sublata arte artificis. In statu autem innocentiæ, respectũ huiusmodi effectus, qui est perpetua cõtinuitas vitę, principalis agens erat anima, quę virtute originalis iustitiæ poterat corpus suum præseruare a morte, adhibitis aliquibus adminiculis quibus vt instrumentis vtebatur, inter quæ pręcipuum erat lignum vitę: Vnde remota
In alio script. vt hic, arti. 5. ad qn. & sext. p. p. q. 97. art. 4. o. originali iustitia, nec lignum vitę, nec aliquid aliud naturale potest pręseruare a morte, sicut nunc videmus ꝙ natura fortis adminiculo alicuius medicinę corpus sanat. Si autem vigore naturæ sublato, medicina eadem apponatur, nõ poterit perficere sanitatem. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ lignum scientiæ boni, & mali non induxit statum mortalitatis aliqua virtute naturali, sed per trãsgressionem pręcepti, per quã est iustitia originalis sublata. Ad secũdum dicendum, quòd ratio illa procedit de rebus illis naturalibus quę habẽt effectus sicut causę principales agẽtes, & non sicut instrumenta iustitię alicuius, sed de ligno vitæ erat totum contrarium. Ad tertium dicẽdum, ꝙ licet per lignum vitæ nõ potuit homo post peccatum totaliter pręseruari a morte, potuit tamen eius virtute diutius mortẽ differre, quod ei iam in miseria constituto non expediebat, & sic verba domini magis per compassionem, quàm per insultationem sunt accipienda. Secda sę q. 164. ar. 1 ad sext. & sept.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ non conuenienter homo in pęnam peccati sit de Paradiso terrestri eiectus: Ea enĩ quę homo per peccatum amisit, per Christi passionem, & eius sacramenta recuperat. sed homo p hoc non reducitur in paradisum terrestrem. ergo eiectio de Paradiso terrestri non fuit conueniens pœna pro peccato. Præterea. Per quę peccat quis per hęc & torquetur, vt patet Sapiẽ. 11. sed homo in paradiso peccauit. ergo mi sceriam in paradiso terrestri debuit sustinere. Præterea. Homo remediabiliter peccauit, angelus vero irremediabiliter. sed non legitur aliqua custodia apposita ne angelus peccans rediret in cœlum empyreum. ergo multominus debuit homo taliter a paradiso expelli, ꝙ etiam apponeretur custodia per quam reditus impediretur. Sed contra. Locus debet proportionari locato. sed per peccatum homo factus est miser. ergo non debuit remanere in paradiso terrestri, quę erat locus fęlicitatis cuiusdam. Pręterea. Homo per peccatum reductus In al. o script. vt hic, arti. 5. Secda sę q. 164. ar. 2. o

stus est ad statum conuenientem suo principio, vt Diony. dicit in cę. Hierarch. sed homo extra paradisum factus est, & postmodum in paradiso positus. ergo post peccatum debuit a paradiso excludi, & in locum in quo cōditus fuerat reduci. Respon. Dicendum ꝙ anima hominis taliter fuerat instituta, vt q̄ diu ipsa inobediens Deo non fieret nullam inobedientiam sentiret in suo corpore, nec aliquod nocumentum ex exterioribus rebus quę propter homine factę sunt, & ei subiectę. Post peccatum autem, & ex corpore rebellionem sensit, & ex rebus exterioribus nocumentum: Et ideo ante peccatum positus fuit in loco temperatissimo, & delicatissimo, vbi nullam molestiā ex rebus exterioribus sentiret, sed post peccatum ad locum turbulentum, & angustijs plenum debuit educi, de quo dictum est ei Geñ. 3. Maledicta terra in opere tuo, spinas, & tribulos germinabit tibi. Ad primum ergo dicēdum, ꝙ per mortem Christi restituūtur nobis potiora his quę per Adæ peccatum amisimus: Vnde non reducimur in vitam animalem, & paradisum terrestrem, sed in gloriam spiritualem, & cœlum empyreum, quo etiam Adam transferendus esset, si perstitisset. Ad secundum dicendum, ꝙ Adam per peccatum indignum se paradiso terrestri reddiderat, vnde ex hoc ipso quod a paradiso excluditur, punitur in hoc in quo peccauit, sicut contingit cum aliquis ab ecclesia expellitur propter sacrilegium in ecclesia commissum. Ad tertium dicēdum, ꝙ cœlum empyreum est locus spiritualis gloriæ, vnde ab eius accessu sufficienter arcētur dæmones pondere culpæ, sed paradisus terrestris erat locus vitæ animalis in qua communicabat homo etiam post peccatum: vnde impedimenta redeundi specialia debuerunt apponi, Partim spiritualia per ministerium angelorum quæ per cherubin intelligūtur, partim corporalia quę p gladiū flāmeū intelligūtur, inter quę et est nimius æstus intermedius iter paradisum terrestre, & nostram habitabilem regionem.

p.p. q. 102 arti.4.o.

Distin. Trigesima.

In superioribus insinuatum &c. XXX.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum aliquod peccatū ab Adā in posteros per originem traducatur.

Secundo quid sit illud peccatum.

Tertio vtrum defectus, quos sentimus, sint pœna illius peccati.

Quarto vtrum caro oium hominū fuerit in Adam. Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ a primo parente non traducatur aliquod peccatum in posteros. Accidens enim traduci non potest, nisi subiectum traducatur. sed subiectū peccati est anima rationalis, quæ nō traducitur a parente in prolem. ergo nec peccatum aliquod a primo parente in posteros traduci potuit. Pręterea. Secundum Aug. 12. super Geñ. ad lite. Agens est nobilius patiente. sed corpus non est nobilius anima. ergo non potest per infectionem seminis corporalis anima infici. Præterea. Ex hoc ipso aliquis defectus a culpa excusatur ꝙ est inuoluntarius, nec est in potestate eius in quo inuenitur. sed omne quod est in nobis per originem est inuoluntarium, in nostra potestate nō existens. ergo nullum peccatum potest esse in nobis p originem a primo parente traductum. Sed contra est quod dicitur Ro. 5. Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Præterea. Nullus indiget spirituali ablutione, qui non est spiritualiter infectus. sed

In alio script. vt hic, arti. 2. pri. 2æ q. 81. arti. 1. o. 4. con. 50. 51. 52. De ma. q. 4. ar. 1. o. op. 3. trac. 2. c. 11. et 12. Ro. 5. lec. 3. co. 1.

pueri mox nati indigent spirituali ablutione. s. baptismo. ergo habent aliquam spiritualem infectionem, quod nõ esset si culpa per originem non traduceretur. Respond. Dicendum ꝙ circa hanc quæstionẽ in litera tanguntur duo errores: quorum vnus excludit sacramẽtorum gratiæ necessitatem. s. error Pelagianorum, qui contendebant in paruulis nullum esse peccatum, & sic per consequens non indigebant baptismo, nec redemptione quæ facta est per Christũ. Alius error repugnat diuinę iustitiæ dicentium. s. in Paruulis non esse reatum culpæ, sed solum esse reatum pœnę, ad cuius solutionẽ indigent Christo, & eius sacramentis: Iniustum est enim aliquem obligari ad pœnam sine culpa, cum pęna iuste, nõ nisi culpæ debeatur: Et ideo dicendum est quod in paruulis est culpa originaliter traducta a primo parente. Ad cuius euidentiam sciendum est ꝙ aliquid potest homini attribui dupliciter. Vno modo ratione singularis personę. Alio modo ratione totius naturæ. Cum autem attribuitur aliquid primo modo attribuitur singulis diuisim, cum autem secundo modo, attribuitur omnibus velut vni; quia participatione speciei plures homines sunt vnus homo, vt dicit Porphyrius: Sicut ergo peccatum actuale alicui homini attribuitur ratione singularis personæ, cuius est agere, ita peccatum originale attribuitur homini ratione naturæ. Nam origo, siue generatio ad naturæ conseruationem ordinatur: vnde sufficit voluntas inordinata vnius, qui fuit principium totius naturæ, ad constituendam rationem culpę in omnibus qui ab eo naturam humanam naturali origine acceperunt. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ anima primi hominis peccando infecit corpus, corpus autem infectum traducitur cũ infectione libidinis seminatum, ex qua infectione contingit etiam animam infici, quia forma sequitur modum materiæ: vnde ex indispositione corporis multos defectus homo a natiuitate incurrit, sicut patet de his qui sũt a natiuitate naturaliter stolidi. Ad secundum dicendum, ꝙ corpus infectum non inficit animam quasi agendo, sed magis recipiendo: Qđ enim recipitur in altero, sequitur modũ recipientis, & sic omnes formæ commensurantur materiis, non tamen a materiis patiuntur. Ad tertium dicendum, ꝙ licet defectus qui ex infectione corporis redundat in animam nõ sit voluntarius voluntate huius personæ in quam peccatum originale traducitur, est tamẽ voluntarium volũtate illius personæ quæ fuit totius naturæ pricipium, ex qua ratio culpæ redundat in naturam, & per consequens in eos qui naturam corruptam a primo parente naturali generatione accipiunt. Propter quod dicitur ꝙ persona infecit naturam, & natura infecit personam.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ concupiscentia nõ sit peccatum originale: In statu enim innocentiæ, peccatum originale non fuit. Fuit autem ibi concupiscentia, sicut & amor, vt patet per August. 14. de ciuitate Dei. ergo concupiscentia non est originale peccatum. Præterea. Concupiscentia, aut significat potentiam concupiscendi, aut habitum, aut actum. nõ est autem peccatum originale, secundũ ꝙ significat potentiam, quia sic est naturalis, & nihil naturalium est malum, neq; secũdum ꝙ significat actum, quia sic originale ab actuali non differret, neq; secũdum ꝙ significat habitum: Neq; etiã potest dici ꝙ sit habitus infusus, quia sic eẽt a Deo, neq; ꝙ sit naturalis, quia sic non eẽt malus, neq; ꝙ sit acquisitus qa oporteret actus pręcedere. ergo concupiscentia

tia nullo modo est originale peccatũ. Preterea. Originale peccatum habet animam pro subiecto. cõcupiscentia vero de qua nũc loquimur, habet carnem pro subiecto. Non enim potest dici ꝙ peccatum originale sit concupiscentia qua spiritus aduersus carnem concupiscit, sed magis est illa qua concupiscit caro aduersus spiritum. ergo concupiscentia non est peccatum originale. Sed contra est quod dicitur in glo. Rom. 6. Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. i. fomes peccati. ergo ipsa cõcupiscẽtia, quę est fomes peccati, est peccatum. Præterea. Primi motus ex corruptione originalis peccati proueniũt. sed primi motus sunt concupiscentię actuales, vt patet in gl. Rom. 7. ergo originale peccatum est ipsa concupiscẽtia. Respon. Dicendum ꝙ de peccato possumus dupliciter loqui. Vno modo quãtum ad sui originem. Alio modo quãtũ ad sui consumationẽ, quæ quidem consistit in priuatione spiritualis boni, p qd homo Deo adhæreat: malũ enim est priuatio boni. Hæc autem priuatio ex indebita habitudine ad aliquod cõmutabile bonum contingit per modum quo ex interpositione corporis opaci sequitur priuatio lucis, & ita in ipsa habitudine ad cõmutabile bonum origo peccati consistit, quam etiam directe respicit voluntas: vnde est ratio culpę: Et iõ sicut peccatũ actuale orginaliter & quasi materialiter est actualis concupiscẽtia cõmutabilis boni, cõsumatio autem est gratiæ defectus, ita peccatum originale, originaliter quidem, & materialiter est concupiscentiæ corruptio in nobis ex peccato primi parentis relicta, cõsumatiue autem est carentia iustitiæ, vel gratiæ: ex hoc enim ipso quod anima semini infecto infusa redditur ad cõcupiscẽdum prona, efficitur inepta ad gratię susceptionem. Ad primum ergo dicendum, ꝙ in primo statu erat concupiscentia, sed ordinata quę rationem peccati non habet. Ad secundum dicendum, ꝙ originale peccatum est concupiscentia habitualis ex qua aliquis fit pronus ad concupiscendum, non per aliquẽ habitum superadditum, sed per subtractionem originalis iustitiæ per quam continebantur inferiores animæ vires, & corporis membra vt nihil in eis contingeret præter ordinem rationis. Ad tertium dicendum, ꝙ originale peccatum est illa concupiscentia qua caro aduersus animam concupiscit, quæ tamen nõ est in carne, sed in anima: Dicitur enim caro concupiscere, inquantum anima p carnem concupiscit.

[Left margin: In alio script. vt hic, lit. De ma. q. 3. ar. 7 1. 2. q. 4 arti. 4. ad sec. arti. 6. ad sextũdec.]

[Right margin: pri. 2 2. vbi. su. ar. 1. o.]

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ defectus præsentis vitæ non sint pœnę originalis peccati: Filii enim pro peccato parentum puniri non debent, vnde habetur Deu. 24. Non occidentur patres pro filiis, nec econuerso, sed vnusquisq; pro peccato suo morietur. sed peccatum originale ex sola voluntate primi parentis est inductum. ergo iniustum est vt pro eo filii ex Adam geniti puniantur. Præterea. Mors, & defectus corporales ex necessitate materiæ proueniunt. sed in materia cõmuni camus cum brutis. cum ergo in brutis huiusmodi defectus non habeant rationem pœnę nec in nobis habebunt. Præterea. Peccatum originale cõmuniter est in omnibus. sed aliqui horum defectuum non sunt in omnibus cõmuniter, sed quidam in his, & quidã in aliis: quidam enim nascuntur cęci, alii surdi, vel alios defectus habentes. ergo huiusmodi defectus non sunt pœna originalis peccati. Sed contra est quod dicitur Rom. 8. Corpus quidem mortuum est propter peccatum. Præterea. Pœna consequitur culpam. sed culpa

[Right margin: In alio script. vt hic, arti. 1. pri. sec. q. 85. arti. 5. o. 4. con. c. 51. De ma. q. 5 ar. 4. o. Opu. 3 trac. 2. c. 9. 10 11. 42. et 43. Ro. 5. 1. 3. co. 4. Heb. 9. 1. 5. co. 3.]

primi parentis in posteros traducitur, vt dictum est. ergo & pœna mortis quã ei dominus cominatus est Gen. 2. Quacunq; die comederitis &c. Respon. Dicendum q non quilibet defectus boni est pœna, sed solum defectus boni qd aliquis debet habere: non enim est pœna homini q nõ habet alas: est autem ei pœna si non habeat manus. Est autem aliquid homini debitum dupliciter. Vno modo ex conditione principiorũ naturalium, alio modo ex munere diuino: Immortalitas enim & tranquillitas omnimoda corporis non est debita homini, quasi sua principia naturalia consequens, cum corpus eius sit ex contrariis commixtum, sed facta sunt ei debita in statu innocẽtiæ ex diuini muneris cõcessione: Et ideo defectus, quibus huiusmodi bona priuantur, sunt pęnales, & sequuntur originale peccatum. Ad primum ergo dicendum, q filii Adæ nõ puniuntur pro peccato Adæ, sed pro peccato quod per Adam in eos est traductum, vt patet per Apostolum Rom. 5. Per vnum hominem peccatum in hũc mundum intrauit, & per peccatũ mors. Ad secundum dicendum, q ratio illa procedit secũdum conditionem principiorum naturalium, prætermissa concessione diuini muneris. Ad tertium dicendum, q licet defectus corporales aliqui non sint communes secundum se, sunt tamen communes secundum suam causam, quæ directe est originalis peccati pęna. s. destitutio corporis a virtute animę, qua continebantur contraria in mixto, vt contra salutem corporis in se inuicem non agerent, nec ab extrinseco corpus lęderetur: hac enim virtute subtracta, secundum diuersas elementorum cõmixtiones, & exteriora agẽtia in pueris & adultis diuersi corporales defectus inueniuntur, quæ tñ diuersitas a diuina prouidentia debite ordinatur.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur q caro omnium non fuerit in Adam. Ex Adam. n. procedunt eius posteri per generationẽ, quæ est ex semine. sed semen, secundum philosophum, non est decisum ex substantia generantis, sed ex superfluo alimenti. ergo non potest esse q omnium caro fuerit in primo parente. Præterea. Secundum philosophum in. 2. de anima, nutrimentum in principio est dissimile, sed in fine est simile nutrito. id autem qd nutritur est caro & os, & huiusmodi partes corporis. ergo nutrimentum in fine fit caro. sed non totum nutrimentũ hominum fuit in Adam. ergo nec omnium hominum caro. Præterea. Corpus Adæ fuit finitum. sed ex finito non potest fieri infinita decisio, secundum eandem quantitatem. cum ergo generatio hominum, secundum cursum naturæ, possit in infinitum durare, videtur q semina, ex quibus homines generantur, non fuerint in Adam, cum sint eiusdem quantitatis, vel fere. Sed contra. Accidens non traducitur sine traductione subiecti. sed originale peccatum ab Adã in omnes traductum est, non autem per traductionem subiecti, quod est anima. ergo ad minus per traductionẽ corporis. ergo ad minus omnium hominum caro in Adam fuit. Præterea. Seminales rationes ad rerum origines pertinent. sed August. dicit q nos fuimus in Adam, non solum secũdum seminalem rationem, sed etiam secundum corpulentam substantiam. ergo nõ solum sumus ex Adam exorti, sed ipsa substantia carnis nostræ in Adam fuit. Respon. Dicendum q circa hãc quæstionem sunt duæ opiniones. Vna est dicentium, q quicquid est in corpore nostro de veritate humanę naturę, totum in Adam substantialiter fuit, & ex eo per modum cuiusdam

P. p. ar. vlt. q. quol. 8 ar. 5 ad tertiũ. Ro. 5. l. 3. co. 4.

cuiusdam multiplicationis est propagatum in omnes. Sed hæc opinio non videtur conueniens, propter duo. Primo quia multiplicatio corporis non potest intelligi sine additione materiæ, vel de nouo creatæ, vel aliunde acceptę, aut sine rarefactione. Vnde August. dicit. 10. super Gen. ad lit. ꝙ nihil est absurdius q̃ putare nullum esse corpus quod manente naturæ suæ quantitate. i. nulla natura exteriori addita vndiq; crescat, nisi rarescat, & de hoc supra dist. 18. dictum est. Sed quia generans, & generatum differunt numero, & cõueniunt specie, nõ oportet ꝙ substantia carnis filii fuerit eadem numero in parente, sed sufficit ꝙ in filio producatur ex quacunq; materia ad similitudinem speciei cum carne parentis. Et ideo alii dicunt ꝙ caro omnium hominum nõ fuit substantialiter, & actualiter in Adam, sed originaliter tantum, & sic in Adam omnes potuerũt peccare, & ab eo generari peccatores: Vnde secundum hanc opinionem, ad vtrasq; rationes respondendum est.

Hęc est setẽtia, quã S. D. vbiꝙ tenet.

Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ semen est materialiter ex alimento: sed speciem & virtutem habet ex ipso generante, cuius virtute nutritiua & generatiua est ad debitam digestionẽ productum, & hoc ab Adam primo originem sumpsit. Ad secundum dicendum ꝙ nutrimentum illud, quod in carnem conuertitur, non fuit materialiter in Adam, sed virtus ꝑ quam conuertitur, ab Adam descendit, & quia species carnis, quæ per nutrimẽtum aduenit, est ex prædicta virtute, iõ consequenter tota hominum caro in Adam originaliter fuit secundum speciem, licet non secundum materiam. Ad tertium dicendum, ꝙ ratio illa procederet si omnia semina, ex quibus homines generantur, fuissent materialiter in Adam. Ad quartum dicendum, ꝙ corpus nostrũ ex Adam traducitur, non ꝙ sit idem numero secundum materiã, sed secundum similitudinem speciei: ita nec peccatum originale, quod in nobis est, est idem numero cum peccato Adę. Ad quintum dicendum, ꝙ secundum seminalem rationem, & corruptam substãtiam esse in Adam dicit quid in nobis ex Adam fuit, non per quem modũ: omnium enim hominum præter Christum tam ratio seminalis. i. vis actiua in generatione, q̃ etiam corrupta substantia, fuit in Adam secundum originem, non tamen fuit ibi per modũ substantię corruptę in actu. Quęstio autem de veritate naturę humanæ: pertinet ad tractatum de resurrectione.

In alio script. vt hic, q. 1. ar. 2. o.

Distin. Trigesimasecunda. xxxi.

Tunc superest inuestigare &c.

Quęstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum per traductionem corporis possit originale peccatũ traduci.

Secundo vtrum sit in corpore sicut in subiecto, vel in anima.

Tertio vtrum mũdati ab originali post baptismum transmittant peccatũ originale in prolem.

Quarto vtrum traductio originalis peccati vsq; ad finem mundi perseueret, an aliqui sine peccato originali sint nascituri.

Articulus primus.

In alio script. vt hic,

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ per traductionem corporis peccatum originale traduci nõ possit: Traductio enim corporis fit ex semine mediate, sed semẽ non est susceptiuum culpę, cum non habeat animam quæ non traducitur in semine. ergo per traductionem corporis peccatum originale traduci nõ potest.

Præterea. In traductione corporis est cōmixtio sexuum.sed diuinitus instituta,& semen corporeum a Deo creatum, & delectatio,quæ concupiscentiam , vel libidinem facit,est ex principiis naturæ causata,quæ omnia non possunt esse cā peccati.ergo per traductionem corporis peccatum originale traduci non potest. Præterea. Habitus animæ p carnis traductionem nō traducuntur. ergo pari ratione nec animæ defectus.sed peccatum originale est quidam animæ defectus.ergo per corporis traductionem non traducitur. Sed contra. Peccatum originale peruenit in nos a primo parēte,vt patet Ro.5.Per vnum hominē peccatum in hunc mūdum intrauit.sed nos a primo parente non traducimur nisi secundum corpus. ergo originale peccatum per carnis traductionē traducitur. Præterea . Sicut se habet peccatum actuale ad actum,ita se habet peccatum originale ad originē.sed peccatū actuale causatur ex inordinatione actus.ergo & peccatum originale ex corruptione originis:origo autem est per traductionem corporis.ergo per traductionē corporis originale peccatum traducitur. Respon. Dicendum ꝙ sicut supradictū est peccatum originale proprie est peccatum naturæ nec respicit personā nisi mediante natura:Persona enim primo infecit naturam sed postmodum natura infecit personam:vnde secundum hoc, peccatū originale ad prolem deuenit, secūdum ꝙ ad eum peruenit natura humana.Hoc autem fit per traductionem corporis inquantum corpus cum libidine seminatur. Vnde & traductio originalis peccati fit per traductionem corporis cum libidine seminati.Sicut enim actus generationis, absolute consideratus,traducit naturam,ita libidini pmixtus traducit naturam cū culpa: Libido enim actui permixta ex peccato originali parentis initium sumit,& ex hoc habet efficaciam originale peccatum traducendi in prolem,sicut ipse generationis actus, inquantum est effectus naturę, naturam traducit in prolem. Ad primum ergo dicendum,ꝙ licet in semine non possit esse culpa,est tamē ibi aliqua infectio ex libidine causata,quę est principiū culpæ,sicut in semine leprosi non est lepra,sed aliqua corruptio quæ est principium lepræ. Ad secundum dicēdum,ꝙ commixtio sexuum,secundum se considerata,non habet ꝙ peccatum originale trāsmittat in prolem,sed hoc habet ex libidine coniuncta,quæ sicut est ex peccato,ita peccatum causat:Libido enim est vno modo inordinatus actus voluntatis,& sic est peccatum:alio modo est inordinata delectatio,vel feruor coitus & sic est actus peccati.tertio modo est inordinatio virium,& sic est causa peccati. Ad tertium dicendum,ꝙ habitus,qui sunt in anima sunt accidentia personalia: et ideo per traductionem seminis non causantur in prole.Sed peccatum originale respicit naturam: et iō per actum naturæ.s.generationem , traducitur,sicut,& ipsa natura.

De ma. q.4.ar. 6 . ad sextum deci.

pri.f2 q. 81. ar. 1.c.

pri.f2. q. 81. ar. . ad ter.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur , & videtur ꝙ subiectum originalis peccati non sit anima sed caro : Sicut enim peccatū actuale causatur per operationem alicuius potētię,ita peccatum originale per traductionem carnis. sed peccatum actuale est in illa potentia , sicut in subiecto,cuius est operatio per quam peccatum actuale cōmittitur. ergo peccatū originale est in carne,sicut in subiecto,per cuius traductionem contrahitur. Præterea. Peccatum originale est fomes,vel cōcupiscentia,vt supra magister dixit . sed concupiscentia,vel est in carne,vel est in viribus carni annexis.

pri.f2. q. 83. ar.1.c. De ma. q.4. articu.3. o. Ro. 5. l.3.co. 1.

ergo

ergo similiter peccatum originale. Preterea. Si peccatum originale sit in anima, aut est in essentia, aut in potētia. sed non in essentia animæ, quia sic æqualiter omnes vires respiceret, quod patet esse falsum, cum generatiua præ alijs dicatur esse infecta: Nec etiam potest esse in potentiis, cum potentiæ ordinentur ad actum, quem originale peccatum nō respicit. ergo anima nullo modo pōt esse originalis peccati subiectum. Sed contra. Opposita habent fieri circa idem. sed peccatum originale opponitur originali iustitiæ, cuius subiectū erat anima. ergo & peccatum originale.

Præterea. Omnis defectus, qui est in carne tantum, est pęna, & non culpa, qa sola anima culpæ susceptiua est. si ergo originale non esset in anima, sed in carne, non esset culpa, sed pęna tantum, cuius contrarium supra habitum est.

Respond. Dicendum ꝙ sicut supra dictum est, peccatum originale non respicit personam, nisi mediante natura. Ad naturam autem proprie pertinet ratio speciei, & quæ ipsam consequuntur, ad personam autem proprie pertinent actus qui sunt singularium, & potentiæ quæ ad actus ordinātur: Ipsa autem anima, inquātum est forma corporis, quod est per essentiam suam, perficit rationem speciei: et ideo peccatum originale respicit essentiam animæ, sicut principale subiectum, & ex consequenti carnem, cuius actus est anima per suam essentiam: sicut etiam peccata actualia, quæ sunt in concupiscibili, & irascibili sicut in principalibus substantiis, sunt etiam ex consequenti in organis, quorum prædictæ vires sunt actus. Ad primum ḡ dicendum, ꝙ traductio carnis nō hoc modo se habet ad carnem, sicut operatio potentiæ ad potentiam. Nam potentia est principium suæ operationis, sed caro est effectus suæ traductionis, cuius principium est infectio naturę generantis, quæ principaliter cōsistit in anima. Ad secundū dicendum, ꝙ concupiscētia nō dicebatur esse originale peccatum, nisi originaliter, & materialiter, sed consumatiue, & essentialiter peccatum originale est carentia gratię vel iustitię originalis, cuius subiectum est essentia animæ. Ad tertium dicendum, ꝙ peccatū originale habet essentiam animæ ꝓ subiecto, inquantum est perfectio naturę, & ideo pręcipue potentias illas respicit quę ad actum naturę. s. generationis immediatius ordinantur in quo quidē actu vis generatiua est vt exequens, concupiscibilis vt imperans, tactus vt delectationem causans: Et ideo vis generatiua prę alijs viribus animæ dicitur esse in peccato originali infecta, & vis concupiscibilis prę alijs motiuis, & tactus præ aliis sensibus, & hoc ideo, quia huiusmodi vires, non solum in se inordinationem habent, sed etiam in alios transmittunt infectionem culpæ.

pri. ſę. q. 82. ar. 1. o. De ma. vbi su. ar. 2. o.

In alio script. vt hic, q. 2. ar. 1. o. pri. sedę. q. 83. ar. 2. o. De ver. q. 25. art. 6. c.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ baptizati originale peccatū non traducant in prolem: Peccatum enim originale non est in nobis nisi inquantum ex Adam per generationē descendimus. sed paruulus iste non generatur ex Adam, nisi mediante proximo parente in quo non est infectio originalis peccati. ergo peccatum originale in filio ex eo generato non contrahitur.

Pręterea. Peccatum originale simul contrahitur cum natura. sed filius non posset trahere humanam naturā ex patre qui eam non haberet. ergo nec peccatum originale potest trahi a patre baptizato. Præterea. Vt Augu. dicit in lib. de nuptiis & cōcupiscentia, Libido, quæ est filia peccati, peccatum originale causat in prole. sed possibile est aliquem baptizatum ad carnis cōmixtio-

nem ex libidine nõ moueri, vel si sit ibi libido, non est filia peccati, cum peccatum originale iam sit per baptismũ purgatum. ergo baptizatus non transmittit originale in prolem. Sed contra. Baptismus principaliter contra originale ordinatur. sed pueri ex baptizatis nati per ecclesiam baptizãtur. ergo originale contrahunt. Praeterea. Ad hoc est exemplum de circũcisione, quod in litera ab Aug. ponitur. Respond. Dicẽdum ꝙ aliquid haberi potest dupliciter. Vno modo in actu, alio modo in radice. Quando ergo aliquis baptizatur, peccatum originale desinit habere in actu, remanet tamen originalis infectio in radice: Sicut enim dictum est, infectio originalis terminatur ad personã, sed causatur ex natura: per sacramentum autẽ baptismi purgatur persona ab infectione originali, sed tamen manet inordinatio in natura, & ideo peccatum originale manet quodãmodo in radice. Ea autẽ quae sic habentur a generãte, per actum generationis traducuntur ad prolem, sicut attonsi generant capillatos, & circũcisi praeputiatos. Vnde nihil prohibet peccatum originale a parentibus baptizatis traduci in prolem. Ad primum ergo dicendum, ꝙ peccatum originale ad quemlibet nostrum peruenit ex Adam, mediante proximo parente, qui etsi nõ habeat culpam originalem actualiter, habet tamen radicaliter, vt dictum est.

In alio script. vt hic, q. 1. articu. 2. ad pri. pri. mę Sæ q. 81. arti. 3. ad sec. De ma. q. 4 arti. 6. ad quin. & sextũ. Ro. 5. li. 3 sẽ.

Ad secundum dicendum ꝙ natura non potest haberi in radice quin habeatur ĩ actu ab aliquo generante, sic tamen habetur a semine generantis: vnde non est simile. Ad tertium dicendum, ꝙ licet baptizatus interdum ex libidine nõ moueatur ad carnis commixtionem, tamẽ libido, ipsam carnalem commixtionem inseparabiliter sequitur, & quamuis hoc non causetur ex peccato sicut ex proximo principio, ipso generante a culpa originali purgato, causat tamen sicut a primo principio a peccato primi parentis.

De ma. vbi su. ad sextũ sec.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ nõ semper homines cum peccato originali nascãtur: Manente enim culpa manet & pęna. sed pęna originalis peccati est necessitas moriendi, quę a quibusdam in fine mundi tolletur. Nam illi qui viui in aduentu domini reperiẽtur, vlterius non morientur, vt Hiero. sentire videtur. ergo illi in peccato originali non nascentur. Praeterea. Petitio generalis ecclesiae nõ potest frustrari. sed ecclesia communiter petit vt sibi debita dimittantur, inter quae originale peccatum continetur, vt Augu. dicit. cũ ergo ista petitio sit vna de quatuor vltimis, quas Augũst. dicit ad praesentem statum pertinere, videtur ꝙ quandoq; homines sine peccato originali nascentur. Praeterea. Secundum August. vt dictũ est ex libidine, quae actui generationis cõiungitur peccatum originale in prolem traducitur. sed possibile esset ad minus diuina virtute, vt absq; tali libidine carnalis cõmixtio fieret. ergo non est inconueniens dicere ꝙ aliqui quãdoq; sine peccato originali nascantur. Sed cõtra est quod habetur Ro. 5. Mors in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerũt. Loquitur autem ibi de peccato originali, secundum glo. Aug. ergo omnes, qui in Adam fuerunt sẽm semina lem rationem, in Adam peccato originali tenentur obnoxii. Sic autẽ in Adã fuerunt omnes, praeter Christum. ergo omnes, pręter eum, originale peccatum contrahunt. Pręterea. Super illud Psal. 50. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, dicit glo. Nemo nascitur nisi trahens pęnam, & meritum pęnę, nisi tu qui de Spiritusancto. conceptus es meritum autem pęnę est originale peccatum, vt dictũ est. ergo nullus nascitur sine originali peccato, praeter Christũ.

In alio scripto. vt hic, q. 1. ar. 2. pri. Sæ. q. 81. ar. 3. o. 4. con. c. 52. De ma q. 4 ar. 5. o.

Respon.

Respond. Dicendum ꝙ sicut ex dictis patet, inde est ꝙ peccatum originale trahitur etiã ad filios baptizatorum, quia infectio prędicti peccati manet radicaliter in natura, etiam mundata persona p gratiam Christi: Et ideo non potest contingere ꝙ aliquis actu naturæ ex alio ꝓpagetur absq; originali peccato, nisi ponatur in natura generante esse totaliter purgata, & non solum persona: quod quidem simul debet esse in omnibus qui naturam vnam participant, & hoc erit in resurrectione, quando in omnibus electis natura humana ab omni infectione, & corruptione mundabitur: Et ideo ante resurrectionem cõem nullus, qui per actũ naturæ gñatur, põt cõcipi sine originali peccato. Hoc etiam ponere redit quodãmodo in hæresim Pelagianorum: sequeretur enim paruulos, qui sine peccato originali nascũtur, redemptione facta per Christum non indigere.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ opinio illa quę dicit aliquos in fine mũdi absq; morte in gloriam transsferendos, cõmuniter nõ tenetur, nec Hiero. eam approbat, sed super hoc diuersorum opinionem narrat: Cõtrariatur enim sententiæ Apostoli qua dicitur Rom. 5. ꝙ mors in omnes pertransiit, & primo ad Cor. 15. In Adam omnes moriuntur. Nec tamen oportet si aliqui diuina virtute absq; morte transferentur in gloriam, ꝙ propter hoc a peccato originali fuerint immunes, qa pęna peccati originalis est directe necessitas moriendi: omnis tamen necessitas creaturæ subest diuino arbitrio, vnde potest eos, qui necessitatẽ moriendi habent, a mortis corruptione liberare. Ad secundum dicendum, ꝙ a peccato originali liberationẽ impetrat ecclesia pro spiritualibus filiis, qui regenerantur per Christi sacramenta, nõ ita ꝙ in prima natiuitate aliqui sine peccato originali nascantur: sic enim secunda natiuitas locum non haberet. Ad tertium dicendum, ꝙ actualis libido, in cõmixtione carnali existens, est signum infectionis radicaliter in natura existentis. Vnde sublata actuali libidine ab actu generationis, nihilominus sequeretur peccatum originale in prole, nisi radicalis infectio naturæ tolleretur, quod non erit nisi in resurrectione cõmuni.

Distin. Trigesimatertia. xxxiii.

Quoniam supra dictum est peccatum orignale &c.

Quæstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo de remissione peccati originalis per baptismum.

Secundo de infectione animę per corpus infectum.

Tertio vtrum infectio originalis peccati sit in omnibus ęqualis.

Quarto de inęqualitate, & ęqualitate animarum.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ peccatum originale per baptismum non remittatur: Peccatũ enim actuale nõ remittitur, quãdiu manet actus. sed etiam post baptismum, peccatum originale manet actu, vt August. dicit in lib. de nuptiis & concupiscẽtia. ergo peccatum originale non remittitur per baptismum. Vel sic. Sicut se habet actus in peccato actuali, vt materialiter deformitati substans, ita etiam & concupiscentia in originali. sed non potest esse ꝙ deformitas peccati tollatur manente actu peccati, qa tales actus sunt qui bene fieri non possunt. ergo & manente tali concupiscentia nõ potest originalis culpa deleri. Pręterea. Quales sunt habitus, tales actus redduntur, vt in. 2. ethy. dicitur. sed concupiscere, quod procedit ex cõcupiscentia in

In alio script. vt hic, 3. p. q. 69. ar. 1. 0. 4. con. 0. 59.

ordinata, est peccatum post baptismum sicut & ante. ergo concupiscentia, quæ manet post baptismū, adhuc retinet rationem culpæ. Præterea. Remota causa remouetur effectus. sed causa pœnalitatum præsentis vitæ est peccatum originale, vt supra dictum est. cum ergo hæ pœnalitates remaneāt post baptismum, videtur ꝙ peccatum originale per baptismum non remittatur. Sed contra. Rom. 5. dicitur ꝙ maius est donū Christi quā peccatum Adæ. sed per peccatum Adæ omnes nascuntur cū originali peccato. ergo multo amplius per donum Christi omnes regenerati per baptismū a peccato originali purgantur. Præterea. Pœna non aufertur manente culpa. sed pœna originalis peccati est carētia visionis diuinæ quæ aufertur per baptismum: baptismus enim ianuam regni cœlestis aperit. ergo per baptismum culpa originalis remittitur. Respō. Dicendum ꝙ in progressu originalis peccati quædam circulatio inuenitur. Nam primo quando persona corrumpit naturam, ex culpa consequute sunt pœnalitates, spirituales, vt rebellio carnis ad spiritum, & corporales vt fames, & sitis, & alia huiusmodi. Postmodum vero qn natura inficit personam ex libidine quę ad rebellionem carnis, & spiritus ptinet, inquantum est filia peccati, sequuta est peccati originalis infectio in persona generata. Sicut ergo in primo parēte culpa personalis, quæ naturam infecit, remitti potuit per penitentiam, remanēte corruptione naturæ, ita etiam remanēte fomite, vel concupiscentia in generato, potest per baptismum eius persona ab infectione originalis culpæ mundari, vt videlicet naturæ corruptio, personæ non imputetur in culpam. Ad primum ergo dicendum, ꝙ concupiscētia, siue fomes, est materiale in peccato originali, sicut substantia actus in peccato actuali, Et quia concupiscentia manet post baptismum, quæ est quasi actus originalis peccati, ideo August. dicit ꝙ manet actu, & transit reatu, sicut econtra peccatum actuale quādoq; transit actu, & manet reatu. Sciendum tamen ꝙ non est similis ratio de cōcupiscentia, & actu peccati actualis: Nam actus actualis peccati, quādiu manet, subiacet voluntati agentis, non autem postq̄ transit: concupiscentia vero, dum manet, nō subiacet voluntati habentis, Vnde concupiscētia potest remanere sine culpa, non autem actus peccati actualis. Ad secundum dicitur ꝙ ipsum concupiscere est quodammodo in potestate personæ concupiscentis: non autem concupiscentia habitualis, quæ post baptismum manet, & ideo non est simile. Ad tertium dicendum, ꝙ ad originale peccatum duplex pœna consequitur. Vna inquantum respicit personam. s. carentia visionis diuinæ, & hęc statim aufertur a persona ꝑ baptismum a peccato originali mūdata. Alia vero est quę respondet ei, inquā tum respicit originale peccatum ipsam naturam, vnde purgata persona, adhuc manet q̄diu natura totaliter purgetur, quod erit in resurrectione communi, & huiusmodi pœnæ sunt rebellio carnis ad spiritum per concupiscentiam, necessitas moriendi, & alia huiusmodi.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ anima ex hoc ipso quod corpori infunditur non maculetur originali culpa: Anima enim corpori vnitur per hoc quod corpori infunditur. sed a Deo infunditur corpori, qa creando infunditur. si ergo ex hoc ipso quod corpori infunditur maculatur, videtur ꝙ eius maculationis Deus sit author quod est impossibile, quia ipse non est author eius rei cuius est vltor, vt Fulgen. dicit. ergo & primum est impossibile. s.

In alio script. vt hic. q. 2. ar. 1. et. 2.

le.s.ꝙ anima ex vnione ad corpus maculetur. Prętereà. Culpa non maculat nisi peccantem.sed anima non peccauit, nec in se, quia ante corpus non fuit, nec in primo parente in quo originaliter non fuit.ergo non potest, esse qd ex vnione ad corpus maculetur. Prætereà. Non est sapientis artificis taliter suum opus facere ꝙ suo fine frustretur.sed finis animę rationalis est beatitudo, qua per maculam originalis peccati priuatur.si ergo ex vnione ad corpus prædictam maculam contrahit, videtur quòd Deus non sit sapiens, qui animam facit eã corpori vniendo. hoc autem est impossibile.ergo & primum.s.ꝙ ex vnione ad corpus anima maculetur. Sed contra. Perfectior est vnio animę ad corpus q̃ corporis ad corpus.sed corpus inquinatur per contactum corporis immundi. Vnde dicitur Leui. 11.Qui tetigerit cadauer, immũdus erit.ergo multo fortius anima ex vnione ad corpus immundum maculatur. Prætereà. Anima ex hoc quod corpori vnitur incipit pertinere ad naturam ex Adam tractã. hæc autem est originali culpa maculata.ergo anima ex hoc qd corpori vnitur, originali culpa maculatur. Respõ. Dicendum ꝙ sicut supra dictum est, ex peccato primi parentis non solum eius persona est maculata, sed etiam ipsa natura humana, & hæc macula est originale peccatum: quia per prius naturam respicit q̃ personam ex Adam generati.

Vnde ad rationem peccati originalis nihil aliud requiritur, nisi participatio cum eadem natura humana ex Adã tracta. Et quia anima huiusmodi naturę sit particeps quando corpori vnitur, inde est ꝙ ex vnione ad corpus maculatur.

De ma. q. 16. arti. 4. ad vigesimum primũ.

Ad primum ergo dicendũ, ꝙ licet Deus sit causa vnionis animæ ad corpus non tamen est causa infectionis corporis, ex qua originale peccatum relinquitur in anima: Et ideo non est causa originalis peccati, sicut & causat substãtiam actus in actuali peccato, non tamen deformitatem culpę actualis: quia ipse non causat obliquitatem voluntatis & actus, ex qua est ratio culpæ. Ad secundum dicẽdum, quòd licet in Adam anima non fuerit, fuit tamen in eo corpus, cui naturaliter vnitur: Nec ipsum peccatum originale respicit animam, nisi inquantum est pars humanę naturę per vnioné ad corpus. Ad tertium dicendum, ꝙ licet anima per hoc quod originali inficitur, fine careat qui est proprius rationalis creaturæ, nisi per baptismum mundetur, non tamen caret fine qui sibi & omnibus creaturis est cõmunis.s.per assimilationem ad Deum secũdum diuinę bonitatis participationem, & melius est saltem istum finem habere, quàm vtroq; fine carere.

pri.sę. q. 83. ar. 1. d quar.

De ma. q. 4. ar. 1. c.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic q. 1. & lit. pri. sedę. q. 82. ar. 4. o.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ infectio originalis peccati sit in vno maior q̃ in alio: Augmentata enim causa, crescunt effectus.sed libido, quę est cã originalis pci, est maior in vno q̃ in alio.ergo & originale peccatum in vno magis q̃ in alio consistit. Prætereà. Illud quod est ęqualiter in omnibus, nõ intenditur, nec remittitur.sed fomes, vel concupiscẽtia remittitur per baptismũ siue minoratur.ergo non est necessariũ ꝙ in omnibus sit ęqualiter.ergo nec culpa originalis in omnibus ęqualis inuenitur. Prętereà. Quantitas pœnę respondet quantitati culpæ. Deute. 25. Pro mensura peccati erit, & plagarum modus. sed pęnalitates præsentis vitæ nõ sunt ęqualiter in omnibus. ergo nec infectio originalis peccati. Sed contra. Inordinatio voluntatis est causa culpæ.ergo secundum eius quantitatem attenditur quãtitas culpę. sed ab eadem inordinata voluntate.s. Adę est infectio

culpæ originalis in omnibus qui ex eo propagantur. ergo in omnibus est culpa ęqualis. Pręterea. Peccatum originale directe respicit naturam humanā prout trahitur ex Adam per actū naturę. sed natura ęqualiter ē in omnibus. ergo & infectio originalis peccati.

Respon. Dicendum ꝙ illud quod participatur a pluribus sibi magis & minus differentiam inter participantia constituit: minus enim album a magis albo ꝑ intensionem & remissionem distinguuntur. Vñ illud quod participatur a pluribus, non inquantū sunt distincta, sed inquantum sunt vnum, non potest participari ab eis secundum magis, & minus. Peccatum autem originale cōmuniter omnibus ex Adam genitis prouenit, secundum ꝙ conueniunt in vna radice, & ideo non conuenit eis secundum magis, & minus, sed in omnibus est ęqualiter.

Ad primum ergo dicendum, ꝙ libido, quæ est in commixtione carnali, non est causa originalis peccati, secundū ꝙ causatur ex peccato primi parentis. Vnde quātūcunq; intendatur, vel remittatur, quia habitudo ad illud peccatum semp eadē manet, ideo semper sequitur ęquale peccatum. Ad secundum dicendū, ꝙ minoratio fomitis potest considerari tripliciter. Vno modo per appositionē gratię, qua spiritus fortificatur, & per consequens caro minus ei potest rebellare, & sic diminuitur per baptismum. Alio modo secundum cōditionem principiorum naturalium, prout in vno ex naturali cōplexione, vel etiam ex assuetudine multiplicantur, vel minuuntur concupiscentiæ incentiua, & sic iterū fomes, vel concupiscentia minui potest. Tertio modo secūdum ordinem ad primam fomitis causam, quę est subtractio originalis iustitię, per quam rebellio carnis ad spiritum, impediebatur, & sic fomes in omnibus est æqualis, & hoc modo pertinet, ad originalem culpam. Vnde & ipsa culpa in omnibus est ęqualis. Ad tertium dicendum, ꝙ proxima poena, originalis peccati in oībus est ęqualis. s. subtractio originalis iustitiæ, per quam & anima tranquillabatur, & corpus absq; corruptione conseruabatur, sed ꝙ actuales pęnę in vno sint fortiores q̄ in alio, cōtingit ex diuersitate principiorum naturalium, & agentium exteriorum.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ animæ ex sui creatione non sint inęquales: Diuersitas enim formalis non facit differentiam speciei, nisi quatenus sequitur materiæ diuersitatē. sed id quod anima habet ex sui creatiōe non est ei ex parte materiæ corporalis. si ergo animæ humanę inęquales fuerūt ex sua creatione, videtur ꝙ non omnes homines sint vnius speciei, quod est incōueniens. Pręterea. Grego. dicit ꝙ natura omnes homines sunt pares. hoc autem nō esset si vna anima ex sua creatione esset dignior anima alterius. ergo omnes animæ ex sua creatione sunt ęquales. Præterea. In angelis, qui ex sua creatione sunt natura inęquales, secundum mensuram naturalium gratuita conferuntur. sed hoc nō contingit in hoibus. ergo animæ ex sua creatione non sunt inęquales. Sed contra. Secundum diuersitatem finis diuersificā tur ea quæ sunt ad finem, & non ecōuerso. sed anima est finis corporis, vt patet per philosophum. 2. de anima. ergo diuersitas, quæ est in hominibus secūdum corpora, causatur ex diuersitate animarum, & non econuerso, & sic oportet ꝙ animæ ex sua creatione sint inęquales. Pręterea. Instrumenta assignantur arti secundum artificis conditionem. sed anima comparatur ad corpus sicut artifex ad instrumenta, vt patet per philosophum

In alio script. vt hic, q. 2. arti. 3.

phum primo de anima. ergo secundum diuersitatem animarum diuersa corpora eis aptantur, & sic idem quod prius. Respon. Dicendum ꝙ de anima est duplex opinio: Quidam enim dicunt ꝙ est composita eius substantia ex aliquo materiali, & formali, & secundum hoc potest dici ꝙ absq; diuersitate speciei potest in animabus inęqualitas inueniri secundum seipsas, per diuersitatem eius qd est materiale in anima. Alii vero dicunt ꝙ anima est forma simplex: vnde omnis differentia quæ esset ex parte ipsius in differentiam speciei resultaret, nisi sit talis diuersitas quæ ex corpore originem sumat. Vnde secūdū hāc opinionē dici oportet ꝙ ex hoc ipso ꝙ corpora sunt diuersa, sequitur ꝙ animæ quæ in ipsa creationē corporibus infunduntur, diuersitatem habeant: aliter enim est de differentia speciei, & de differentiis indiuiduorum in eadem specie: Nam quantum ad ea quæ ad speciem pertinent, diuersitas materiæ sequitur diuersitatem formæ, sed quantum ad accidentia indiuiduantia, est econuerso, & ex his de facili patet responsio ad obiecta secundum vtranq; opinionem: Prima enim ratio supponit ꝙ ex sui creatione indiuiduatio non fit animę ex parte corporis. Secunda supponit ꝙ homines sint pares quantum ad naturam indiuidui, & non tantum speciei. Tertia supponit quod secundum mensuram tantum naturalium, sine conatu data sit angelis gratia. Quarta supponit quod secundum diuersitatem finis, qui est forma, sit diuersitas materiæ, non tantum quantum ad ea quæ ad speciem pertinent sed etiam quantum ad accidentia indiuiduantia, cum tamen in his sit econuerso. Quinta supponit quod instrumentum coniunctum assimiletur arti secundum artis conditionem, non tantum in his quæ pertinent ad speciem, sed in his quæ pertinent ad indiuiduum, cum tamen in his sit econuerso.

Hoc se tic. S. D. p. p. q. 75. ar. 5. c. p. p. q. 85 art. 7. c.

Distin. Trigesimaquarta. xxxiiii.

Prædictis adiiciendum videtur.

Questio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum paruuli inquinentur peccatis proximorum parentum.

Secundo vtrum pro patris culpa filius iuste possit puniri.

Tertio vtrum peccatum originale sit in vno homine vnum.

Quarto de pęna paruulorum cum originali decedentium.

Articulus primus.

Ad primum sic proceditur, & videtur ꝙ ex peccatis proximorum parentum filii inquinentur: Quanto enim aliquid est propinquius, tanto efficacius agit. sed peccatum proximi parētis est in filio propinquius q̄ peccatum Adæ. cum ergo ex illo peccato omnes ex Adam progeniti inquinentur, videtur ꝙ multo fortius per peccatum proximorum parentum. Præterea. Peccatum actuale maioris est infectionis q̄ quæuis pœna. sed aliqua pœna proximi parentis transmittit peccatum in prolem. s. Libido carnali comixtioni adiuncta. ergo multofortius peccatum actuale proximi parentis inficit prolem. Præterea. Natura humana non est totaliter peccato primi parentis infecta, alias non posset magis infici per peccata sequentia. sed quando natura erat totaliter integra potuit per peccatum actuale primi parentis infici, vt sic transmitteretur in prolē. ergo & quādiu aliquid integritatis manet, potest per peccata sequentia proximorum parentum aliquid infectionis superaddi, quod redundet in prolem, & sic idem qd prius.

In alio script. vt hic, 4. cō. c. 52. fi. De ma. q. 4. ar. ti. 6. ad quintū dec. & ar. 8. o.

Sed contra est quod dicitur Ro. 5. Per vnum hominem peccatum in mundum intrauit & per peccatum mors. si autē proximorum parētum peccata in filios traducerentur non per vnum solum hominem in mundum mors introisset, sed per plures. ergo peccata proximorum parētū per originem non traducuntur. Præterea. Maioris efficaciæ est gratia quam peccatum. sed gratia, qua peccatum originale remittitur, non redundat a proximo parente in prolem, alias baptizatorum filii sine peccato originali nascerentur. ergo nec peccata proximorum parentum in filios traducuntur. Respō. Dicendum quod genitus, a generante numero differt: conuenit autem cum eo in natura speciei. Vnde ea quæ ad naturam pertinent a parente traducuntur in prolem non ea quæ pertinent ad ipsam personam generantis. Vnde peccatum actuale, quod Adam personaliter cōmisit, in filios traduci non potuisset, nisi per illud peccatum natura fuisset vitiata, quod cōtingit per hoc quòd toti humanæ naturæ collata originalis iustitia per peccatum prædictum est subtracta. Nihil autem remāsit eorum quæ ad totam naturam pertinebāt quod esset subtrahibile per peccatum, & ideo sequentia peccata actualia naturam inficere, vel corrumpere non poterant: & propter hoc sequentia peccata vel ipsius Adæ, vel aliorum parentum in filios traduci nō possunt. Ad primum ergo dicendum, quod natura humana, quæ inficitur per peccatum primi parentis est proximior genito quam parens propinquus, qui suo peccato naturam inficere non potest, vt dictum est. Vnde ratio non sequitur.
Ad secundum dicendum, quod libido illa nō transmittit peccatum in prolem, nisi inquantum ex peccato primi parentis procedit. Ad tertium dicēdum, quod natura humana remanet corruptibilis per peccata sequentia, quantum ad ea quæ sunt singularum personarum, non quātum ad ea quæ sunt totius naturæ.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur quod filii quādoque pro patribus puniantur: Dicitur enim Exo. 20. Ego sum Deus zelotes, visitans iniquitates patrum in filios in tertiam, & quartam generationem. Nec est hoc propter peccata filiorum, eo quod patres imitētur, quia sic nulla generatio determinaretur, nec magis peccata patrum in filios visitari dicerentur quam quorūlibet aliorum, quos etiam homines imitātur in peccatis. ergo directe pro peccatis parentum filii diuina pęna visitantur. Præterea. Iustitia humana exemplata est a diuina. sed secundum humanam iustitiam, filii pro peccatis parentum exhæredantur. ergo secūdum iustitiam diuinam puniātur filii pro peccatis parentum. Præterea. Sicut populus gubernatur a rege, ita filii a parentibus. sed populus quandoque punitur pro peccato regis, sicut patet. 2. Regum vlt. quod peccatū Dauid, quo populum numerauit, per pestilentiam in populo est punitum. ergo & filii pro peccatis parentum puniuntur.

In alio script. vt hic, pri. Sę. q. 83. ar. 7. et 8. o.

Sed contra est quod dicitur Deutero. 24. Non occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus. Præterea. Innocentes puniri non debent. sed contingit filios esse innocentes ex parentibus peccatoribus natos. ergo filii pro peccatis parentum puniri non debent. Respon. Dicendum quod duplex est pœna. Vna qua quis punitur in bonis animæ, & quia animam filius a patre non trahit, sed habet immediate a Deo, ideo tali pęna filii pro peccato patris nullo modo puniuntur. Et hoc est quod significatur Ezech. 18. Omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, & ita anima filii mea est. Alia pœna est qua quis punitur in

pri. Sę. q. 81. ar. 2. ad primū. De ma. q. 4. arti. 8. ad sex. & deinceps.

lo. 9. in bõis corporis, vel exterioribus, quæ, l.1. co. vel filius habet a Patre, vel per ea debet 1.et.2. patri prouidere, & tali pœna quandoq; punitur filius pro peccato patris, quasi res quędã pr̃is existẽs, sicut occiduntur pecora, dirimuntur domus, in q̃bus nulla est culpa, pro eo q; sunt res peccatoris qui in eis punitur. Huiusmodi etiam pęnę non semper inferuntur pro peccato quod quis personaliter cõmisit, sed quandoq; ad exercitiũ iustitiæ, sicut fuit in Iob, vl' ad custodiam virtutis, sicut in Paulo. Vnde non est inconueniens si huiusmodi pęnis innocentes filii pro peccatis patrum puniuntur. Vel dicendum q; authoritas illa intelligitur de pœna temporali, & in illis qui imitando peccatum parentum non prestant impedimentum vindictæ. Et per hoc patet solutio ad obiecta, nisi q; ad primum oportet dicere q; ideo tertia & quarta generatio determinantur, & potius fit mentio de peccato parentum q̃ aliorum, qa filii liberius imitantur peccata parentum, vtpote a pueritia in eis nutriti, & precipue illorum quorum memoria adhuc manet, quod est in. 3. et. 4. generatione. Vnde & ipsi magis q̃ parẽtes puniuntur, quia ex maiori contemptu, & libidine peccant.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic. pri. se. q. 82. ar. 2. o. De ma. q. 4. ar. 8. c. fi. AD tertium sic proceditur, & videtur q; originale peccatum non sit vnum sed multa: Vnum. n. accidẽs non potest esse in diuersis sũbstantiis. sed per originale peccatum omnes potentiæ animæ corrumpuntur. ergo originale peccatum non est vnum. Prætcrea. Effectus proportionatur causæ. sed causa originalis peccati est peccatum Adę, in quo fuerunt multa peccata, vt supra magister dixit. ergo originale peccatum non est vnum, sed multa. Preterea. Vnum, & idem non inclinat ad diuersa, & contraria. sed originale peccatum inclinat ad omnia peccata actualia, cum sit pronitas ad omne malum, vt Ansel. dicit, peccata autem actualia sunt diuersa, & ad inuicem contraria. ergo peccatum originale non est vnum. Sed contra est quod dicitur in glos. Rom. 5. quòd vnus homo vnum peccatum transmisit in mundum, & loquitur de peccato originali. ergo &c. Prętcrea. Peccatum originale est peccatũ naturæ. natura autẽ est vna. ergo & peccatum originale est vnum. Respon. Dicendum q; vnitas, & multitudo in defectibus & priuationibus attẽdenda est secundum ea quæ desunt vel priuantur. Id autem quo priuamur per originale peccatum, est vnum. s. originalis iustitia. vnde & peccatum originale est vnum. Nec potest dici q; multiplicetur ex parte causæ, sicut deformitates peccatorũ actualium, quibus vna gratia tollitur, multiplicantur per comparationem ad actus inordinatos per quos gratia aufertur. Nam originalis deformitatis causa est primum peccatum primi parentis, vt supra habitum est, hoc autem oportet esse vnum. Vnde omnibus modis originale peccatum habet vnitatem. Ad primum ergo dicendum, q; in aliquibus pluribus adunatis potest esse defectus cõmuniter duobus modis. Aut quia singulorum singulæ perfectiones tollũtur, & sic oportet plurium plures esse defectus, sicut si oculis subtrahatur visus, auribus auditus, & sic de aliis. Alio modo per hoc q; ab omnibus subtrahitur vnũ continens commune, & sic est vnus defectus plurium, sicut per vnam febrem singula membra debilitantur, virtute regitiua totius corporis debilitata, & p hũc modum vno peccato originali omnes potentiæ animæ corrumpuntur, inquãtum priuãtur originali iustitia. qua omnes potentias animæ in ordine debito

continebantur. Ad secundum dicendum, q quamuis in peccato Adæ plura fuerunt, tamen vnum illorum fuit primum. i. peccatum elationis, vt ex supradictis patet, & hoc solum naturam humanam infecit originali peccato, vt dictum est. Ad tertium dicendum, q originale peccatum non inclinat ad singula peccata actualia per se, & directe, sed indirecte, & quasi per accidens, inquantum aufert originalē iustitiam, p quam continebantur vires animæ ne in peccatum laberentur, & sic est quasi remouens prohibens.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic. q. 2. ar. 1. De ma. q. 5. ar. 2. et 3. q.

AD quartum sic proceditur, & videtur q discedētibus pueris cum peccato originali pœna sensibilis debeatur: Maiori enim culpæ debetur maior pœna. sed originale peccatū est maius q̄ veniale, quia originale facit indignum vita æterna, non autem veniale. sed veniali peccato debetur pœna sensibilis. ergo etiam & originali. Præterea. Ad pęnam sensibilem pertinet ignis, & vermis. per vermem autem intelligitur interior afflictio, quę pueris, vt videtur, deesse nō potest, cum damnum maximū quod incurrunt cognoscant. ergo pueri cum originali decedentes, pęna sensibili punientur. Præterea. Non remittitur reatus pęnę nisi culpa remissa. sed per peccatum originale aliquis obligatur ad pęnam sensibilē, sicut ad mortem, & pęnalitates vitæ præsentis. ergo cum pueris non baptizatis nō sit culpa originalis remissa, videtur q pęna sensibili sint puniendi. Sed contra. Acerbitas pęnę sensibilis respondet delectationi culpæ, vt dicitur Apoca. 18. Quātum glorificauit se, & in delitiis fuit, tantum date ei tormētum, & luctum. sed in peccato originali non est aliqua delectatio, sicut nec operatio: delectatio enim operationē consequitur, vt ex. 10. ethy. patet. ergo nec in pęna erit aliqua sensibilis afflictio. Præterea. Ponitur cōmuniter q pueri non baptizati specialē locum habent, in quo manebunt pręter consortium aliorum damnatorum. hoc autem non esset si pęna sensibili punirentur, sicut & alii. ergo pęna sensibili non punientur. Respond. Dicendum q in his qui ex Adam nascūtur infectio originalis peccati peruenit ad personā ex infectione naturæ: vnde & personæ tali peccato pęna non debetur, nisi talis quæ pertinet ad conditionem naturæ sibi relictę. Pertinet autem ad naturam relictā sibi vt diuina visione careat, ad quam consequendam deficit omnis facultas naturæ creatæ. Pertinent etiam ad naturam humanam sibi relictā mors & pęnalitates vitæ præsentis, quæ ex principiis naturæ proueniunt. Sed pęna sensibilis in anima separata nō pertinet ad conditionē naturæ: vnde tali pęna pueri sine baptismo decedentes nō puniuntur, sed sola carentia visionis diuinæ. 3. p. q. 1. art. 4. ad sec. Ad primum ergo dicendum, q veniale peccatum est peccatum personæ, & ideo potest puniri alia pęna personali quæ non pertineat ad conditionem naturæ non autem originale, quod est peccatum naturę. Ad secundū dicendum, q quidam dicunt puerorum non baptizatorum animas esse a Deo obtenebratas q non cognoscunt damnum quod incurrerunt pro peccato originali. Sed hoc non videtur verum, cum alii damnati, qui magis sunt obtenebrati, hoc damnum cognoscant & exinde affligantur: Et ideo dicendum est q cognoscūt, & tamen nō affliguntur, quia sciunt nūquam in sua potestatę fuisse bonum consequi quo priuantur: sicut rusticus non affligitur de hoc quod non est rex, affligeretur autem si rex esse potuisset. Ad tertium dicendum, q pęnæ sensibiles præsentis vitę pertinent ad conditionem

nem naturæ ſibi relictæ, non autem pœnę ſenſibiles quæ ſunt poſt mortem, & ideo non eſt ſimile.

xxxi.ii.

Diſtin. Trigeſimaquinta.

Poſt p̃dicta de peccato actuali &c.

Queſtio vnica.

Hic queruntur quatuor.
Primo vtrum malum aliquid ſit.
Secundo de cauſa mali.
Tertio de ſubiecto.
Quarto de effectu.

Articulus primus.

In alio ſcript. vt hic, p.p.q. 48 art. 1.o.3. con.c. 7.8.9. De ma. q.1. arti.1 o. opu.3. tract.1. c.114. et.115

AD primum ſic proceditur, & videtur ꝙ malum aliquid ſit. Nullus enim debet puniri pro nihilo, punitur autẽ aliquis de malis quæ facit. ergo malum aliquid eſt. Præterea. Id quod nihil eſt, non poteſt eſſe neq; genus, neq; differentia, neq; contrarium. ſed malum eſt genus, quia bonum & malum ſunt genera aliorum, ſecundum philoſophũ in prædicamentis. Eſt etiam differentia in habitbus animæ qui differũt per bonũ, & malum: Contrariatur etiam malũ bono, ſecundum philoſophum in prædicamentis. ergo malum aliquid eſt. Præterea. Quod non eſt, non poteſt agere. ſed malum agit, quia pugnat contra bonum, & corrumpit ipſum, vt Diony. dicit. ergo malum aliquid eſt. Sed contra eſt quod Aug. dicit ꝙ inquantum ſumus, boni ſumus, & eadem ratione, inq̃tum aliquid eſt, bonum eſt. Præterea. Bonum & ens conuertuntur. ſed malum non eſt bonum. ergo malum nihil eſt. Reſpon. Dicendum ꝙ malum dupliciter accipitur. Vno modo in abſtracto, alio modo in concreto. Abſtracte accipiẽdo malum, hoc modo eſt ſicut & alię priuationes ſunt vt cęcitas, aut ſurditas: Nam malũ nihil eſt niſi priuatio boni. Huiuſmodi autem priuationes dicũtur eſſe, nõ quia habeant aliquam eſſentiã: ſic enim nihil ſunt, ſed ſecundum ꝙ eſſe ſignificat veritatem propoſitionis, prout reſpondetur ad quæſtionem an eſt. Si enim quæratur an cęcitas ſit, reſpondetur ꝙ eſt ꝓpter hoc ꝙ inuenitur in oculo talis defectus. Si autẽ quæratur quid eſt, reſpondetur, nihil eſt, quia nõ habet eſſentiam. Accipiendo vero malum concrete, ſiue dicatur malum, quod eſt ſubiectũ talis priuationis, ſiue quod eſt cauſa, malum aliquid erit, etiam vt eſſentiam habens, non inquantũ malum, ſed inquantum tale, vel tale ens, ſicut aër tenebroſus aliquid eſt, non inquantum eſt tenebroſus, ſed inquantũ corpus quoddam. Ad primum ergo dicendum, ꝙ cum aliquis punitur pro malo quod facit, nõ punitur pro nihilo, ſed pro hoc ꝙ facit in ſua actione nihilum. i. inordinationis defectum. Ad ſecundum dicendum, ꝙ malum non eſt genus, nec differentia, nec contrarium, niſi in concretione acceptum. Ad tertium dicendũ, ꝙ malum in concretione acceptum pugnat, & corrumpit actiue, non ex virtute mali, ſed ex virtute boni, vt Diony. dicit, ſed in abſtractione acceptum, corrumpit non actiue, ſed formaliter, ſicut cęcitas dicitur corrumpere viſum, quia eſt corruptio viſus.

Opu.3 vbi ſu. c.116.

Articulus ſecundus.

In alio ſcript. vt hic, arti. 3. p.p.q. 49. ar. 1.o.3. con.c. 10. De ma.q. 1. arti. 3.o.

AD ſecundum ſic proceditur, & videtur ꝙ bonũ cauſa mali eſſe non poſſit: Dicitur enim Matth. 7. Nõ poteſt arbor bona fructus malos facere. effectus autem comparatur ad cauſam ſicut fructus ad arborem. ergo ex cauſa bona malus effectus conſequi non poteſt. Pręterea. Si bonum eſt cauſa mali, aut inquantum eſt bonum, aut inquãtum deficiens. Si inquantũ bonum, ergo nihil prohiberet ſummum bonum eſſe cauſam mali. Si autem inquãtum eſt deficiens, defectus autem ipſe quoddam ma

lum est, sequitur ꝙ malum est causa mali. non ergo bonum. Praeterea. Omne bonum est a primo bono. quicquid autem est causa causae, est causa effectus. si ergo aliquod bonum est causa mali, sequitur ꝙ primum bonum sit causa mali, quod est inconueniens. ergo bonũ nõ est causa mali. Sed contra. Nihil est causa nisi secundum ꝙ aliquo modo influit, vel agit. sed malum nõ agit nisi virtute boni, vt dicit Diony. ergo malum nõ potest esse causa boni, nisi virtute boni. Praeterea. Omnis causa diffundit seipsam in effectum. hoc autem pertinet ad rationem boni: Nam bonum est diffusiuũ suiipsius. ergo nihil potest esse causa mali, nisi bonum. Respon. Dicendum ꝙ malum nõ habet causam per se, eo ꝙ non põt esse intẽtum: Quod enim est intentum hẽt rõnẽ finis, & boni. Vnde sequitur ꝙ malum non habeat cãm nisi per accidens: quae quidem causa per se intendit bonum, sed malum intendit praeter intentionem causae. Boni autem per se causa non potest esse nisi bona, vnde oportet mali causam bonam esse. Causatur autem ex bono malum, inquantum bonum, qđ causa bõa operatur, est incompetẽs alicui, & ex hoc sequitur ratio mali: Nõ enim omne bonum est cuilibet competens, Et sic etiam ipsa voluntas, quae de se bona est, inquantum tẽdit per appetitum in aliquod bonum quod non est sibi conueniens, fit causa culpę. Ad primum ergo dicendum, ꝙ verbum domini referendum est ad voluntatem actualem, quae si bona sit in actu, causa peccati esse non potest, & si mala, actus ex ipsa procedens non põt esse bonus. Ad secundum dicendum, ꝙ bonum potest esse causa mali, ex hoc ꝙ est particulare bonum: hinc enim habet ꝙ bonum ex eo causatum non est omnibus conueniens sed alicui. Primum autem bonum idest Deus, non est particulare bonum, sed est bonum omnis boni, vt August. dicit: Et ideo causa mali esse non potest.

Ad tertium dicendum, ꝙ quicquid est causa causę, inquantum est causa, est causa efficiens. Bonum autem causatum est creatum a Deo, secũdum ꝙ est bonum. Sed est causa mali, secundum ꝙ est particulare, & distans a perfectione summi boni. Hoc autem non est in bono creato creatum, immo hoc habet secundum ꝙ est ex nihilo: Vnde nõ sequitur quòd Deus sit causa mali.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ subiectum mali bonum esse non possit: Malum enim est priuatio boni, sed habitus non potest esse subiectũ priuationis, sicut nec affirmatio negationis. ergo bonum non potest esse subiectum mali. Praeterea. Plus conueniunt subiectum, & accidens, q̃ duo accidentia vnius subiecti. sed duo contraria accidentia non possunt esse simul in eodem subiecto, cum includant affirmationem, & negationem, quae simul esse non possunt. ergo multominus vnum cõtrarium potest esse alterius subiectum: sed malum, & bonum sunt contraria. ergo bonum subiectum mali esse non põt. Praeterea. Bonum habet rationem perfecti, malum vero est perfectionis priuatio. sed quod est priuatio perfectiõis non potest esse perfectum. ergo bonum non potest esse mali subiectum. Sed cõtra. Nihil potest esse alicuius subiectũ nisi substãtia. sed oĩs substãtia bona est, vtpote a Deo creata. ergo mali subiectũ non potest esse nisi bonum. Praeterea. Si mali subiectum non esset aliquod bonum sed malum, sequeretur ꝙ aliquod esset malum integrum, hoc autem est impossibile, quia secundum philosophum in quarto ethy. malum si integrum sit, importabile fit, & destruit seipsum. ergo subiectum mali non potest nisi bonum.

In alio scrip. vt hic, art. 4. p. p. q. 48 art. 3. o. 3. con. c. 11. De ma. q. 1 ar. 1. o. opu. 3. trac. 1. c. 118.

Respon.

Respon. Dicendum ꝙ malum, vt ex dictis patet, est boni priuatio. Non autem quælibet carentia boni malum dici potest. Non enim est malum lapidi ꝙ ratione caret. Illius ergo carentia boni malū est, quod est debitum, & conueniens haberi. Id autem cui conuenit aliquod bonum habere, nō potest esse nisi bonum. Nam malum bono non conuenit. Vnde relinquitur ꝙ subiectum mali non possit esse nisi aliquod bonum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ priuatio formæ specialis non potest esse sicut in subiecto in habitu, vel forma cui opponitur directe, & in speciali: sed priuatio formæ generalis potest esse, sicut in subiecto, in eo qđ sibi opponitur in generali, & non in speciali. Malum autem est priuatio bonitatis, quę est perfectio generalis omnibus entibus cōmunis, & iō malum est sicut in subiecto in bono: qđ quidem sibi opponitur secundum communem rationem boni & mali, non autem secundum specialem ratiōnē huius boni & huius mali, sicut malum culpæ non contrariatur bono naturæ secundum speciales rationes, sed solum secundum generales. Ad secundum dicendum, ꝙ malum non est sicut in subiecto in bono, quod ei in speciali contrariatur, est tamen sicut in subiecto in bono quod ei opponitur in generali, vt dictū est. Ad tertium dicēdum, ꝙ nihil prohibet id quod est vna perfectione perfectum per defectum alterius perfectionis, quæ superaddi deberet, imperfectū dici.

In alio scrip. vt hic. arti.5. p.p.q. 48.ar ti.4.o. pri.sg.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ malum totaliter corrumpat bonum: Quod enim per se alicui conuenit, conuenit ei semper. sed malū, inquantum huiusmodi, corrumpit bonum. ergo semper corrumpit bonum. ergo finaliter totum consumet. Præterea. Omne finitum per diuisionem aliquotiens factam consumitur. sed bonum creatum est finitum. si ergo primū malum aliquid de bono corrumpit, videtur ꝙ multiplicatio mali totum consumpat. Preterea: Malum non requirit bonū, nisi ad hoc ꝙ in eo fundetur, sicut in subiecto. ergo omne bonum, qđ nō est mali subiectum, potest totum cōsumi per malum. sed bonum, quod per malum diminuitur, non est mali subiectum, quia nullum accidēs diminuit suū subiectum. ergo bonum, quod per malū diminuitur, potest totaliter per malum consumi. Sed contra. Malum non potest esse nisi in bono, vt dictum est. sed si totum bonum consumeretur iam nō esset in bono. ergo malum nō potest totum bonum consumere. Pręterea. Malum non consumit, nisi bonum qđ ei opponitur. sed non totum bonum opponitur alicui particulari malo. ergo per aliquod malum non potest totū bonum corrumpi. Respon. Dicendum ꝙ aliquod bonum est quod totum per malum tollitur. s. bonum quod opponitur malo, sicut visus per cęcitatē, & gratia per culpam. Aliquod vero bonū est quod nec tollitur, nec diminuitur per malum. s. bonum in quo malum fundatur, sicut in subiecto, sicut aer non diminuitur p tenebras, nec substātia animæ per culpam. Aliquod autem bonum est quod nō totaliter tollitur, sed tamen diminuitur per malum, & potest in infinitum diminui si in infinitum multiplicetur malum, & hoc bonum est habilitas, vel ordo ad bonum, quæ quidem diminuitur per malum, inquantum elongatur a bono, non tamen potest totaliter tolli, quia sequitur naturam illius rei in qua malum fundatur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ malum non corrumpit bonum actiue, sed formaliter, si abstractio accipiatur, vt supra dictum est. Vnde idem malum semper corrumpit bo-

q. 85. ar.1.2. et.4.o. 3.con. c.12. De ma. q.2.ar. 11. et 12.o. opu.3. trac.1. c.117. et.118

num, inquantum semper est boni corruptio, non tamen sequitur ꝙ cõtinue bonum diminuatur. Ad secundum respõdent quidam ꝙ aliquod finitum per diuisionem potest diminui in infinitum, & tamen totaliter non consumetur si seruetur in diuidendo eadẽ proportio, & non eadem quantitas: Si.n. a linea cẽtũ pedum dematur continue vnus pes tandem tota linea cõsumetur. Si autem dematur medium lineę, & iterũ medium medii, & sic inde, nũquã stabit diuisio. Hoc autem in proposito locum non habet, quia non est ratio quare secundum malum non tantum in quantitate corrumpat de bono, quantum primum, vel etiã amplius. Et ideo aliter dicendum est ꝙ illa habilitas nõ diminuitur per subtractionem, sed per elongationem quæ fit per appositionem cõtrarii, sicut corpus per hoc ꝙ subiicitur albedini, eius habilitas a nigredine elongatur, & tanto amplius quanto albedo fuerit intensior, & si albedo posset in infinitum intẽdi, semper fieret minor habilitas: nunquam tamen totaliter tolleretur, quãdiu corporis natura maneret, quam intensio albedinis non tollit. Similiter augmentum culpæ nõ tollit naturam animæ ad quã sequitur habilitas ad bonum. Vnde talis habilitas nunꝗ cõsumitur, licet semper per peccatum diminuatur. Ad tertium dicendum, ꝙ habilitas prædicta est medium inter bonum subiecti mali, in quo ipsa habilitas radicatur, & bonum qd est malo contrarium quod est habilitatis prædictę terminus, & ideo medio modo se habet quia diminuitur, sed nõ totaliter consumitur.

XXXV. Distin. Trigesimasexta.

Post hoc videndum

est quid sit peccatum &c.

Quæstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo de diuisione mali per pœnam, & culpam.

Secundo vtrum malum culpæ semper consistat in actu.

Tertio vtrum semper in actu interiori.

Quarto vtrum actus in quo peccatum consistit sit a Deo.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ malum culpæ inconuenienter cõtra malũ pœnę diuidatur: Corruptio enim passiua quędam pęna est, vt in litera dicitur. sed omne malum in abstractione loquendo, est priuatio boni formaliter, & ita passiue. ergo omne malum est malum pęnæ. Non ergo malum culpæ contra malum pœnæ diuidi debet. Pręterea. Culpa & pęna non sunt nisi in rationali creatura. sed malum est in pluribus aliis. ergo inconuenienter malum per culpam, & pœnam diuiditur. Præterea. Ea quæ ex opposito diuiduntur sunt simul, secundum philosophum in prædicamentis. sed culpa, & pęna non sunt simul: nã malum per prius dicitur de culpa, ꝙ̃ de pęna, cũ culpa sit causa pęnæ. ergo malum inconuenienter per culpam & pœnam diuiditur. Sed contra. Voluntarium, & inuoluntarium cõuenienter cõtra se diuiduntur. sed malum culpæ habet rationem voluntarii, pœna autẽ inuoluntarii. ergo conuenienter pęna cõtra culpam diuiditur. Præterea. Agens contrariatur patienti, secundum philosophum in lib. de generatione: cõtraria autem ad inuicem conuenienter diuiduntur. cum ergo culpa, & pęna distinguantur secundum actionem, & passionem, videtur ꝙ culpa, & pęna conuenienter ad inuicem distinguantur. Respon. Dicendum ꝙ creatura rationalis habet aliquam rationem bonitatis oibus

In alio script. vt hic. p.p.q. 48.ar. 5.o. De ma. q.1.ar. 4.o.

oibus creaturis communem, & aliquam propriam sibi. Qd enim perficiatur for mis ad esse, & bene esse, hoc sibi, & omni creature cōmune est. Qd autem habeat dominium super suam operationē, quę est eius bonum, & quæ in ipsa manens non in exteriorem materiam rēdit, hoc est proprium sibi, vt patet de actu volūtatis. Sciendum tamen ꝙ etiam ea, quæ creatura rationalis cum aliis habet cōmunia, quodāmodo voluntati subduntur in ipsa, & sic quodammodo ei cōueniunt. Malum igitur, per quod propriū bonum rationalis creaturæ corrumpitur, dicitur malum culpæ: malum vero, quo corrumpitur bonum, quod sibi, & aliis est commune, quantum ad modum habendi, licet forte non quantū ad substantiam rei habitæ, dicitur malum pœnę, inquantum est eius voluntati contrarium. Vnde priuatio cuiuscunq; qd creatura rationalis habeat ad perfectionem sui esse, vel ad bene esse pœna vocatur. Ad primum ergo dicēdum, ꝙ formalis priuatio boni non habet rationem pœnæ nisi quando rationalis creatura formaliter aliquo bono priuatur. Malum vero culpæ attenditur secundum quòd actus creaturæ rationalis formaliter aliquo bono priuatur, & non ipsamet, vnde ratio non sequitur. Ad secundum dicendum, ꝙ ista diuisio mali non est diuisio mali communis, sed mali quod est proprium creaturæ rationalis, in qua specialis ratio bonitatis inuenitur.

Ad tertium dicendum, quòd verbum philosophi intelligitur de diuisione vniuoci: malum autem analogice de culpa, & pœna prędicatur, per prius de culpa quàm de pœna, quia principale bonum creaturæ rationalis est eius operatio, in cuius defectu culpa consistit: nam operatio est eius vltima fęlicitas.

Articulus secundus.

AD secundū sic proceditur, & videtur ꝙ peccatum sine aliquo actu esse nō possit: Peccatum enim est factum, vel dictum, vel concupitum contra legem Dei. sed in his omnibus aliquis actus designatur. ergo peccatum sine actu esse nō potest. Pręterea. Omne peccatum voluntarium est. sed nihil dicitur voluntarium nisi per actum voluntatis. ergo in quolibet peccato oportet esse aliquē actum. Præterea. Posita causa ponitur effectus. si ergo non agere sit causa peccati, sequitur ꝙ continue peccet aliquis quandocunq; non agit, & sic peccatum omissionis esset grauius q̄ cōmissionis, quod non continue agitur, quod est falsum. ergo & primum. s. ꝙ peccatum possit esse sine actu. Sed contra. Nullus iuste punitur nisi pro aliquo peccato. sed iuste aliquis punitur ex hoc solo ꝙ non facit quod facere debet. ergo ex hoc solo aliquis peccat quod non agit, & sic ad peccatum non requiritur actus. Præterea. Omne peccatum, in quo est actus aliquis, est actuale peccatum. si ergo in omni peccato actus requiratur, sequitur ꝙ omne peccatum sit actuale, qd est falsum. Præterea. Si peccatum sine actu esse non possit, cessante actu cessabit peccatum. hoc autem est falsum, quia adhuc post actum remanet aliquis peccato subiectus. ergo peccatum sine actu esse potest. Respon. Dicendum ꝙ sicut dictum est, malum culpę consistit in hoc ꝙ creatura rationalis destituitur bono proprie operationis, cuius est domina. Hoc autem bono potest destitui dupliciter. Vno modo quia operatio debita totaliter tollitur, & sic est peccatum omissionis. Alio modo, quia operatio debita bonitate priuatur, & hoc est peccatum commissionis. Sicut autē actus inordinatus rationem culpæ non habet nisi secundum hoc ꝙ volūtati est subiectus, ita nec actus omissionis culpę rationem habere potest, nisi secundum

In alio scripto vt in c. arti. 3. pri. Pæ q. 71. ar. 5. o. De ma. q. 2. ar ti. 1. o.

num, inquantum semper est boni corruptio, non tamen sequitur ꝙ cõtinue bonum diminuatur. Ad secundum respõdent quidam ꝙ aliquod finitum per diuisionem potest diminui in infinitum, & tamen totaliter non consumetur si seruetur in diuidendo eadẽ proportio, & non eadem quantitas: Si.n. a linea cẽtũ pedum dematur continue vnus pes tandem tota linea cõsumetur. Si autem dematur medium lineę, & iterũ medium medii, & sic inde, nũquã stabit diuisio. Hoc autem in proposito locum non habet, quia non est ratio quare secundum malum non tantum in quantitate corrumpat de bono, quantum primum, vel etiã amplius. Et ideo aliter dicendum est ꝙ illa habilitas nõ diminuitur per subtractionem, sed per elongationem quæ fit per appositionem cõtrarii, sicut corpus per hoc ꝙ subiicitur albedini, eius habilitas a nigredine elongatur, & tanto amplius quanto albedo fuerit intensior, & si albedo posset in infinitum intẽdi, semper fieret minor habilitas: nunquam tamen totaliter tolleretur, quãdiu corporis natura maneret, quam intensio albedinis non tollit. Similiter augmentum culpæ nõ tollit naturam animæ ad quã sequitur habilitas ad bonum. Vnde talis habilitas nunꝙ cõsumitur, licet semper per peccatum diminuatur. Ad tertium dicendum, ꝙ habilitas prædicta est medium inter bonum subiecti mali, in quo ipsa habilitas radicatur, & bonum qd est malo contrarium quod est habilitatis prædictę terminus, & ideo medio modo se habet quia diminuitur, sed nõ totaliter consumitur.

XXXV. **Distin. Trigesimasexta.**

Post hoc videndum

est quid sit peccatum &c.

Quæstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo de diuisione mali per pœnam, & culpam.

Secundo vtrum malum culpæ semper consistat in actu.

Tertio vtrum semper in actu interiori.

Quarto vtrum actus in quo peccatum consistit sit a Deo.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ malum culpæ inconuenienter cõtra malũ pœnę diuidatur: In alio script. vt hic. Corruptio enim passiua quędam pęna est, vt in litera dicitur. sed omne malum p.p.q. in abstractione loquendo, est priuatio 48.ar. boni formaliter, & ita passiue. ergo om 5.o. ne malum est malum pęnæ. Non ergo malum culpæ contra malum pœ Dema. q.1.ar. næ diuidi debet. Preterea. Culpa & 4.o. pęna non sunt nisi in rationali creatura. sed malum est in pluribus aliis. ergo inconuenienter malum per culpam, & pœnam diuiditur. Præterea. Ea quæ ex opposito diuiduntur sunt simul, secundum philosophum in prædicamentis. sed culpa, & pęna non sunt simul: nã malum per prius dicitur de culpa, ꝙ de pęna, cũ culpa sit causa pęnæ. ergo malum inconuenienter per culpam & pœnam diuiditur. Sed contra. Voluntarium, & inuoluntarium cõuenienter cõtra se diuiduntur. sed malum culpæ habet rationem voluntarii, pœna autẽ inuoluntarii. ergo conuenienter pęna contra culpam diuiditur. Præterea. Agens contrariatur patienti, secundum philosophum in lib. de generatione: cõtraria autem ad inuicem conuenienter diuiduntur. cum ergo culpa, & pęna distinguantur secundum actionem, & passionem, videtur ꝙ culpa, & pęna conuenienter ad inuicem distinguantur. Respon. Dicendum ꝙ creatura rationalis habet aliquam rationem bonitatis

oibus

omnibus creaturis communem, & aliquam propriam sibi. Qd enim perficiatur formis ad esse, & bene esse, hoc sibi, & omni creature cõmune est. Qd autem habeat dominium super suam operationẽ, quę est eius bonum, & quæ in ipsa manens non in exteriorem materiam tẽdit, hoc est proprium sibi, vt patet de actu volũtatis. Sciendum tamen ꝙ etiam ea, quæ creatura rationalis cum aliis habet cõmunia, quodãmodo voluntati subduntur in ipsa, & sic quodammodo ei cõueniunt. Malum igitur, per quod propriũ bonum rationalis creaturæ corrumpitur, dicitur malum culpæ: malum vero, quo corrumpitur bonum, quod sibi, & aliis est commune, quantum ad modum habendi, licet forte non quantũ ad substantiam rei habitæ, dicitur malum pœnę, inquantum est eius voluntati contrarium. Vnde priuatio cuiuscunq; qd creatura rationalis habeat ad perfectionem sui esse, vel ad bene esse pœna vocatur. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ formalis priuatio boni non habet rationem pœnæ nisi quando rationalis creatura formaliter aliquo bono priuatur. Malum vero culpæ attenditur secundum quòd actus creaturæ rationalis formaliter aliquo bono priuatur, & non ipsamet, vnde ratio non sequitur. Ad secundum dicendum, ꝙ ista diuisio mali non est diuisio mali communis, sed mali quod est proprium creaturæ rationalis, in qua specialis ratio bonitatis inuenitur. Ad tertium dicendum, quòd verbum philosophi intelligitur de diuisione vniuoci: malum autem analogice de culpa, & pœna pędicatur, per prius de culpa quàm de pœna, quia principale bonum creaturæ rationalis est eius operatio, in cuius defectu culpa consistit: nam operatio est eius vltima fęlicitas.

Articulus secundus.

AD secundũ sic proceditur, & videtur ꝙ peccatum sine aliquo actu esse nõ possit: Peccatum enim est factum, vel dictum, vel concupitum contra legem Dei. sed in his omnibus aliquis actus designatur. ergo peccatum sine actu esse nõ potest. Pręterea. Omne peccatum voluntarium est. sed nihil dicitur voluntarium nisi per actum voluntatis. ergo in quolibet peccato oportet esse aliquẽ actum. Præterea. Posita causa ponitur effectus. si ergo non agere sit causa peccati, sequitur ꝙ continue peccet aliquis quandocunq; non agit, & sic peccatum omissionis esset grauius q̃ cõmissionis, quod non continue agitur, quod est falsum. ergo & primum. s. ꝙ peccatum possit esse sine actu. Sed contra. Nullus iuste punitur nisi pro aliquo peccato. sed iuste aliquis punitur ex hoc solo ꝙ non facit quod facere debet. ergo ex hoc solo aliquis peccat quod non agit, & sic ad peccatum non requiritur actus. Præterea. Omne peccatum, in quo est actus aliquis, est actuale peccatum. si ergo in omni peccato actus requiratur, sequitur ꝙ omne peccatum sit actuale, qd est falsum. Præterea. Si peccatum sine actu esse non possit, cessante actu cessabit peccatum. hoc autem est falsum, quia adhuc post actum remanet aliquis peccato subiectus. ergo peccatum sine actu esse potest. Respon. Dicendum ꝙ sicut dictum est, malum culpę consistit in hoc ꝙ creatura rationalis destituitur bono proprie operationis, cuius est domina. Hoc autem bono potest destitui dupliciter. Vno modo quia operatio debita a totaliter tollitur, & sic est peccatum omissionis. Alio modo, quia operatio debita bonitate priuatur, & hoc est peccatum commissionis. Sicut autẽ actus inordinatus rationem culpæ non habet nisi secundum hoc ꝙ volũtati est subiectus, ita nec actus omissionis culpę rationem habere potest, nisi secundum

In alio script. vt hic, arti. 3. pri. 2æ q. 71. ar. 5. & De ma. q. 2. ar ti. 1.

ꝙ voluntati subiicitur. Ad hoc autem non requiritur aliquis actus voluntatis, quo quis velit non facere quod tenetur, sed sufficit voluntatis potestas, quia potest facere & non facere. Quidam tamen dicunt ꝙ omissionis peccatum esse non potest sine actu ad minus interiori: Sed hoc non videtur, quia contingit quandoq; ꝙ voluntas nec ad actum debitum, nec ad oppositum mouetur, nec ad aliquid ex quo rationẽ culpæ habere possit, & tamen aliquis efficitur reus omissionis si non faciat quod tenetur. Vnde relinquitur ꝙ contingit esse peccatum absq; omni actu. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ in hoc dicitur dictũ, vel factum, vel concupitum, intelliguntur etiam opposita: Sicut.n. in idem genus reducitur quiescere & moueri, ita concupiscere, & nõ cõcupiscere, & sic de aliis. Ad secũdũ dicẽdũ ꝙ ipsa omissio voluntaria nõ de necessitate dicitur propter voluntatis actum, sed propter hoc ꝙ in potestate voluntatis consistit. Ad tertium dicendum, ꝙ non quandocunq; aliquis non agit, peccatum omissionis incurrit, sed tunc solum quando agere tenetur: Pręcepta enim affirmatiua quæ obligãt ad agendum, & si obligent semper, non tamen ad semper. Quartum concedimus. Ad quintum dicendum, ꝙ peccatum primum originale, & si in se actum non habeat, habet tamen rationem culpæ, ex actu primi parentis. Ad sextum dicẽdum ꝙ etiam peccata quæ in actu consistunt manere dicuntur post actum, non quantum ad substãm peccati, sed quantũ ad effectum qui est priuatio gratiæ, propter quod August. dicit ꝙ transeũt actu, & remanent reatu.

secũda sed secũdę.q. 79.ar.3.c. — pri. secũdę q. 76. arti. 2. ad pri. De ma. q. 2. ar. 1.c. — pri. secũdę. q. 81. ar. 1.c. — pri. secũdę. q. 109. ar. 7 c. q. 113. arti. 2. ad ter. — In alio scrip. vt hic. ar. 4.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ actus exterior non pertineat ad peccatum: Membra enim exteriora non possunt esse subiecta peccati. sed actus exteriores membris corporalibus aguntur. ergo actus exterior ad peccatum non pertinet. Præterea. Peccatum merito opponitur. sed quantitas meriti tota dependet ex radice charitatis. ergo & quantitas peccati tota dependet ex cupiditate voluntatis, & sic actus exterior ad peccatum non facit. Præterea. Illud quod de se pertinet ad peccatum, quocũq; modo agatur, peccatum est. sed actus exterior nisi ex voluntate procederet non esset peccatum. ergo actus exterior de se ad peccatum non pertinet. Sed contra. Peccatum est transgressio legis diuinę. sed per actum exteriorem aliquis contra legem diuinam agit. ergo actus exterior pertinet ad peccatum. Pręterea. Meritum & peccatum opponuntur. sed actus exterior facit ad meritum, quod patet ex hoc ꝙ martyribus actu debetur aureola: nõ autem martyribus voluntate. ergo & similiter actus exteriores pertinent ad peccatũ. Respon. Dicendum ꝙ aliquis actus habet rationem culpæ ex duobus. s. ex hoc ꝙ actus est inordinatus, & ex hoc ꝙ volũtarius. Inordinatio autem per prius est in actu exteriori q̃ interiori: Ex hoc enim voluntas est inordinata ꝙ in aliquid inordinatum tendit, sicut in fornicationem vel homicidium. Sed volũtarium quod complet rationem culpæ per prius est in actu interiori q̃ exteriori, cum actus exterior non sit volũtarius nisi per hoc quod est per interiorem imperatus, & ideo peccatum in vtroq; consistit. s. in interiori & exteriori actu. Actus tamen exterior rationem culpæ non habet nisi ab interiori, cum tamen actus exterior aliquid deformitatis addat. Ad primum ergo dicendum, ꝙ membra corporalia non causant exteriorem actũ quasi per se agantur, sed sicut ab interioribus viribus acta, & ideo exteriora membra non sunt

pri. secũdę q. 71. ar. 6.c. De ma. q. 2 ar. 3.c. — pri. secũdę. q. 77. ar. 7.c.

sunt subiecta peccati, sed interiores vires. Ad secundum dicendum, ꝙ respectu essentialis præmii quantitas meriti ex sola charitate interiori pēsatur, sed respectu accidentalis præmii, quod consequitur decentiam & honestatem actus, pensatur ex exteriori actu, & similiter peccati deformitas ex exteriori actu pensatur. Ad tertium dicendum, ꝙ deformitas exterioris actus est materialis in peccato, sed formaliter rō culpæ completur ex hoc quòd est voluntarius, & ideo actus exterior, nisi ex voluntate procedat, non potest esse peccatū.

p.p.q. 95. ar. 4.c.

Articulus quartus.

pri. secundę. q. 79. ar. 1. & 2. o. De ma. q. 3. ar. 1. o.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ substātia actus peccati non sit a Deo: Homo enim ex hoc ꝙ substantiā actus peccati causat peccare dicitur. Si igitur substantia actus sit a Deo: sequitur ꝙ ipse Deus peccet, quod est absurdum. Pręterea. Quæcunq; inseparabiliter se consequuntur, ita se habent ꝙ vnum eorum non potest esse sine altero. sed quidam actus sunt qui inseparabiliter habēt deformitatem annexam. ergo si suba actus a Deo est, & deformitas actus a Deo erit. Pręterea: Differentia specifica est de suba rei. sed malum est differentia specifica aliquorum actuum: Sicut enim habitus animę specie distinguuntur per bonum & malum: ita & eorū actus. si ergo suba actus peccati sit a Deo: sequetur ꝙ Deus sit causa mali, quod est inconueniens. ergo suba actus peccati non est a Deo. Sed contra. Suba actus peccati quoddam ens est. Omne autem ens est a Deo. ergo suba actus peccati est a Deo. Pręterea. Omnis motus est a primo motore. ergo & omnis actio est a primo agente. Primum autem agens est Deus. ergo substātia cuiuslibet actus est a Deo. Respon. Dicendum ꝙ causa prima in effectum causæ secūdę vehementius influit quàm etiam causa secunda, vt patet in lib. de causis, & ideo oportet vt id quod est a voluntate, secundum hoc ꝙ eius causa est Deus, sit a Deo. Quod autem est a voluntate secundum aliquid cuius causa non est Deus, nec erit a Deo. In peccato autem est duo considerare. s. naturam actionis, & deformitatem actus. Natura autem actionis est a voluntate, secundum ꝙ est quædam actiua potentia & ad bonū ordinata, cum nihil agat nisi ad bonum respiciens, vt dicit Diony. Sed deformitas peccati causatur ex voluntate, secundum defectum qui eam consequitur secundum quòd est ex nihilo. Nihili autem Deus non est causa: qui tamen causa est cuiuslibet actiuæ potentię & ordinis ad bonum, & ideo suba actus peccati est a Deo: non autem deformitas: Et quia peccatum vtrunq; dicit, non potest simpliciter concedi ꝙ peccatum sit a Deo. Et est simile de claudicatione, cuius deformitas est ex defectu cruris, sed suba actus ex virtute gressiua. Ad primum ergo dicendum, ꝙ homo est causa tam subæ actus peccati q̄ deformitatis: non autem Deus, & ideo non est simile. Ad secundum dicendū, quòd licet suba actus fornicationis sine deformitate fieri non possit, non sequitur quòd reducantur in eādem causam primam, sed in eandem causam proximam. Ad tertium dicendum, quod deformitas vel malum est differentia specifica actus, secundum quòd est in genere moris: non autem secundum quòd est in genere naturę.

In alio scrip. t. vt hic, d. 37. q. 2. ar ti. 2. c. pri. secundę. q. 3. ar. 1. c.

Distin. Trigesimaseptima. xxxvi.

Sciendum est tamen

quædam sic esse peccata.

Questio vnica.

Hic querruntur quatuor.

Primo vtrū peccatū possit esse cā pcti.

Secundo vtrum possit esse idem peccatum & pęna.
Tertio vtrum aliqua passio possit esse peccatum.
Quarto vtrum omnis pœna pro peccato infligatur.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, pri. §e. q. 75. ar. 4. c. q. 84. o. De ma. q. 8. ar. 1. c. Ro. 1. le. 7. co. 3.

AD primum sic proceditur, & videtur quòd peccatum nō possit esse causa peccati: Sicut enim se habet motus ad motum: ita peccatum ad peccatum. sed motus non est causa motus, sicut nec qualitatis qualitas, secundum Philosophum. ergo nec peccatum potest esse causa peccati. Præterea. Id quod nihil est non potest causam habere, nec causa esse. sed peccatum nihil est, & nihil fiunt homines dum peccant, vt August. dicit. ergo vnum peccatum non potest esse causa alterius. Præterea. Vnum contrariorum non est causa alterius. sed quædam peccata sunt adinuicē contraria, vt auaritia prodigalitati. ergo ad minus talium vnum non potest esse alterius causa. Sed contra est quod Greg. dicit ꝙ peccatum quod mox per pœnitentiam nō diluitur suo pondere ad aliud trahit. ergo vnum peccatū est causa alterius. Præterea. Quicquid est causa causæ est causa effectus. sed actus peccati est causa habitus ex quo iterum sequitur actus peccati. ergo peccatum est causa peccati. Respond. Dicendum quòd peccatum potest esse causa peccati quatuor modis. Primo per accidens, quasi remouens prohibens inquantum. s. per peccatum mortale tollitur gratia, qua sublata homo cadit facilius in peccatum, & sic quodlibet peccatum mortale cuiuslibet potest esse causa. Secundo mediante habitu vel dispositione ex actu peccati consequente, & ad similem actum inclinante, & sic peccatum est causa peccati in eadē specie. Tertio modo inquantum vnum peccatū alteri materiam subministrat, vt gula luxuriæ, quia venter mero ęstuās facile in luxuriam spumat, vt Hiero. dicit. Quarto inquantum vnum peccatum aduocat alterum ad suum finem, sicut cum aliquis occidit hominem vt pecuniam rapiat, auaritia est homicidii causa. Ad primum ergo dicendum, ꝙ motus potest esse causa motus, non autem terminus vel subiectum. Vnde nihil prohibet peccatum esse causam peccati. Ad secundum dicendum, ꝙ peccatum ratione deformitatis nihil est, sed ratione actus aliquid est, & sic potest causam habere, & causa esse. Vel sic dicendum, ꝙ vnum contrariorum non est causa alterius per se, sed per accidens esse nihil prohibet, sicut frigidum calefacit; vt in. 8. physicorum dr̄. Ad tertium dicendum ꝙ licet pctā aliqua sint contraria secundum speciem actus, tamen omnia gratię opponuntur, & ex hac parte pōt contingere vt quodlibet peccatum sit cuiuslibet causa.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, arti. 3. Ro. 1. 17. co. 4.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ idem possit esse culpa & pœna: August. enim dicit in lib. cōfes. Iussisti domine: & sic est, vt pęna sibi sit omnis inordinatus animus. sed inordinatio animi quædam culpa est. ergo idem est culpa & pœna. Præterea. Carere quacūq; perfectione pęna est. sed carere originali iustitia ē originale peccatum, secundū Ansel. ergo idem est culpa & pœna. Præterea. Coniunctio inconuenientium quędam pœna est, sicut si homo in dignitate cōstitutus abiecto habitu indueretur. sed ipsa culpa est incōueniens rationali creaturæ. ergo ipsa culpæ cōmissio quędam pœna est. Sed contra. Culpa & pœna differunt sicut actio & passio. sed non potest esse idem actio & passio, vt supra magister dicit. ergo nec culpa & pęna. Pręterea. Culpa ordinatur

Vel sic. Ita se hęc culpa & pœna, sicut mors & medicina, &c.

ordinatur ad pęnam sicut medicina ad morbum: Pęnæ enim medicinę sunt, vt in. 2. ethy. dicitur. sed non est idem medicina & morbus. ergo non est idem culpa & pęna. Respond. Dicendum ꝙ non potest esse idem per se pęna & culpa. Pœna enim dicitur aliquid ex hoc quod est contrarium voluntati, culpa vero ex hoc ipso quod est voluntariũ. Vnde culpam agimus: sed pœnam patimur. Per accidens tamen potest esse idẽ culpa & pœna, inquantum aliquid adiungitur culpæ quod est pœna: quod quidem potest ei adiungi tripliciter. Vno modo sicut præcedens culpam & causam ipsius, & sic sequens peccatum dicitur esse pœna præcedentis peccati ratione subtractionis gratiæ, ex qua prouenit sequens peccatum. Secundo adiungitur ei sicut concomitans peccatũ, sicut quædam passiones affligentes hominem concomitantur quædam peccata, vt perturbatio iræ, & anxietas concupiscentiæ. Tertio modo coniungitur ei sicut posterior effectus, & hoc modo ipsa culpa dicitur esse pęna ratione deordinationis animæ, & turpitudinis, & indecentiæ quam ei infert. Primo igitur modo vnum peccatum est pęna alterius peccati: sed duobus modis sequentibus est peccatum suiipsius pœna. Ad primum ergo dicendum, ꝙ illa inordinatio non sequitur culpam vt eius effectus. Ad secundum dicendum, ꝙ carentia originalis iustitiæ in se considerata est pęna, sed inquantum est ex voluntate primi parentis habet rationem culpæ. Ad tertium dicendum, ꝙ ipsa indecentia quæ est ex coniunctione inconuenientium quædam pęna est, quæ culpam consequitur.

De ma. q. 1. ar. ti. 4. ad pri. & ad fin. & ad ter. q. 10. arti. 1. ad no.

Articulus tertius.

Ad tertium sic proceditur, & videtur ꝙ aliqua passio possit esse peccatum: Ira enim & inuidia quędam passiones sunt, quæ tamen connumerantur inter capitalia peccata. ergo passiones possunt esse peccata. Præterea. Actualis concupiscentia quędam passio est. sed hoc est peccatum, vt patet in gl. Rom. 7. ergo passio potest esse peccatum. Præterea. Meritum & demeritum, cum sint contraria, sunt eiusdem generis. sed merita possunt esse passiones: Martyres enim passionibus aureolam meruerunt: ergo & passionibus contingit demereri, & ita passiones possunt esse peccata. Sed contra. Nulla passio est actio. sed peccatum est actio: in hoc enim a pœna differt, vt supra habitum est. ergo passio non potest esse peccatũ. Præterea. Non contingit esse peccatũ, nisi illud cuius principium est in nobis. sed passionis principium non est in nobis, principium autem peccati in nobis est. ergo passio non potest esse peccatũ. Respond. Dicendum ꝙ passio, per se loquendo, nõ potest esse peccatum, sed per accidẽs peccatum esse potest: quod quidem contingit dupliciter. Vno modo secundum ꝙ passio actui voluntatis subditur, quæ eam voluntarie sustinet vel desiderat. Alio modo secundum ꝙ ex actu voluntatis passio causatur: Ex operatione enim appetitus superioris per quandam redundantiam sequitur passio in appetitu inferiori. Vtroq; autem illorum modorum ipse actus volũtatis est per se peccatum, sed passio est peccatum per accidens. Ad primum ergo dicendum, ꝙ ira & inuidia non computantur inter peccata capitalia, secundum ꝙ sunt passiones quædam: sed secũdum ꝙ sunt actus voluntatis, quibus passiones adiunguntur. Ad secundum dicendum, ꝙ ipse motus concupiscentię non est peccatum, vt est passio: sed prout est in potestate voluntatis existẽs, quę põt eum prohibere vel nõ prohibere. Ad tertium dicendum, ꝙ passiones ma-

In alio script. vt hic,

ar. 2. pri. Sẽ. q. 24. ar. 1. o. q. 59 art. 4 c. & ad se.

Pa sedę q. 35. ar. 1. ad pri. De ma. q. 10. ar. 1. ad pri. q. 12 ar ti. 2. ad pri. & a1. 3. c.

De ma. q. 12. ar ti. 3. c. & q. 10. ar. 3. o: pri. Sę. q. 73. arti. 6. ad qn.

3. p. q. 48. arti. 1. ad pri. De ver. q. 26. arti. 6. ad ter. In alio script. vt hic, pri. secundę. q. 87. ar. 7. o. 3. con. c. 141.

tyrum fuerunt meritoriæ, secundum quod eas per voluntatem acceptauerunt, vel patienter sustinuerunt propter Deum, & ita etiam possunt esse demeritorię, inquantum voluntas alio modo ad eas se habet.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur quod pęna non semper infligatur alicui pro peccato: Iob enim de se ipso dicit. Non peccaui & in amaritudinibus moratur oculus meus. hæ autem amaritudines pęnę quędam erant. ergo pęna infligitur alicui absque peccato. Præterea, Saluator noster ab omni peccato immunis fuit. Ioan. 8. Quis ex vobis arguet me de peccato, & tamen multas pęnas sustinuit. ergo pęna aliquando infligitur absque culpa. Præterea. Pœna temporalis temporali prosperitati opponitur. sed aliqui interdum temporali prosperitate florent absque virtutis merito. Hiere. 12. Quare via impiorum prosperatur. ergo pari ratione & pęna temporalis aliquando infligitur absque demerito culpæ. Sed contra. Hiero. dicit. Quicquid mali patimur, peccata nostra meruerunt, & ita pęna non nisi peccato infligitur. Præterea. Iudicium humanum exemplatur a iudicio diuino. sed secundum humanum iudicium pęna nulli infligitur nisi pro culpa. ergo nec secundum diuinum. Respond. Dicendum quod cum pœna sit passiua corruptio boni, duplex est pœna, sicut duplex est bonum. Est autem quoddam bonum hominis inquantum est homo, & huiusmodi sunt bona spiritualia, quorum priuatio simpliciter & absolute est hominis pœna, & talis pęna nunquam est, nisi pro peccato illius qui punitur. Est autem aliud bonum hominis, non inquantum est homo, sed inquantum est animal, vel corpus, & huiusmodi sunt bona corporalia quorum priuatio absolute non potest dici hominis pęna, sed solum secundum quid: nisi quatenus horum defectus in defectum spiritualium redundaret: Si enim temporalium defectus spiritualibus prodest, & abundantia nocet, econtrario abundantia dicenda est pęna, & defectus erit vtilis, sicut Philosophus dicit in. 10. ethy. Fortuna secundum eam mensuram dicenda est bona qua rationis bonum iuuat. Superabundantia autem diuitiarum, secundum eundem Philosophum, quæ opus virtutis impedit, bona fortuna dicenda non est, sed mala. Vnde nihil prohibet huiusmodi pęnam alicui infligi absque propria culpa, vt quædam promouentia ad virtutem. Sciendum tamen quod licet pęnę quandoque sint absque culpa personæ, semper tamen sunt cum culpa naturæ, ex qua factum est vt per huiusmodi defectus oporteat hominem ad bona spiritualia promoueri. Et per hoc patet solutio ad opposita. Vel dicendum ad primum quod hoc quod homo ad augmentum meriti flagellatur non est pœna sibi, inquantum homo est, sed bonum eius, est tamen pęna inquantum naturam animalem habet, & ideo talis pęna sequitur culpam naturæ infectæ, quæ si infecta non esset, homines sine huiusmodi molestiis ad perfectum meriti peruenirent. Ad secundum dicendum, quod Christus nullo modo pęnam habuit quæ esset pęna hominis, inquantum est homo, quia in bonis rationis superabundauit, nec aliquem defectum in eis passus est. Habuit tamen pęnam aliquam quantum ad naturam communem, & ideo non oportuit quod esset aliqua culpa in eo: sed quòd aliqua culpa pręcessisset in natura humana. Vnde Esa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum. Ad tertium dicendum, quòd per hoc quòd impii prosperitatem habent, frequenter in eorum malum est, vt ex dicto Philosophi in authoritate superius patet. Vnde in hoc ipso puniuntur.

secunda secundę. q. 108. ar. 4. c. De ma. q. 1. art. 4. c.

In alio script. 4. d. 15. lit.

3. p. q. 14. ar. 1. ad pri.

tur. Similiter et & ꝙ iusti in aduersitatibus sint in eorum bonū cedit, quia per hoc ad virtutem proficiunt. Vnde non est eis pęna, præcipue inquantum holes sunt, sed magis præmium.

xxxvii. Distin. Trigesimaoctaua.

Sunt autē & alii plurimi &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum oporteat ponere omne ens esse a Deo.

Secundo vtrum actus peccati sit natura aliqua vel aliquod bonum.

Tertio vtrum Deus possit dici causa pcī.

Quarto vtrum ois pęna sit a Deo.

Articulus primus.

In alio script, vt hic. arti. 2. p.p.q. 44. art. 1 o. 3. con. c. 6. 15. et 16. op. 3 trac. 1 c 68. et 69. opu. 15 c. 9.

AD primum sic proceditur, & videtur quòd non omne ens sit a Deo: Quicquid enim est a Deo, est sibi simile aliquo modo. sed aliquid est qd nullo modo est Deo simile, sicut materia prima quæ est potentia pura, cum Deus sit actus purus. ergo nō omne ens est a Deo. Pręterea. August. dicit. In idolo forma hominis non est facta per verbum. sed forma hominis in idolo est aliquid. non ergo omne ens est factū per verbum, & ita nec a Deo, cum quicquid Deus facit: faciat per verbum. Pręterea. De quocunq; potest dici ipsum esse, potest dici ꝙ est ens. sed deformitas peccati est. ergo est ens, nec tamen est a Deo, ergo non omne ens est a Deo. Sed contra. Oē ens, aut est causa, aut causatum. Quicquid autem est a quocūq; causatum, est a Deo, quia effectus causæ secundæ est causæ primæ. Aut ergo aliquod ens est & causa tantū, aut est a Deo causatum. sed quod est causa tantum est causa prima, quæ Deus est. ergo omne ens, quod non est Deus, est a Deo. Præterea. Quicquid est creatum, est a Deo. si ergo aliquod ens sit, pręter Deū, quod non sit a Deo, hoc non erit creatum, & sicerunt plura increata, quod est hæreticum. Oportet igitur ponere omne ens esse a Deo. Respon. Dicendum ꝙ hæreticum est dicere aliquod ens, inquantum ens, non esse a Deo, nec solum fidei contrarium est: sed etiam rationi: Omne. n. quod est, aut est necessariū, aut possibile. Quod autem necessarium, aut est per se necessarium, aut est aliūde necessarium. Quicquid autem est necessarium aliunde constat ꝙ causam sui esse habet ab eo, a quo eius necessitas dependet. Quod autem est possibile, necesse est vt causam habeat, quia quantum est in se potest esse & non esse. Vnde si esse ei applicetur, hoc est per aliquam causam extrinsecam, & sic relinquitur ꝙ omne ens oportet reduci sicut in causam in id quod per se necesse est eē, quod est solus Deus, qui est suum esse. Vnde relinquitur ꝙ omne ens sit a Deo. Ad primum ergo dicendum, ꝙ quantum materia prima habet de esse tantum habet de Dei similitudine. Non autem est ens actu sed potentia, & sic etiam ad Deum similitudinem habet. Ad secundum dicendum, ꝙ forma hominis in idolo, secundum ꝙ est res quędam, a Deo est, sed inquantū ordinatur ad ostendendū aliquod viuū in idolo, sic a Deo non est: Sic enim, cum sit falsum signum, nihil est. Ad tertium dicendum, ꝙ cum dicimus priuationes esse, hoc non est propter aliquod esse reale quod eis attribuatur, sed propter esse compositionis quod ratio format eas apprehendens, & ideo non dicūtur entia naturæ sed rōnis, & hoc ipsum quòd in ratione sunt, a Deo est, & sic licet deformitas peccati secundum ꝙ est in re non sit a Deo, secūdum tamen ꝙ est in apprehensione rationis a Deo est, quia nō sumus sufficientes cogitare aliquid quasi a nobis ex nobis. 2. ad Cor. 3.

p.p. vb sup. ar. 2. ad ter.

pri. Co rin. 8. lc. 1. co. 2.

pri. secundæ. q. 8. ar. 1. ad tertium.

p. p. q. 49. art. 2. ad secun.

In alio script. vt hic, arti .1. quol. 1 art. 17. o.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur quod peccatum non sit natura aliqua: Sicut enim dicit Aug. super Ioã. Peccatum nihil est, & nihil fiũt homines cum peccant. ergo peccatum non est natura aliqua. Præterea. Omnis natura ex genere suo bona est. sed aliqua peccata mala sunt in genere suo, sicut fornicatio & homicidiũ. ergo peccata non sunt natura aliqua. Præterea. Omnis natura ordinata est, cum sit a Deo: Quæ.n. a Deo sũt, ordinata sunt, vt dicitur Ro. 13. sed peccata sũt inordinata. ergo nõ sunt aliqua natura. Sed contra. Quicquid est in aliquo prædicamento est natura aliqua. sed peccata sunt in aliquo prædicamento: Sunt enim in eodem genere cum actibus virtutum. ergo peccata sunt natura aliqua. Præterea. Nihil potest esse causa alicuius rei naturalis nisi sit natura aliqua. sed peccatum est causa alicuius rei naturalis: sicut adulterium est causa generationis humanæ. ergo peccatum est natura aliqua. Respõ. Dicendum quod secundum Boe. in lib. de duabus natu. natura multipliciter dicitur. Vno modo significat rem cuiuslibet prædicamenti. Alio modo substantiam. Tertio modo principium motus. Quarto modo differentiam specificam vniuscuiusque. In peccato est etiam duo considerare. s. ipsam actionem, & deformitatem, seu inordinationem. Ipsa igitur peccati actio est natura aliqua prio modo, & quarto, sicut & alia accidentia naturæ quædam sunt, nisi quod actiones nõ sunt naturæ permanentes; vt quantitates, & qualitates, & ex hoc minus habent de ratione entis & naturæ. Secundo vero modo naturæ non sunt: sed ipsa deformitas peccati non est natura aliqua, nec primo, nec secundo modo, nec tertio, nec quarto, secundum eundem vbi supra. Ad primum ergo dicendum, quod ratio peccati sumitur ex ipsa deformitate, & ideo, inquantum peccatũ est, nihil est, quia deformitas nulla natura est, licet ipsa peccati actio aliquid sit. Ad secundum dicendum quòd duplex est bonitas. s. bonitas naturæ, & bonitas moris. Prima bonitate, natura omnis bona est, secundum genus naturæ suæ. Actus autem peccati dicitur esse malus ex genere, malitia moris, & secundum hoc determinatur ad genus moris: quod quidem accipitur secũdum ordinem actus ad indebitam materiam, sicut malum ex genere dicitur lędere innocẽtem, & ẽcõtrario bonum ex genere dicitur actus relatus ad debitam materiam, vt vestire nudum. Ad tertium dicendum, quòd quantum ad substantiam actus remanet aliquis ordo in peccato, & ad agentem, & ad finem, sed quantum ad deformitatẽ sic est ibi inordinatio sola, & hoc modo non est natura aliqua.

Articulus tertius.

In alio scrip. vt hic. q. 2. ar. 1. pri. sedę. q. 79. ar. 1. o. De ma. q. 3. ar. 1. o.

AD tertium sic proceditur, & videtur quòd Deus sit causa peccati et inquantum est peccatum: Quod enim est causa vnius oppositorum per sui præsentiam, est causa alterius per suam absentiam, sicut gubernator nauis est causa salutis nauis per suam præsentiam, submersionis per absentiam. sed Deus inquantum est præsens animæ per gratiam est causa actus meritorii. ergo inquantum est absens per subtractionem gratiæ est causa peccati. Præterea. Duritia cordis quoddam peccatum est cum ei pęna debeatur, vt patet Rom. 2. Secundum duritiam tuam & cor impoenitens thesaurizas tibi iram. sed Deus est causa duritiæ cordis, qa vt dicitur Ro. 9. Cuius vult miseretur, & quem vult indurat. ergo Deus est causa peccati. Præterea. Quod est causa causæ, est causa effectus. sed aliqua quæ sunt effectus Dei sunt causa peccati: Inclinat enim

ad

ad peccatum quandoq; complexio corporis & exteriores creaturæ. ergo Deus est causa peccati. Sed contra. Quicūq; est causa peccati peccat. sed Deus nō potest peccare. ergo Deus nō est causa peccati. Preterea. Fulgen. dicit quòd Deus nō est vltor illius rei cuius est causa. est autem vltor peccati. ergo non est causa peccati. Respon. Dicendum ꝙ omnia quæ sunt a Deo causata procedunt ab eo sicut ab artifice artificiata. Vnde in Psal. 103. dr. Oia in sapiētia fecisti. Defectus autē, qui est in artificiato contra artem, non potest esse ab arte, sed incidit ex defectu instrumenti, vel materiæ. Peccatum autem, inquantum huiusmodi, diuinæ arti contrariatur eo quod est auersio ab incommutabili bono quod est omnium artificiatorum a Deo finis & per consequens principium illius primæ artis: Nam principia artificiatorum sunt fines, vt patet in. 2. physicorum, Relinquitur ergo ꝙ peccatū non possit esse a Deo, sed ex defectu alicuius creaturæ per quam Deus operatur sicut per instrumentum. Ad primū ergo dicendum, ꝙ non est in potestate nauis vel eius arbitrio vt a gubernatore deseratur, & ideo submersio nauis attribuitur gubernatori sicut causæ, sed peccator ex proprio arbitrio se separat a Deo. Vnde ei imputatur suum periculum, nec oportet dicere ꝙ Deus sit causa peccati. Ad secundum dicendum, ꝙ Deus non dicitur indurare inducendo malitiam, sed non largiendo gratiam, quod est ex culpa peccantis, vt dictū est. Ad tertium dicendum, ꝙ quantūcunq; aliqua inclinare ad peccatū videantur, non tamen possunt cogere ad peccandum, sed homo proprio arbitrio labitur in peccatum. Vnde sibi soli peccatū debet imputari.

In alio scrip. 1. d. 33 ar. 1. c. s. & ad pri.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ non omnis pœna sit a Deo: Vt enim dicit August. Deus non est causa tendendi in non esse. sed per malum pœnæ quis tendit in non esse. ergo Deus non est causa pœnæ. Preterea. Priuatio gratiæ quędam pęna est. huiusmodi autem Deus causa non est. Sic enim Dei actio mala esset, cum peccatum ex hoc præcipue malum sit quod gratiam tollit. ergo non omnis pœna a est Deo. Præterea. Nihil quod per se est causa peccati est a Deo, quia sic Deus esset causa peccati, sed fomes per se est causa peccati, cum de se inclinet ad peccatum, & sic non est a Deo: Est autem pœna quædam. non ergo omnis pœna est a Deo. Sed contra. Pœna est effectus iudicii. sed omnium iudicium ad Deum pertinet, quia ipse iudicat omnem terram. vt dicitur Gen. 18. ergo omnis pœna est a Deo. Præterea. Omne bonum est a Deo. sed omnis pœna est bona, inquantum est iusta. ergo omnis pœna est a Deo. Respō. Dicendum ꝙ bonum & malum se habent sicut priuatio & forma. Nam malum est priuatio boni. Id autem quod est causa alicuius formę, est causa priuationis formæ alterius, quæ tamen forma causata esse non potest. Vnde idem est causa generatiōis, & corruptionis. Habet autem rationem boni ꝙ aliquis priuetur eo quo eum priuari iustū est, & ideo malum pęnæ est a Deo. Sed qui bonum commutabile immoderate amat facit priuationem ex qua est malū culpæ, quia ex hoc sequitur auersio a bono incommutabili. Hic autem amor immoderatus non est a Deo. Vnde malum culpæ a Deo esse non potest. Ad primum ergo dicendum, ꝙ aliquis per pœnam tendendo in non esse tendit in nobilius esse. s. in esse iustitiæ: Vnde nihil prohibet pęnam esse a Deo. Ad secundum dicendum, ꝙ Deus nō est causa priuationis gratiæ agēdo aliquid

In alio scrip. vt hic, q. 3 ar ti. 1.

pri. 2æ. q. 79. ar. 3. o. 3. con. c. 162.

De ver. q. 24. ar. 10. c. 10. 12.l.7. co. 4. Ro. 9. l.3.co. 4.

contrarium gratiæ, sed non influendo, ad hoc vt seruetur ordo iustitiæ, qui cũ sit bonum commune præponderat bono particulari istius. Ad tertium dicendum, ꝙ fomes a Deo est, non sicut a generante fomitem, sed sicut non apponente originalem iustitiam ex cuius absentia sequuntur motus cõcupiscentiæ inordinati. Vnde idem iudicium est de fomite, & de priuatione gratiæ.

xxxviii

Distin. Trigesimanona.

Post prædicta de voluntate &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Prio vtꝝ volũtas iudicetur bõa ex fine.

Secundo vtrum omnes bonæ voluntates habeant vnum finem.

Tertio quis sit ille finis.

Quarto de differentia voluntatis & intentionis.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, arti. 5. pri. 2æ. q. 19. ar. 7.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ voluntas non sit iudicanda bona ex fine: Sicut enim August. dicit. 19. de Ciui. Dei, Omnis homo etiam belligerando pacem requirit. Pax autẽ est quoddam bonum, voluntas autem bellandi frequenter est mala. non ergo debet voluntas iudicari bona ex fine. Præterea. Ad bonitatem actus non sufficit vna circunstantia sola. sed propter aliquid quod ad finem pertinet est vna circũstantia sola. ergo consideratio finis non sufficit ad bonitatem actus voluntatis. Præterea. Ex eisdem aliquid est & augetur. sed augmentum bonitatis in actu voluntatis non iudicatur ex fine, sed magis ex habitu charitatis, alias q̃tũ aliquis intenderet, tantum faceret, quod non videtur verum, cum dans obolum pro Deo possit intendere tantum facere sicut ille qui dat. c. marchas. ergo nec bonitas voluntatis iudicanda est ex fine. Sed contra. Bonitas habet rationem finis. sed ea quæ per se competunt fini non pertinent ad ea quæ sunt ad finem, nisi ex ordine ad finem. ergo bonitas voluntatis iudicanda est ex fine. Pręterea. Ab eodem habet aliquid esse & bonitatem. sed actus voluntatis habet esse a fine qui voluntatem mouet. ergo & eius bonitas est ex fine. Respond. Dicendum ꝙ aliud est de actu voluntatis & de actu exteriori. In actu enim exteriori aliud est obiectum & aliud est finis. In actu vero voluntatis idem est obiectum & finis. Nam finis & bonum est propriũ obiectum voluntatis, non tamen omnis finis est voluntatis obiectum, sed finis ꝓximus. Sicut autem actus exterior iudicatur bonus ex genere propter debitam materiam & obiectum, ita & actus voluntatis propter debitum proximum finẽ. Ex fine vero remoto habet bonitatem similem illi bonitati quam actus exterior habet ex fine, & sic tota bonitas voluntatis dependet ex fine proximo, & remoto. Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet finis remotus sit bonus qui est pax, tamen finis proximus nõ est bonus in his qui indebite bella volunt. Ad secundum dicendum, ꝙ in bonitate finis includuntur & aliæ circũstantiæ. Non enim bonum finem appetit si non appetat quando est bonus, & vbi est bonus, & sic de aliis. Ad tertium dicendũ, ꝙ in malis sequitur ꝙ quantum aliquis intendit tantum facit, quia ad intentionem peccati sufficit intentio contemptus, nõ autem sequitur in bonis ꝙ quantum aliquis intẽdat tantum faciat, quia propositum voluntatis non sufficit ad bonitatem actus. Plura enim requiruntur ad bonũ q̃ ad malũ. Nec tñ sequitur ꝓpter hoc ꝙ voluntas non iudicetur bona ex fine. Intentio enim non respicit nisi finem remotum.

Articulus.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, ar. 1. AD secundum sic proceditur, & videtur quod non omnium rectarũ voluntatum sit vnus finis: Vnusquisque enim agens ex ratione cogitat de fine propter quem agit. sed non est aliquod vnũ de quo cogitent omnes quando rectam voluntatem habent. ergo non omnium rectarum voluntatum vnus est finis. Praeterea. Finis est qui mouet efficientem. sed quandoque agens etiam recte mouetur a duobus quorum vnum est spirituale & aliud temporale, vt patet in his qui vadunt ad ecclesiam propter distributiones. ergo non omnium rectarũ voluntatum vnus est finis. Praeterea. Aut hoc intelligitur de fine proximo, aut vltimo. Si de vltimo, non oportet dicere rectarum voluntatum vnum esse finem, sed simpliciter omnium volũtatũ. Nam omnes propter beatitudinem appetunt quicquid volunt, vt Aug. dicit in. 13. de Trini. Si autem de fine proximo intelligatur, tunc patet esse falsum quod dicitur, omium rectatum voluntatum esse vnum finem cũ diuersos fines possimus recta voluntate appetere. Sed contra. Sicut res procedunt a principio ita ordinantur in finem. sed omnium rectarũ voluntatum est vnum principiũ. s. Deus, qui nostras voluntates rectificat. ergo & omnium earum vnus est finis: Praeterea. Vnius generis non est nisi vna mensura, vt patet in. 10. metaphy. sed omnes voluntates sunt vnius generis. ergo habent vnam mẽsuram, quam etiam oportet esse earum regulam ex qua dirigantur. sed voluntas rectitudinem habet ex fine, vt dictum est. ergo omnium recta rum voluntatum vnus est finis. Respon. Dicendum quod sicut prius dictum est, est finis proximus, & finis vltimus. In fine autem proximo non oportet omnes voluntates rectas conuenire, cum diuersi diuersa & contraria interdum recte velint, referendo ad finem charitatis, sicut etiam contingit recte voluntatis vnius hominis esse diuersos fines, cum diuersa recte & licite appeti possint. Finis autem vltimus, nec in vno homine, nec in diuersis recte potest esse nisi vnus, quia quicũque alius finis vltimus constituatur praeter Deum, erit peruersitas, dum quis fruatur alio preter Deum. Vnde oportet omnium rectarum voluntatum esse vnum vltimum finem. Ad primum ergo dicendum, quod non oportet quod finis vltimus semper actu cogitetur, sed quod habitu teneatur, & sic ratio nõ probat quin omnium rectarum voluntatum possit esse vnus vltimus finis. Ad secundum dicendum, quod ille qui mouetur ad eundum ad ecclesiam propter aliquod spirituale, & temporale, si rectam habeat voluntatem non ponit in temporali vltimum finem, sed vult illud vt se sustentet in seruitio Dei: Vnde non querit ipsum tanquam finem vltimum, sed tanquam vtile ad finem. Ad tertium dicendum, quod omnes voluntates tam rectę quam non rectę conueniunt in appetitu beatitudinis, secundum formalem eius rationem, quia omnes volunt optimum quod consequi possunt, sed solummodo rectę voluntates conueniunt in appetitu beatitudinis etiam per applicationem ad subiectum, dum quaerunt suum optimum vbi querendum est. s. in Deo.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur quod vltimus finis rectarum volũtatum non sit charitas: Charitas. n. est quoddam creatũ, vt in primo libro habitum est. sed ponere finem vltimum in aliquo creato est frui vtendo, quod est humana peruersitas secundum Aug. ergo charitas non est vltimus finis rectarum voluntatũ. Praeterea. Finis vltimus hominis est vita aeterna, vt pa- In alio script. vt hic, ar. 2.

tet Rom.6. Habetis fructum vestrum in sanctificatiõe, Finem vero vitam ęter nam.sed sicut dicitur Ioan.17. Hæc est vita æterna vt cognoscant te verum Deum &c. Vltimus ergo finis, in quo re ctę voluntates conueniunt, non est dile ctio sed cognitio. Præterea. Omnis motus naturaliter tendit ad quietem si cut ad finem. sed quietatio appetitus in fine est delectatio, quæ non est idem q̃ dilectio, cum dilectio sit causa afflictio nis in absentia amati, & delectationis in eius præsentia. ergo finis voluntatum non est dilectio: sed magis delectatio.

Sed contra. Voluntates hominum re ctę sunt secũdum ꝙ diuinis regulantur pręceptis. Finis autem præcepti est cha ritas, vt habetur. 1. ad Thimo. 1. ergo charitas est finis rectarum voluntatum. Præterea. Finis rationalis creaturæ est Deo adhærere secundum illud Psal. 72. Mihi adhærere Deo bonum est. sed magis adhæret homo Deo per dilectio nem, vt dicit Hugo de sancto Victo. Plus Deus diligitur q̃ intelligitur, & in trat dilectio vbi cognitio foris stat. ergo dilectio Dei est finis rectarum volunta tum. Respond. Dicendum ꝙ cuiuslibet motus finis dupliciter assignatur. s. ipsa res quæ quæritur, & illius rei ade ptio, sicut motus grauis Finis dicitur vno modo locus proprius qui est deor sum, & alio modo quies in loco. Sed quies in loco dicitur esse finis propter locum, quod patet ex hoc ꝙ non quęli bet quies est finis motus corporis gra uis, sed quies in tali loco, & sic res est fi nis per seipsam. Adeptio vero rei est fi nis propter rem ipsam. Ita igitur & re ctarum voluntatum finis tanquam res quędam ratione sui ipsius est ipse Deus, ratione vero Dei, finis est Dei adeptio quã quidem homo adipiscitur cogno scendo, amando, & in eo delectando, & sic patet ꝙ & ipsa visio, & dilectio, & de

pri. Fę. q. 1. ar. 8. c. De ver. q. 5 ar. 6. ad q̃r.

lectationis finis vltimus dici possunt. Et per hoc patet solutio ad oba.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & vide tur ꝙ intentio non sit idem quod voluntas, quia Luc. 11. super illud, Lucerna corporis tui est oculus tuus. di cit glo. Oculus. i. intentio. sed oculus in anima est ratio vel intellectus. ergo in tentio pertinet ad rationem, & non ad voluntatem. Præterea. Voluntas vel est de fine, vel de his quæ pertinent ad finem. sed actus voluntatis respectu finis est fruitio, & respectu eius quod est ad fi nem est vsus, & electio. ergo intentio in illo modo est actus voluntatis. Pręte rea. Impossibile est idem esse simul bo num & malum. sed contingit volunta tem esse malam, & intentionem bonam, sicut cum quis rapit vt elemosynas det. ergo non est idem intentio, & voluntas.

In alio script. vt hic, arti. 3. pri. Fę. q. 12. ar. 1. 0.

Sed contra. Differentia actuum cogno scitur ex obiectis. sed obiectum intentio nis est finis, & idem est obiectum volun tatis. ergo intentio est idem quod volũ tas. Præterea. Vbi vnum propter alterum, ibi vnum tantum. sed voluntas est propter intentionem. Ex hoc enim ꝙ aliquid intendimus, ad volendum in clinamur. ergo intentio, & voluntas nõ differunt. Respond. Dicendum ꝙ in tentio importat ordinem voluntatis in finem, non absolute: sed per operationẽ ad id quod est ad finem. Si. n. voluntas absolute feratur in beatitudinem, dice tur eam velle, non intendere. Sed si fera tur in aliquid vt ex eo beatitudinẽ, quę rat: sic dicetur beatitudinem intendere. Comparatio autem vnius ad alterũ nõ est voluntatis secundum seipsum, sed se cundum ꝙ dirigitur per rationem, quæ est vis collatiua, & ex hoc etiam patet ꝙ proprie loquendo idem motus volun tatis est quo voluntas vult finem proxi mum & intendit vltimum. Eodem enim motu

motu mouetur anima in aliqua duo secundum ꝙ vnum eorum ad aliud ordinatur, sicut cum mouetur in statuā Herculis, & in Herculem: Secus autem esset si moueretur in vtrūq; absolute secundum ꝙ vtrūq; est res quædam. Vnde cum intentio sit motus quidam voluntatis in finem vltimum, secundum ꝙ ordinatur in ipsum finis proximus, patet ꝙ idem est motus in vtrūq;, & vtrūq; cōparatur ad voluntatem sicut vnum obiectum: Secus autem esset si voluntas ferretur in vtrunq; absolute. Ad primum ergo dicēdum, ꝙ intentio dicitur oculus ratione eius quod habet a ratione: Esse enim oculum non attribuitur intentioni secundum ꝙ est actus voluntatis simpliciter, sed secundum ꝙ vis rationalis in voluntate manet. Ad secundum dicendum, ꝙ fruitio est finis absolute, sed intentio per comparationē ad id quod est ad finem. Ad tertium dicē dum, ꝙ nihil prohibet vnum & eundem actum habere bonitatem ex vna circunstantia, & malitiam ex altera, sicut cum quis pascit esurientem propter inanem gloriam, actus est bonus ex genere, sed malus ex intentione, & simile est cū dicitur voluntas esse mala, & intentio esse bona.

Distin. Quadragesima.

xxxix. # Hic oritur q̄stio &c.

Questio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum vires naturales corrūpantur per peccatum.

Secundo vtrum in actu voluntatis, & aliarum virium possit esse peccatum.

Tertio vtrum homo naturaliter velit bonum.

Quarto vtrum scintilla rationis semper velit bonum, & nunquam extinguatur.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ potentiæ naturales per peccatum nullatenus corrumpantur: In alio script. vt hic, d. 35. ar. 5. c. De ma. q. 2. ar. 11. o.
Actus enim potentiæ quia per peccatū corrumpuntur fit peccatum. sed potentiæ naturales non sunt peccatum, vt in litera dicitur. ergo potentiæ naturales per peccata non corrumpuntur. Præterea. Quantitas potentiæ determinatur per comparationem ad actū. sed potentia post peccatum non minus potest in actum q̄ ante. ergo nullæ potentiæ per peccatum diminuuntur, & ita nullatenus corrumpuntur per peccatū. Præterea. nihil agit ad sui corruptionem. sed peccatum est quędam actio potentiæ naturalis. ergo potentia naturalis non corrumpitur per peccatum. Sed contra. Secundum August. Malum dicitur quia adimit bonum. sed peccatum est quoddam malum potētię naturalis. ergo aliquod bonum adimit, & ita potentia naturalis per peccatū corrumpitur. Præterea. Peccatum opponitur merito. sed per meritum perficitur potentia naturalis. ergo & per peccatum corrumpitur. Respond. Dicendum ꝙ potentia naturalis dupliciter potest considerari vno modo secundum ꝙ radicatur in natura, alio modo secundum ꝙ habet ordinem ad actū. Primo modo potētia naturalis per peccatum, nec corrumpitur, nec minuitur, quia naturalia principia per peccatum non tolluntur, sed sic potentia naturalis est subiectum peccati. Secundo modo potentia naturalis per peccatū corrumpitur quodammodo: Nam cum potentia naturalis, quodāmodo speciem sortiatur ex actu ad quem est potentia, aut non est sicut pp finem pp actum malum, sed propter actum bonum, vnde quando potentia deordinatur ab actu bono quodammodo aufertur ei id ad

&

quod secundum suam speciem determinatur. Vnde potentia naturalis quodãmodo per peccatum corrumpitur, non autem totaliter, eo ꝙ nõ totus ordo potentiæ ad bonum priuatur per peccatum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ per peccatum deordinatur actus secundum seipsum, potentia vero in ordine ad actum, & ideo non est simile. Ad secundum dicendum, ꝙ peccatum non dicitur corrumpere potẽtiam, quasi aliquid de essentia potentiæ tollat, sed qa per peccatum potentia naturalis impeditur a bono actu per modum cuiusdã elongationis, vt supra dictum est, & ideo ratio non sequitur. Ad tertium dicendum ꝙ corruptio potentiæ accidit pręter intentionem peccantis. Vnde non sequitur ꝙ quãuis potentiam peccatum corrumpat, ꝙ potentia agat ad sui corruptionem.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic, &.d.44 lit.pri. sedę.q. 74.a r. 1.&.2. o. De ma. q. 2.ar.2. et.3.o.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ in actu voluntatis non sit peccatum magis q̃ in actu aliarum potentiarum: Voluntatis enim per se obiectum est bonum, non autem aliarũ potentiarum. ergo bonitas voluntatis minus potest deprauari per peccatum q̃ bonitas aliarum virtutum. Præterea. Voluntas non est nisi boni, vel eius qꝫ videtur bonũ. si ergo aliquis peccet volendo malum, oportet ꝙ illud malum videatur esse bonum. Hoc autem est per rationem vel intellectum. ergo obliquitas peccati per prius est in intellectu q̃ in voluntate. Præterea. Infidelitas est maximum pctm̃. Ipsa aũt est in intellectu, secundum ꝙ doctrinę fidei dissentit. ergo non minus intellectus per peccatũ q̃ voluntas deprauatur. Sed contra. Peccato debetur pœna pro mẽsura peccati, vt patet Deutero. 25. sed quantitas pœnæ augetur secundum ꝙ crescit inordinatio voluntatis, quia quanto quis habet voluntatem magis inordinatã in peccato, tanto magis dignus est pœna, non autẽ crescit, sed diminuitur per inordinationem intellectus, quia quanto aliquis ignorantior est, tanto minorem pœnam meretur. ergo magis peccatum consistit in voluntate q̃ in intellectu. Præterea. Nulli imputatur aliquis actus nisi cuius est dominus. sed non sumus domini nostrorum actuum nisi per voluntatẽ. ergo peccatum præcipue est in voluntate. Respon. Dicendum ꝙ, sicut supradictum est, de ratione culpæ duo sunt .s. inordinatio operationis, quod potest esse rationali creaturæ commune, & aliis creaturis. Iterum ꝙ actio sit in potestate agentis, quod est proprium rationalis naturæ, in qua tantum est malum culpę. Si ergo peccatum consideretur quantum ad operationem inordinatã, ęqualiter potest esse in omnibus potentiis. Si autem consideretur quantum ad hoc quòd est in potestate agentis, sic primo & principaliter est in voluntate quæ est libera & domina sui actus, secundario vero in omnibus potentiis quibus a voluntate imperatur. His vero quibus voluntas ĩperare nõ potest, sicut nutritiuæ & generatiuæ nullo modo potest conuenire ratio culpæ, qa in hoc vltimo consistit formaliter ratio culpæ. Inde est quòd, proprie loquendo, culpa per prius est in actu voluntatis q̃ aliarum virium. Ad primum ergo dicendum, ꝙ bonum & malum, cum sint opposita, sunt circa idem. Vnde sicut bonum per prius pertinet ad volũtatem q̃ ad alias vires, ita & malum. Ad secundum dicendum ꝙ hoc ꝙ iudicium rationis peruertitur in peccante, imputandum est voluntati quæ potest reprimere concupiscentiam ex qua ligatur iudicium rationis. Ad tertium dicendum ꝙ in intellectu, & in aliis viribus quibus ĩperatur a voluntate est pec-

catum

catum secundario, vt dictum est, secundum hoc quòd habent ordinem ad voluntatem, & sic peccatū infidelitatis est in intellectu.

In alio scrip. vt hic. q.2.ar.1.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ homo naturaliter non velit bonum: Naturalibus enim non meremur. si ergo homo naturaliter velit bonum, volendo bonū non meretur. Praeterea. Ea quae sunt naturalia sunt cōmunia apud omnes. sed velle bonum nō est omnibus hominibus commune. ergo non est homini naturale. Praeterea. Hominis est tantum vna natura, vna autem natura habet inclinationem tantum ad vnū. Cum ergo homo aliquo modo velit malum naturaliter, secundū illud ad Ephe. 2. Eramus natura filii irae, videtur ꝙ naturaliter non velit bonum. Sed contra. Vnumquodq; naturaliter tendit in suum simile. sed homo secundum suam naturam est bonus. ergo naturaliter vult bonum. Praeterea. Sicut se habet verum ad intellectum, ita se habet bonum ad voluntatem. sed intellectus cognoscit verum. ergo voluntas naturaliter vult bonum. Respond. Dicendum ꝙ finis est ratio volēdi ea quae sunt ad finem s. beatitudinem secundum ꝙ quoddam bonum perfectum nominat, vnde voluntas humana quicquid vult, vult in ordine ad bonū: Et quia ea quae sunt ad finem habent rationem bonitatis ex ordine ad finem, inde est, ꝙ voluntas humana naturaliter vult bonū, nec bonum quodcūq; sed bonum quod est sibi proprium, & hoc est bonum quod est secundum rationem. Vnde in huiusmodi bonum voluntas quadam inclinatione tendit. Ad primum ergo dicendum, ꝙ naturalis appetitus voluntatis respicit bonum in generali, sed per rationis collationem determinatur ad aliquod bonum speciale, & sic nunquā voluntas actualiter vult bonum naturali appetitu, quin admisceatur ei appetitus deliberatiuus rectus, vel peruersus, & sic potest esse meritum vel demeritum.

pri. s. q.1.ar.5.c. et 7.c.

Ad secundum dicendum, ꝙ in naturali appetitu boni omnes conueniunt, sed in appetitu deliberatiuo non omnes. Ad tertium dicendum, ꝙ natura humana licet sit vna, tamen integratur ex diuersis: Est enim in ea natura intellectiua & sensitiua, & per intellectiuam inclinatur in bonum rationis, per sensualitatem vero in delectabile carnis, & praecipue secundum ꝙ est per peccatum corruptibilis. Et sic patet ꝙ nō est idem inclinans naturaliter ad bonum & ad malum. Eadem tamen est potentia naturalis quę hoc & illud appetit, sed non est idem actus.

In alio script. vbi su. ar.2.o.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ superior scintilla ratiōis nō semper velit bonum: Scintilla.n. rationis aliquid rationis est. velle autē nō est rationis, sed voluntatis. ergo inconuenienter dicitur ꝙ scintilla rōnis semper velit bonum. Praeterea. Lumen rationis nō extinguitur per essentiam, quia intellectus perpetuo manet in anima, nō ergo potest intelligi ꝙ extinguatur nisi secundum actum, vt cum ratio errat. sed non solum inferior ratio, sed etiam superior errat interdum. ergo superior scintilla rationis extinguitur. Praeterea. Superior scintilla rationis videtur esse conscientia, quia post verba Hiero. quę hic inducuntur, subditur in glo. Ezech. 1. Hanc autem conscientiam sępe praecipitari videmus. sed conscientia frequenter errat. ergo superior scintilla rationis potest extingui. Sed cōtra. In quolibet genere oportet esse aliquam primam rectam, & infallibilē, regulam, hoc autem nō esset in iudicio

In alio script. vt hic, q.3, art.1.

rationis si superior eius scintilla quandoq; extingueretur. ergo scintilla rationis nunquã extinguitur. Praeterea. In peccatore semper remanet aliquid quod remurmurat malo, alias non esset vermis conscientiae in damnatis. sed remurmurare malo, pertinet ad superiorem scintillam rationis. ergo superior scintilla rationis non extinguitur.

De ver. q. 16. ar. 1. c. & q. 17 arti. 2. ad ter.

Respond. Dicendum ꝙ in cognitione speculatiua sunt quędam principia naturaliter nota, in quibus nunquã cõtingit errare, vt omne totum est maius sua parte, & similia. In aliis vero contingit esse errorem. Ita & in cognitione practica sunt quaedam quasi prima principia iuris naturalis in quibus omnes consentiunt, & nullus in eis errare potest, quorum habitus sinderesis dicitur, sicut habitus principiorum speculatiuorum dicitur intellectus. Vnumquodq; autẽ horum conuenienter scintilla nominatur, quia sicut scintilla est aliquod modicũ quod euolat ex igne, etiam cum ignis extinguitur, ita errore existente circa ea quae sunt ex principiis, verum iudicium rationis circa pricipia manet, quae sunt minima quantitate, sed maxima potestate. Ad primum ergo dicendum, ꝙ superior scintilla rationis dicitur velle sicut & ratio, inquantum ad volendum inclinat. Ad secundum dicendum, ꝙ superior scintilla rationis non est ratio superior, sed habitus principiorum ex quibus tam superior ꝙ inferior rõ procedit. Ad tertium dicendum, ꝙ conscientia non est sinderesis, sed applicatio sinderesis ad aliquod particulare factum, in qua applicatione cõtingit esse errorem propter errorem minoris propositionis: Nam vniuersale iudicium sinderesis non potest applicari ad particularem actum, nisi mediante aliqua particulari propositione, quã tamẽ ratio superior vel inferior administrat, in qua contingit esse errorem, & ex hoc sequitur error in conscientia.

In alio script. vbi su. ar. 2. o.

Distin. Quadragesimaprima. xxxx

Post hoc de actibus &c.

Quęstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum aliqui actus sint ita boni ꝙ nullo modo possint male fieri.

Secundo vtrum aliqui sint ita mali ꝙ nullo modo bene fieri possint.

Tertio vtrum aliqui actus sint indifferentes.

Quarto vtrum bonitas actus ex voluntate dependeat.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, ar. 3. & 4. habẽtur quę dã q ad pñrem arti. & ad sequẽtia faciũt.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ aliqui actus sint ita boni ꝙ nullo modo possint male fieri, qa circa vltimum finem boni, non contingit eẽ malum aliquod. sed aliquis actus noster est vltimus finis rectarum voluntatum. s. diligere Deum, vt supra dictum est. ergo aliquis actus ita bonus est quòd nullo modo potest fieri male. Praeterea. Virtutibus, secundum August. nullus male vtitur. ergo actus virtutum ita sunt boni ꝙ nullo modo male fieri possunt. Praeterea. Illud quod conuenit alicui secundum rationem suae speciei, non potest ab eo remoueri. sed aliqui actus secundum suam speciem sunt boni: Bonum enim & malum sunt differentiae specificę actuum moralium. ergo aliqui actus sunt ita boni, ꝙ nullo modo male fieri possunt. Sed contra. Quicquid fit timore seruili male fit, vt Aug. dicit, sed nullus est actus adeo bonus, quin timore fieri possit. ergo nullus actus est adeo bonus, quin possit male fieri. Praeterea. Sicut substantia actus ita & modus agendi ex voluntate determinatur. sed voluntas hominis se habet

ad bonum & ad malum. ergo quantumcunq; aliquis actus sit bonus, potest per voluntatem bene vel male fieri. Respond. Dicendum quod actus aliquis potest dupliciter considerari. Vno modo secundum quod sortitur genus ex materia, & sic nullus actus est adeo bonus quin male fieri possit, quia actus qui est bonus ex genere, potest indebitis circũstantiis vestiri, & ita male fiet. Alio modo potest considerari actus non solum secundum ordinem ad materiam, sed cõcernendo omnes circũstantias quibus vestitur, & sic etiam concernit modum agendi. Vnde patet quod sic accipiendo actum bonũ, aliquis actus est adeo bonus quod nullo modo male fieri possit. Ad primum ergo dicẽdũ, quod diligere Deũ est finis vltimus, non quocunq; modo, sed secundum quod diligi debet, & ideo nihil prohibet quin dilectio Dei possit male fieri, sicut patet in his qui diligunt Deum propter temporalia. Ad secundum dicendum, quod actus virtutis est actus perfectus, & quantum ad materiam, & quantum ad circũstantiam, & quantum ad intentionem, & sic patet quod non potest male fieri. Ad tertium dicendum, quod actus moralis illã bonitatem quã ex specie habet nullatenus amittit. Hæc autem bonitas est secundum quam dicitur bonum ex genere. Sed tamen potest superaddi aliqua malitia ex indebito fine, vel quacunq; circũstantia.

De ma. q.2.ar. 1.ad decimum non. & arti. 4. ad sec. De vir. q.3.ar. 1.c.fi. & ad q̃r.

Articulus secundus.

AD secundũ sic proceditur, & videtur quod nullus actus sit adeo malus quin bene fieri possit: Voluntas enim cum naturaliter ordinetur ad bonum, magis se habet ad bonum q̃ ad malum. cum ergo nullus actus ex voluntate procedens sit ita bonus quod non possit fieri male, vt dictum est, videtur quòd nullus sit adeo malus quin possit fieri bene. Preterea. Actus dicitur malus inquantum caret aliquo bono. sed omne bonum priuatum potest recompensari per aliquod maius bonum. Cum ergo intentio voluntatis possit fieri ad infinitum bonum, videtur quòd ex tali intentione possit actus quantumcunq; malus bene fieri. Præterea. Bonum ex fine depẽdet. sed quantũcunq; sit malus aliquis actus potest fieri bono fine. ergo potest fieri bene. Sed contra. Quicquid est de substantia rei inseparabiliter ei inhęret. sed aliquis actus secundũ speciem suæ substantię malus est. ergo adeo potest esse malus aliquis actus quòd nullo mõ bñ fieri potest. Præterea. Si actus per se mali bene fieri possent, præcipue hoc esset ex hoc quòd bona intẽtione fierẽt. sed hoc modo bene fieri nõ possunt, quia vt dicit philosophus in. 8. ethy. Qui agunt mala propter bonum, similantur his qui incõuenienti medio vtuntur ad propositum ostendendum. ergo aliqui actus sunt adeo mali quòd nullo modo possunt bñ fieri. Respond. Dicendum quòd circa hęc tangitur duplex opinio in litera. Vna quę ponebat omnes actus esse indifferẽtes, & quantũ in se est posse bene & male fieri, quorum ratio fuisse videtur quòd actus ex sua substantia non habet quòd sit malus, sed ex aliquo addito, vel circũstantia, vel fine. Sed hoc non conuenienter dicitur: quia licet actus ex hoc quod est ens non habeat quòd sit malus, habet tamen q̃d sit malus ex hoc quòd sit tale ens specificatum. Specificatur enim actus ex materia vel ex obiecto. Vnde interdum habet malitiam: Et ideo aliqui actus sunt qui secundùm suam speciem accepti, nõ sunt indifferentes sed mali, q̃uis malitiã non habeant ex ratione sui generis. Ex quo autem actus ex parte materiæ malitiam habet nullo modo potest fieri bene, quia malũ causatur ex singularibus defectibus, vt Diony. dicit. Vnde vna

In alio script. vt hic. lit. scda scdæ. q. 110. ar. 3. c.

sola circũstantia inordinata sufficit ad hoc ꝙ actus non bene fiat. Ad primũ ergo dicendum, ꝙ non est simile de bono & malo: Nam secundum Diony. bonum consistit ex vna & tota causa: malũ autem ex singularibus defectibus. Vnde ex hoc quod malus est actus ex genere, sufficit ad hoc quod male fiat. Non autẽ sufficit ad hoc ꝙ bene fiat, quod est bonus ex genere. Ad secundum dicendum, ꝙ ratio illa procederet si homo per actum malum posset consequi summum bonum, sed hoc non potest esse, quia actus malus est incompetens medium ad consequendum finem bonum, vt dictum est. Ad tertium dicendum, ꝙ licet res habeat bonitatem ex fine, requiritur tamen ꝙ sit fini bono proportionata, malus autem actus bono fini proportionatus non est. Vnde ratio non sequitur.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, arti. 5. pri pᵉ. q. 18. ar. 8. et 9. o. De ma. q. 2. ar 4. et. 5. o. quol. 9. arti. 15. c.

Ad tertium sic proceditur, & videtur ꝙ nullus actus humanus possit esse indifferens: Aut enim aliquis actus est ordinabilis in bonum finem, & actu ordinatus in ipsum: aut si nõ est ordinabilis de se malus est. si est ordinabilis, & non ordinatus, est vanus & per cõsequens malus. si autem est ordinabilis & ordinatus est bonus. ergo nullus actus est quin sit bonus vel malus. Præterea. Plus est facere ꝙ̃ dicere: sed nullum verbum est hominis quod non sit bonum vel malum, quia etiam verba ociosa sũt mala, vt patet Matth. 12. Omne verbum ociosum quod loquuti fuerint homines reddent de eo rationem. ergo multo fortius omnis actus vel est bonus vel malus. Præterea. Actus dicitur malus ratiõe alicuius priuationis quæ in actu fundatur: sed priuatio & habitus nõ habent medium circa proprium susceptibile. ergo omnis actus vel est bonus vel malus. Sed contra. Bonum & malũ secundum Philosophum in prædicamẽtis, sunt contraria mediata. ergo inter ea potest esse aliquod medium. & sic aliquis actus potest esse neq; bonus neq; malus. Præterea. Aliqui actus secundum genus suum indifferentes sunt, vt leuare festucam, vel aliquid huiusmodi, qui bonitatem habent vel malitiam, præcipue ex intentione finis. Contingit autem ipsum finem esse indifferẽtem ad quæ talis actus per intentionem refertur. ergo actus remanebit omnino indifferens. Respond. Dicendum ꝙ circa hoc est duplex opinio: Quidam enim dicunt omnes actus esse indifferentes, & aliquos per se bonos vel malos. Quidã vero nullum actum esse indifferentem. Quælibet autem harum opinionum potest esse vera. Actus autem aliquis potest tripliciter considerari. Vno modo ratione sui generis, & sic omnis actus est indifferens, quia ex hoc quod est actus non habet quod sit bonus vel malus. Alio modo potest considerari ex specie sua quam habet ex materia vel obiecto, & sic aliquis actus est indifferens qui. s. ex materia sua non habet nec malitiæ, nec bonitatis rationem, nõ autem omnis actus est talis. Tertio modo potest considerari aliquis actus secundum indiuiduum, & sic oportet quod consideretur cum omnibus circũstantiis quæ ad actum cõcurrunt, & sic nullus actus ex deliberatiua voluntate procedens est indifferens, quin sit bonus vel malus, & hoc quia si refertur in finem debitum est bonus, alias autem est malus: Tenetur enim voluntas deliberatiua omnem actum referre in Deum vel immediate, vel mediate: & si enim non semper actu cogitet de Deo, tamen habitu semper refert in Deum, & quodammodo actu, inquantum vis actualis intentionis præcedentis remanet in actibus sequentibus: Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Articulus

Articulus quartus.

In alio scrip. vt hic. arti. 3 pri 2æ. q. 21. o.

AD quartum sic proceditur, & videtur quòd actus iudicetur bonus vel malus ex voluntate. Quod enim habet aliquis ex specie sua conuenit ei secundum seipsum. sed actio quandoq; ex specie sua est bona vel mala, vt ex supradictis patet. ergo bonitas & malitia actionis non est semper iudicanda ex voluntate, sed secundum seipsam. Præterea. Actio mediante voluntate refertur ad finem: sed aliquando potest esse finis bonus, & actio mala. ergo malitia actionis vel bonitas non semper iudicatur ex voluntate. Præterea. Si malitia actionis vel bonitas semper ex voluntate iudicaretur; plus mereretur vel demereretur qui aliquid vult & facit, q̃ qui vult tantum. hoc autem est falsum, quia sic facere bonum esset superfluum, postquã illud aliquis vult. ergo non est verum quòd bonitas vel malitia actionis iudicetur semper ex voluntate. Sed contra est quod dicitur Matth. 12. Non potest arbor bona fructus malos facere, neq; mala bonos. Per arborem autem designatur voluntas, per fructus vero opera. ergo bonitas operum ex voluntate pensanda est. Præterea. Augus. dicit ꝙ voluntas est qua peccatur, & recte viuitur. ergo bonitas ex voluntate iudicanda est. Respond. Dicendum ꝙ voluntas potest dici bona vel mala per comparationem ad duo. s. ad finem proximum, qui est materia vel obiectum. i. volitum ipsum, & ad finem remotum. Ex altero autem horum nõ potest voluntas simpliciter dici bona, sed solum secundum quid. Ad hoc vero ꝙ sit bona simpliciter oportet bonitatem concurrere in vtroq;: sed ad hoc qd sit mala simpliciter, sufficit malitia in altero tantum: Siue enim quis velit malum propter bonum, siue bonum propter malum, siue malum propter malum, voluntas est simpliciter mala, sed tunc solum est simpliciter bona, quando quis vult bonum propter bonum. Patet ergo quod voluntas & actio semper se concomitantur in malitia & bonitate, secundum ꝙ bonitas & malitia pertinent ad meritum & demeritum, nõ autem secundum quòd simpliciter rectitudinem, vel inordinationem importãt: Potest enim esse actio inordinata, & tamen non est de meritoria, si omnino inuoluntarie fiat, si vero voluntarie, iam erit & voluntas mala quæ vult malum, & actio mala, & simile est de actione & voluntate bona. Ad primum ergo dicendum, quòd licet actiones aliquę habeant aliquam rectitudinem vel inordinationem ex seipsis secundum quòd dicuntur bonæ vel malæ ex genere, tamen bonitatem vel malitiam moralem secũdum quòd sunt meritorię vel demeritoriæ laudabiles vel vituperabiles nõ habent, nisi secundum quòd sunt voluntariæ. Ad secundum dicendum ꝙ bonitas quæ est ex ordine ad finem conuenit actui ex voluntate, bonitas vero quę est ex rectitudine actus conuenit voluntati per actum, inquantum. s. voluntas vult bonum quod est actio bona, & nisi vtraq; bonitas concurrat, voluntas simpliciter dici bona non potest. Ad tertium dicendum, quòd quantum ad meritum præmii essentialis, actus exterior nihil addit ad malitiam vel bonitatem, nisi sit talis actus in quo intendatur vel remittatur voluntas, & hoc ideo quia talis bonitas consideratur in ordine ad finem vltimum, nec tamen actio est superflua, quia actio adiicit aliquid respectu præmii accidentalis, secũdum quod per eam decor honestatis perficitur, & ex ea consequitur aliquis fructus, vt ædificatio proximi, vel releuatio miserorum.

In alio script. vt hic, ar. 3. o. pri 2æ. q. 20. arti. 4. o. secda secdę. q. 76. ar. 4. ad secũ. De ma. q. 2 ar. 2. ad octauũ

Cunq; intentio, vt su

pra dictum est &c.

Quęstio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum absq; fide omnis actio sit peccatum.

Secundo vtrum aliqua virtus possit esse in infideli.

Tertio vtrum ex timore seruili possit aliquid bene fieri.

Quarto vtrum omne peccatum sit voluntarium.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, q.1. ar. 2. scda scdę q. 10. ar. 4 o. Ro. 14 l. 1. co. 3.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ omnis actio infidelium sit peccatum: Dicitur enim Rom. 14. Omne quòd nō est ex fide peccatum est, vbi Glos. dicit quòd omnis vita infidelium est peccatum. Vita autem hic pro actu vitæ accipitur. ergo infidelis in quolibet suo actu peccat. Præterea. Omnis actus qui ex recta intentione nō procedit, est peccatum: Tenemur enim actus nostros referre in Deum, secūdum quòd dicitur. 1. Corinth. 10. Omnia in gloriam Dei facite. recta autem intentio non potest esse nisi per fidem, quia fides intentionem dirigit, vt in litera habetur. ergo omnis actio infidelis est mala. Præterea. Defectus qui est in primo principio, redundat ad omnia sequentia, cum omnia sequentia regulentur ex primo. sed infidelitas est quidam defectus circa intellectum ex quo voluntas & ratio regulatur. ergo infidelis habet & voluntatem & actionem distortam, & ita omnis eius actio est peccatum. Sed contra. Hoc ad dęmonum obstinationem pertinet, vt mala sit omnis eorum actio, quæ ex voluntate deliberata procedit. sed infideles non sunt damnati nec obstinati. ergo non omnis actio eorum est mala. Præterea. Consilium non datur nisi de bono. consilia tur autem infidelibus vt aliquid faciāt, etiam in infidelitate existentes. non ergo omnis eorum actio est peccatum.

Respond. Dicendum quòd aliqua actio potest dici infidelis dupliciter. Vno modo per se, cum. s. actio ex infidelitate procedit. Hæc autem actio est infidelis, inquantum huiusmodi. Omnis autem talis actio constat quòd est simpliciter peccatum. Alio modo dicitur actio infidelis per accidens, quæ. s. non procedit ex infidelitate, licet sit cum infidelitate. Hoc autem non est actio infidelis, inquantum huiusmodi. Hanc autem infidelem actionem contingit non esse peccatum. Per infidelitatem enim non totum bonum naturalis cognitionis aufertur, & secundum hoc quòd aliquis manet ex eo potest procedere actus qui non est peccatum. Ad primum ergo dicendum, quòd glo. loquitur de vita infidelium quæ ex infidelitate procedit, quod patet ex intentione Apostoli ibidem. Loquitur enim de illis qui a cibis in lege prohibitis abstinebant propter infidelitatem qua credebant legalia esse seruanda. Vel potest dici quod omnis infidelium vita dicitur esse peccatum, quia est cum peccato: Nullum enim peccatum sine fide remittitur. Act. 15. Fide purificans corda eorum. Ad secundum dicendum, quòd fides rectificat intentionem in Deum perfecte, prout requiritur ad ipsum acquirendum: sed naturalis cognitio de Deo potest dirigere intentionem in Deum, si vitetur peccatum. Ad tertium dicendum, quòd ratio illa procederet, si infidelitas totam cognitionem intellectus peruerteret, quod patet esse falsum. In alio script. vt hic, q. 1. ar. 1. o.

Articulus

Pri Fç. q. 65. ar. 2. et 4. o. secúda secundę. q. 23. ar. 7. o. De ver. q. 14. ar. 6. o.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur quòd in infidelibus non possit esse aliqua virtus: Charitas enim est mater virtutum & fidei fundamentum. sed infideles carent charitate & fide. ergo non habent aliquam virtutem. Præterea. Falsus denarius non est denarius, quia vnũquodq; ita se habet ad verum sicut ad ens. ergo falsa virtus non est virtus. sed sicut August. dicit, vbi deest agnitio ęternæ veritatis, falsa virtus est, etiam in optimis moribus, quod habet locum in infidelibus. ergo infideles non habent aliquam virtutem. Præterea. Vt dicitur in. 8. physi. virtus est dispositio perfecti ad optimum. sed infideles nec perfecte boni esse possunt, nec disponuntur ad optimum, quod est ęterna fœlicitas. ergo in eis nulla virtus esse potest. Sed contra. Ex frequenti bene agere fit homo virtuosus, vt dicitur in secũdo ethy. sed infideles possunt frequenter bene agere. ergo possunt fieri virtuosi. Præterea. Fortitudo quædam, virtus est. hæc autem in quibusdam infidelibus maxime fuit, q propter bonum virtutis pericula intrepide sustinuerunt. ergo virtus potest esse in infidelibus. Respon. Dicendum ꝙ virtus perfectio quędam est. Aliquid autem potest dici perfectum simpliciter, & secundum quid. Simpliciter quidem perfectum dicitur quod habet quicquid natum est habere, & debet habere, ad minus pro tempore illo, & talis perfectio in infideli esse non potest, quia non habet ea quibus ordinetur ad beatitudinem, quæ debent, & possunt haberi in hac vita. Secundum quid vero perfectũ potest dici quod habet illa quæ pertinent ad aliquem specialem perfectionis modum, & talis perfectio potest esse in infideli, qa potest habere illa bona quæ homo natus est cõsequi ex propriis naturalibus, & ideo virtus in infideli esse non potest secundum perfectam sui rationem, sed solum secũdum imperfectã, & huiusmodi sunt virtutes politicæ de quibus philosophi tractauerunt, & in quibus claruerunt plures gentilium: Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ non quicquid fit ex timore seruili male fiat: Illud enim quo nullus male vtitur est virtus. ergo illud quo nullus bene vtitur est peccatum, vel vitium. si ergo ex timore seruili nihil bene fiat: videtur ꝙ timor seruilis sit vitiũ, & sic non erit a Deo, quod est contra gl. Rom. 8. Præterea. Nullus male agendo disponitur ad bonum, cum contrarium non sit dispositio ad suum contrarium. sed timor seruilis disponit ad charitatem: Introducit enim charitatem sicut seta linum, vt dicit Augu. Non ergo quicquid fit ex timore seruili male fit. Præterea. Peccatores nihil agunt ex amore, quia charitatẽ non habent, nec ex timore initiali vel casto, qui sine charitate non est. ergo quicquid agunt boni, agũt ex timore seruili. Si ergo quod ex timore seruili agunt non bene fit, videtur ꝙ quicquid peccatores agunt, male agunt, quod est falsum. ergo & primũ .s. quod quicquid fit timore seruili, male fiat. Sed contra. Illud quod male non fit potest simul esse cum charitate. sed cum charitate non potest esse ꝙ aliquis bonum agat ex timore seruili. ergo quicquid fit ex timore seruili male fit. Præterea. Sicut se habet cupiditas ad consequutionem boni charitatis, ita se habet timor seruilis ad vitationem mali pęnæ. sed quicquid fit ex cupiditate male fit. ergo quicquid fit ex timore seruili male fit. Respon. Dicendum ꝙ tunc aliquid dicitur fieri ex timore seruili, quando agens in agendo

In alio script. 3. d. 34 q. 2 ar. 2. c. et quęstiũcula. 1. c. secda secdę. q. 19. art. 4. o. Ro. 8. l. 3. co. 2.

bonum,principaliter habet oculum ad pęnam quam intendit vitare,& sic patet ꝙ voluntas eius magis repugnat malo pęnæ ꝗ malo culpę, per quã Deus offenditur,& nisi pęnam timeret,iniquitatem cõmitteret. Hoc autem ad peruersitatẽ voluntatis pertinet,quia quanto [aliqđ malum magis oditur,tanto contrarium bonum magis amatur: et sic bonum naturæ, quod per pęnam tollitur, magis amatur ꝗ bonum increatũ,quod est per uersæ volũtatis. Quod autem fit ex peruersa voluntate,male fit, quantũcunq; sit bonum ex genere.Vnde quicquid fit ex timore seruili,male fit. Ad primum ergo dicendum,ꝙ timor,secũdum quòd quandam reuerẽtiam Dei importat, bonum est,& donum Dei, sed ipsa seruilitas vitium est,ex qua contingit ꝙ quicquid eo fit,male fit. Ad secundum dicendum,ꝙ ex hoc ipso ꝙ aliquis assuescit ad faciendum bonum licet non bene,sequitur quod quandoq; libenter faciat bonum,& per hunc modum cõtingit quod timor seruilis disponit ad charitatem. Ad tertium dicendum,ꝙ licet infideles nõ habeant charitatem, habẽt tamen naturalem Dei dilectionẽ,ex qua multa facere possunt,& sic nõ sequitur ꝙ quicq̃d agunt,ex timore seruili agãt.

Articulus quartus.

In alio script. vt hic, q.2.ar.1. De ma.q.2 ar.2.o. AD quartum sic proceditur,& videtur ꝙ non omne peccatum sit voluntarium.Quod.n.homo nõ põt vitare non est voluntarium.sed hõ absq; gratia non potest vitare peccata mortalia,nec venialia,etiã in gratia existens.ergo non omne peccatum est voluntariũ. Preterea. Ratio peccati formaliter ex deformitate sumitur. sed deformitas peccati non est voluntaria.ergo peccatum non debet voluntarium dici. Prę terea. Illud quod est ignotum est inuoluntarium. sed multa peccata per ignorantiam cõmittuntur. ergo non oẽ peccatum est voluntarium. Sed contra. Frustra prohibetur nobis quod non est in nostra voluntate constitutum.sed peccata prohibentur nobis lege diuina, in qua nihil est frustra. ergo peccata sunt voluntaria. Præterea. Inuoluntariũ meretur misericordiam & veniam,vt dicitur in.3.ethy.peccata vero merentur pęnam.ergo peccata non sunt inuoluntaria. Respon. Dicendum ꝙ in culpam iputari non potest alicui nisi illud cuius est causa. Vnde cum peccata homini imputentur ad culpam,oportet ꝙ peccatorum ipse sit causa. Eorum autẽ quæ inuoluntarie cõmittuntur non est causa ille qui cõmittit,sed hoc quod ad cõmittendum cogit. Vnde oportet oia peccata,secũdum ꝙ rationem culpæ habent,voluntaria esse,& propter hoc in voluntate esse dicitur peccatum sicut in causa,ꝗuis nõ semper sicut in subiecto. Ad primum ergo dicẽdum, ꝙ licet homo non possit vitare omnia peccata,sicut dictum est,potest tamen vitare singula,vt supra patuit. Ad secundum dicẽdum,ꝙ licet homo non velit deformitatem peccati, vult tamen illud ad quod de necessitate sequitur peccati deformitas,& ex hoc peccatum voluntariũ fit. Ad tertium dicendum, ꝙ peccata quæ per ignorantiam cõmittuntur, vel fiunt ex tali ignorantia quæ & ipsa peccatum est,inquantum est aliquo modo voluntaria,vel ignorãtia illa non est talis quę excludat voluntatem peccati, quia non ignorantur omnia ex quibus causatur peccati deformitas:Si tamen ignorãtia nullo modo esset peccatũ, & si tolleret penitus voluntariũ,ẽt quod ex ea sequęretur,non haberet rõnem peccati.

[Margin: scda 1 ꝑ q. 64. arti. 8. c. De ma.q.1 ar.4.c. ad pri. et ad secundũ. — sup. d. 28.ar.1 o. fol. 166. — scda ꝑ q. 46. ar.2.ad secũdũ pri. secundę. q. 76. ar.3 et 4.o.]

D.stin. Quadragesimatertia.

Cum autem volũtas mala &c. xlii.

Quęstio

Questio vnica.

Hic quæruntur quatuor.

Primo vtrum actio & voluntas sit vnum peccatum, vel duo.

Secundo de differentia peccati venialis, & mortalis.

Tertio de duabus radicibus peccatorũ .s. timore, & amore.

Quarto de numero capitalium vitiorũ.

Articulus primus.

In alio script. vt hic, & lit.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ voluntas, & actio sint diuersa peccata: Peccatũ enim in aliquo actu consistit, vt supra habitum est. ergo vbi non est idem actus, non est idem peccatum. sed nõ est idem actus voluntatis interior, & membrorum exterior. ergo sunt diuersa peccata. Præterea. Peccatum dicitur ex hoc quod legi Dei cõtrariatur. sed diuersis præceptis prohibetur actus interior, & exterior: Hæc enim sunt duo præcepta decalogi. Non mœchaberis, &, Non concupisces. Exod. 20. ergo sunt diuersa peccata. Præterea. Si voluntas, & actio sunt vnum peccatũ, hoc autem peccatum cõmissum est cum aliquis voluntate in peccatum consentit, sequetur quod cum agit actum exteriorem, nullum peccatum cõmittat, qđ est incõueniens. ergo & primum. s. ꝙ voluntas, & actio non sit vnum peccatum. Sed contra. Eadem est actio instrumẽti, & principalis agentis. sed mẽbra, quibus actus exterior exercetur, sunt instrumenta a voluntate mota. ergo idẽ peccatum est quod fit per volũtatem, & per exteriora membra. Præterea. Diuersa peccata mortalia sunt seorsum, & distinctim confitenda. sed non requiritur vt homo distinctim confiteatur voluntatem interiorem, & actum exteriorem. ergo voluntas interior, & actus exterior sunt vnum peccatum. Respon. Dicendum ꝙ voluntas interior dupliciter potest considerari. Vno modo secundum

De ma. q. 2. ar. 2. ad. 8. et ad. 11.

ꝙ est actui exteriori coniuncta, & sic est idem peccatum voluntas interior, & actus exterior, cum actus exterior rõnem culpæ consequatur ex hoc quod est voluntarius. Alio modo potest considerari secũdum quòd est ab actu distincta, vt si aliquis primo in fornicatione consentiat, & postea eam actu exerceat, & sic sũt diuersa peccata. Oportet. n. quod quando actus exterior impletur, etiam interior voluntatis actus iteretur, & sic sunt ibi duo actus voluntatis, & p consequẽs duo peccata: Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Articulus secundus.

In alio scripr. vt hic, arti. 3. pri. se. q. 87. ar. 1. o. 3. cõ. c. 139. si. et. 143 princi. De ma. q. 7. ar. ar. 1. o.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ peccatum mortale cõtra veniale inconuenienter diuidatur. Species. n. ab inuicem distinguuntur per ea quæ sunt de essentia specierũ. sed distinctio mortalis, & venialis peccati sumitur penes reatum, qui non est de essentia peccati, quod patet ex hoc ꝙ peccatum transit actu, & remanet reatu. ergo incõuenienter peccatum mortale contra veniale diuiditur. Præterea. Omne peccatum tollit virtutem, cum peccatũ virtuti contrarietur. sed virtus nõ tollitur nisi per peccatum mortale. ergo omne peccatum est peccatũ mortale, & sic diuisio nulla est. Præterea. Mortale peccatum, & veniale adinuicem differre vĩr per ordinem ad præceptum: Nam peccatum mortale est contra præceptum, nõ autem peccatum veniale. cum ergo præceptum sit extra essentiam peccati, videtur ꝙ incõuenienter peccatum per mortale, & veniale distinguatur. Sed contra. Culpa est meritum pœnæ. sed diuersæ pœnæ veniali, & mortali peccato debetur, vt in litera habetur. ergo sunt diuersa peccata. Præterea. Peccatum veniale est dispositio ad mortale. sed dispositio conuenienter contra habitum diuiditur, vt patet in prædicamẽtis. er-

go & veniale contra mortale. Respon. Dicendum ꝙ diuisio peccati per mortale, & veniale sumitur penes reatũ ad pęnam: Nam peccata illa quibus æternę mortis pęna debetur, mortalia dicũtur, ea vero quæ facile veniam consequuntur, dicuntur venialia, quod contingit tripliciter. Vno modo ex causa, vt cum aliquod peccatum cõmittitur per ignorantiam vel infirmitatem, quæ sunt ratio facilis indulgentiæ. Alio modo ex euentu, ut cum culpa quæ cõmittendo fuerat mortalis obligãdo ad pęnã ęternam, per confessionem facta est venialis, manente obligatione ad pęnam temporalem. Tertio modo dicitur veniale ex genere, & sic accipitur hic, & tũc differẽtia mortalis, & venialis peccati sumitur in ordine ad charitatem: Nam ille actus qui ex suo genere priuat aliquid quod requirit charitas Dei & proximi, est peccatũ mortale ex gñe, sicut Idololatria Homicidium, & similia. Actus vero qui hoc non tollit, aliquam tamẽ inordinationem habens, est peccatum veniale ex genere. Contingit tamen id quod est ſm suũ genus veniale fieri mortale, si in eo finis voluntatis constituatur, quia hoc erit iam contra hoc quod charitas Dei requirit, vt. s. in eo solo voluntatis nr̃æ finis constituatur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ licet reatus maneat post actũ peccati, est tamen essentialis peccati effectus, quia ex hoc ipso quod peccatũ cõtra Deum est cõmissum, aliquis pęnę est debitor, quod quidem debitum dimittitur, quando macula culpæ per gratiam deletur, & pręcedens inordinatio peccati per satisfactionem expiatur. Ad secundum dicendum ꝙ peccatum veniale non tollit virtutis habitum, quia charitati non contrariatur, quæ est mater virtutum, impeditur autem virtutis actus. Vnde conuenienter contra mortale distinguitur. Ad tertium dicẽdum, ꝙ quia omnia præcepta diuinę legis in finẽ charitatis ordinantur, ideo sumitur differẽtia peccati mortalis, & venialis per differentiã ad præcepta legis, quæ tamen si nulla essent explicite data, maneret pręd icta differentia ꝑ ordinẽ ad charitatẽ.

In alio scrip. vt hic. arti. 4 o. pri. ſę. vbi sup. ar. 2. o.

Articulus tertius.

In alio script. vt hic, q. 2. ar. 11. 1.

AD tertium sic proceditur, & videtur ꝙ inconuenienter duæ radices peccati assignentur. s. timor & amor: Vt enim habetur Eccl. 10. Initium omnis peccati superbia. hoc autẽ sub neutro horum comprehenditur. ergo incõnuenienter radices peccatorum tanguntur. Præterea. Diuisio debet fieri per opposita. timor autem non opponitur amori, sed spei magis, cum timor sit in irascibili, amor in concupiscibili. ergo inconuenienter timor, & amor radices peccatorum ponuntur. Præterea. Radix arboris non est arbor. ergo nec radix peccati est peccatum. sed timor male humilians, & amor male inflammans sunt quędam peccata. ergo non debent poni radices peccatorum. Sed contra. Eisdẽ generatur virtus, & corrumpitur, ut patet in. 2. Ethy. sed timore, & amore ordinate habitis exercentur actus uirtutum. ergo & ex timore & amore inordinatis vitia oriuntur. Præterea. Peccatum ex uoluntate procedit. sed uoluntas uel bonum prosequitur, quod fit per amorem, uel malum fugit, quod fit per timorem. ergo radices peccatorũ sunt amor, & timor. Respõ. Dicendum ꝙ radix in peccatis dicitur metaphorice ad similitudinẽ radicis arboris in qua sunt duo consideranda. Vnum est quod radix est principium nutritionis arboris, in quo differt a summitate arboris, quæ est etiã quoddam arboris principium. Aliud est qd radix est proximum principium arboris, & ei coniunctum, per qd differt a semine. Peccatum autem fomentum suscipit ex conuersione ad bonum cõmutabile,

pri. ſę. q. 84. ar. 1. c. et. 2. c. Ro. 1. l. 8 co. 4. et. 7. le. 2. co. 2.

tabile, cōsumatur vero in auersione, vbi est quasi quædam summitas peccati. Radix vero hmōi quidem in conuersione quasi remotū pricipum, est fomes originaliter tractus, & etiā consequitur amor sui inordinatus, ex quo omnis mala affectio oritur. Proxima autem principia quasi coniuncta ad peccatum incitātia, sunt cupiditas alicuius boni temporalis cōsequendi, & timor alicuius mali tēporalis quod aliquis vitare nititur per peccatum, & ideo timor & amor ponuntur hic peccatorum radices. Ad primum ergo dicēdum, ꝙ superbia respicit peccatum ex parte auersionis. Vnde potest dici aliquod peccati initium, sed non radix. Ad secundum dicendum, ꝙ timor ex parte obiecti amori opponitur: Nam timor est de malo, amor vero de bono, & propter hoc ex opposito diuidūtur. Ad tertium dicēdum ꝙ timor & cupiditas siue amor, secundum ꝙ nominat actum peccati, non sunt radices, sed fm ꝙ nominant passiones.

In alio script. vt hic, q. 1. ar. 3. pri. secdę. q. 84. art. 4. o. De ma. q. 8 arti. 1. o.

Articulus quartus.

AD quartum sic proceditur, & videtur ꝙ inconuenienter septē capitalia vitia in lra nominentur: Capitalia enim vitia principalia dicuntur. principalia vero sunt mortalia. Cum ergo multa sint peccata mortalia quæ hic nō nominantur, neq; oīa quę hic numerantur, sint mortalia, vr ꝙ inconueniēter septem capitalia vitia nominentur. Pręterea. Vitia capitalia dicuntur ex quibus alia peccata oriūtur. sed ex quolibet peccato alia peccata oriuntur. ḡ peccatum quodlibet pōt dici capitale. Præterea. Greg. dicit ꝙ ex superbia omnia oriūtur. ergo ipsa sola debet dici vitium capitale. Pręterea. Inanis gloria ex superbia nascitur. sed caput non oritur ab alio. ḡ inanis gloria nō debet dici capitale, & sic male numerātur hæc septem vitia capitalia. Sed contra. Vitium, & virtus opponuntur. sed septem sunt principales uirtutes. s. tres theologicę, & quatuor cardinales. ergo septem debent esse uitia capitalia. Respō. Dicendum ꝙ uitium aliquod dicitur capitale dupliciter. Vno modo qa est dignū pęna capitali, & sic non sumitur hic. Alio modo quia est caput aliorū uitiorum, & hoc modo hic accipitur. Dicitur autem aliquod peccatū esse caput aliorum per modum quo principes dicūtur capita populoꝝ. Princeps autem ordinat populos sibi subditos ad proprium finem. Vnde illa peccata capitalia dicūtur quæ habēt fines principales, ad quos nata sunt vt plurimum alia peccata ordinari, & hic est unus modus quo peccatum oritur ex peccato, ut supra dist. 36. dictum est. Finis autē ad quem nata sunt peccata ordinari, aut est obiectum concupiscibilis, aut irascibilis. Concupiscibilis autē duplex. Vnum est bonum adipiscendum, & hoc uel bonum exterius, respectu cuius est auaritia, uel bonū delectabile carnis quod est ordinatum, vel ad conseruationem indiuidui, respectu cuius est gula, uel ad conuersationē speciei, respectu cuius est luxuria. Aliud obiectum est malum vitandum, & dico malum quod reputatur boni cōcupiti impeditiuum, quod quidē impedimentum vel est in ipso cōcupiscente, & sic est accidia quæ abhorret laborem spiritualem, inquantum impedit corporalem iocunditatem, vel est in alio, & sic est inuidia quæ tristatur de bono alterius, prout ęstimatur impeditiuum proprii boni. Irascibilis etiam obiectum est, vel bonū arduum adipiscēdum, respectu cuius est superbia, vel inanis gloria, aut est malū illatum repellēdum, & sic est ira. Ex parte vero rationis non accipitur vitiū capitale, quia bonum rationis non mouet ad peccata, sed magis ad actus virtutum,

pri. sæ vbi su. ar. 3 c. scda sę q. 34. ar. 5. c. q. 35. ar. 4. c. q. 118. ar. 7. c. q 148. ar. 5. o. q. 153. ar. 4 o. q. 158. ar. 6. c.

nec in ratione est peccatum, nisi per viā defectus, qui non habet rationem finis mouentis. Vnde infidelitas non ponitur peccatum capitale, nec alia huiusmodi. Ad primum ergo dicendum, ꝙ peccata capitalia dicuntur principalia, inquantum sunt principia aliorum, non qa sint aliis grauiora, prout peccata mortalia principalia possunt dici. Vnde nō oportet omnia peccata mortalia dici capitalia, nec etiā omnia peccata capitalia in omnem euentum esse mortalia. Ad secundum dicendum, ꝙ in moralibus cōsideratur illud quod frequēter accidit. Licet autem ex quibuslibet peccatis quęlibet oriri possint modo prædicto, frequētius tamen aliqua ex aliquibus oriūtur, & secundum hoc quædam peccata ponuntur specialiter quorundā capita. Ad tertium dicendum, ꝙ licet ex superbia omnia vitia oriri possint, frequētius tamen ex ea, & proximius aliqua spālia oriuntur, & quędam alia ex aliis, sed tamen Gregorius hac ratione non ponit superbiam inter vitia capitalia, sed omnium capitalium caput. Loco autē eius ponit inanem gloriam, quę est proxima filia superbiæ, & ex hoc patet solutio ad quartum.

De ma. q. 9. ar. 2. ad qntū.

In alio script. vt hic, lit. l. fa. De ma. q. 8. artic. 2. ad xiiii.

xliii.

Distin. Quadragesimaquarta.

Est præterea quodam genus peccati &c.

Quæstio vnica.

Hic quęruntur quatuor.

Primo vtrum peccatum in Spiritūsanctum sit speciale peccatum.

Secundo de speciebus eius.

Tertio vtrum sit irremissibile.

Quarto quibus conueniat in Spiritum sanctum peccare.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ peccatum in Spiritumsanctum non sit speciale peccatum. Peccare. n. in Spiritumsanctum est ex certa malitia peccare. sed ſm quodlibet genus peccati pōt aliquis ex certa malitia peccare. ergo peccatum in Spiritumsanctū non est aliquod speciale peccatum. Præterea. Peccatum in Spm̄ sanctum diuiditur contra peccatum ex ignorātia, & ex infirmitate. sed peccare ex ignorantia vel infirmitate non nominat speciale genus peccati. ergo nec peccatum in Spiritumsanctum. Præterea. Malum ſm Diony. est præter volūtatem. nullus autem appetit malum, nisi prout est apparens bonum. ergo nullum peccatum est ex certa malitia sed ignorantia, & sic nullum genus peccati est in spūmsanctū. Sed contra. Peccatum in Spiritūsanctum distinguitur ab aliis peccatis, vt patet Matth. 12. ergo est spāle genus peccati. Præterea. Grauitas peccati sequitur speciem eius. sed peccatū in Spm̄ sanctum grauitate distinguitur ab aliis peccatis. ergo est speciale genus peccati. Respon. Dicendum ꝙ peccatum in Spiritumsanctū dr̄ dupliciter. Vno modo qn̄ quis peccat specialiter cōtra personam Spi. san. sicut Macedo. qui dixit Spiritumsanctū esse creaturam, & sic nō accipitur hic. Alio modo dr̄ peccatū in Spiritumsanctum quod est contra attributum Spiritussancti & sic accipitur hic. Attribuitur autem Spiri. sanct. bonitas per appropriationem quādam, sicut Patri potentia, & Filio sapientia. Vn̄ sicut peccatum quod fit ex infirmitate est cōtra Patrem, quod est ex ignorantia contra Filium, ita ex certa malitia contra Spiritumsanctum. Ex certa autem malitia aliquis peccat, qn̄ existens certus de peccati malitia, ex electiōe id operatur, & non ex passione, quę pertinet ad infirmitatem, quod quidem contingit dupliciter. Vno modo ex inclinatione habitus. Habens enim habitum luxuriæ pro-

In alio script. vt hic, ar. 1. et 2. o.

secda ſe q. 14. ar. 1. 3. 4. c. De ma. q. 3. arti. 14. c. Mat. 12 co. 15.

prio iudicio non ex passione incitatus prorumpit in actum luxurię, & sic peccare ex certa malitia non dicit speciale genus peccati, nec ꝓprie est peccare in p. Spiritumsanctum. Alio modo cōtingit ex hoc quod aliquis abiicit ea per quæ a peccato retraheretur, & pręcipue quę pertinent ad bonitatem diuinam, sicut misericordia, quam repellit desperatio, & sic proprie est peccatum in Spiritum sanctum, & est speciale genus peccati, cū habeat specialem materiam .s. retrahens a peccato, inquantum repulsum. Ad primum ergo dicendum, ꝙ in peccato in Spiritumsanctum coniunguntur duo peccata vnum .s. quod proprie est peccatum in Spiritūsanctum vt repellere misericordiam per desperationem, vel iustitiam per pręsumptionē. Aliud est actus peccati, qui ex hoc sequitur, vt fornicatio, vel quodcūq; aliud. Sic ergo quātū ad secundum actum qui fit ex certa malitia, non est speciale peccatum: sed quātum ad primum qui est ipsa certa malitia. Ad secundum dicendum, ꝙ infirmitas vel ignorantia pertinent ad executionem peccati. Vnde non addunt speciale ratione peccati: sed malitia peccatum aggrauat, & ideo non est simile. Ad tertium dicendum, ꝙ aliquis non dicitur ex certa malitia peccare, quia ipm malum ei placeat ratiōe mali, sed illud quod certum est ei esse malum. Sed in eligendo errat, peruerso iudicio ratiōis eligendo quod non est eligendū, qui quidem error ad ignorantiam non pertinet, sed ad malitiam.

scda pę vbi su. art. 2.

pri. pæ q. 47. ar. 2. c. et q. 78. ar. 40.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ species peccati quæ sunt in Spiritumsanctum inconuenienter in litera ponantur. Fides enim pręcedit spem, & charitatem. sed desperatio quę opponitur spei, ponitur peccatum in Spiritumsanctum. ergo & infidelitas, quæ opponitur fidei, spes peccati in Spiritumsanctum deberet poni. Prætereа. Illud quod potest esse accidens cuiuslibet peccati non debet poni species alicuius peccati. sed impęnitencia pōt esse accidens cuiuscūq; peccati. ergo nō debet poni species peccati in Spiritūsanctum. Prætereа. Misericordia Dei est infinita, spes autem hominis est finita, ergo nunꝗ superflue potest homo de Deo sperare. ergo præsumptio, quę ad superfluitatem spei pertinet, non debet poni peccatum in Spiritumsanctum. Prætereа. Nullum peccatum quod cōmittitur ex infirmitate vel ignorantia est peccatum in Spiritumsanctum. sed præsumptio, & desperatio, & alia quę hic tangūtur possunt ex ignorantia cōmitti, vel ex infirmitate. ergo non sunt peccata in Spiritumsanctum. Pręterea. Inuidia est vnum de septē vitiis capitalibus. sed alia nō ponuntur species peccati in Spiritu sancto. ergo nec inuidia. In contrarium est quod in litera determinatur per authoritates sanctorum. Respō. Dicendum ꝙ sicut dictum est, peccatum in Spiritumsanctū est cum quis a se abiicit ea per quæ a peccato retrahi posset. Retrahitur autem homo a peccato, vel cōmisso, vel cōmittendo. A cōmisso, per pœnitentiam, ad quam duo requirūtur .s. propositum de cętero non peccandi, qd repellit obstinatio, & dolor de peccato præterito, quod repellit impęnitentia. A peccato vero cōmittēdo retrahit timor Dei, & amor. Timorem repellit præsumptio, amor vero præsupponit spem, & fidem. Fidem repellit impugnatio veritatis agnitæ, spem desperatio, amorem charitatis inuidentia fraternę gratiæ, & sic sunt septem species peccati in Spiri. sanct. quæ in litera ponuntur. Ad primum ergo dicendum, ꝙ infidelitas peccatum in Spiri. san. poni non potest, quia habet quendam defectum co

Ro. 2. le. 1. fi.

In alio script. vt hic. arti 3. scda pę q. 14 ar ti. 2. o.

gnitionis,& sic ad ignorãtiam pertinet, sed loco eius ponitur impugnatio veritatis agnitæ. Ad secundum dicendum, ꝙ impœnitentia dupliciter accipitur. Vno modo pro proposito nunq̃ pœnitendi,& sic est speciale peccatum, & ponitur species peccati in Spiri.san. Alio modo pro actuali impœnitentia, prout .s.aliquis non pœnitet vsq; ad mortem,& sic est circũstantia peccati.Tamen Aug. videtur velle in lib.retractationũ,ꝙ hęc circunstantia requiratur, ad hoc ꝙ aliquod peccatum sit in Spiritumsanctum. Ad tertium dicendum,ꝙ homo non potest nimis de Dei misericordia sperare: potest tamen de ea sperare inordinate, cum spes omnino timorem expellit. Ad quartum dicẽdum, ꝙ huiusmodi nõ sunt peccatum in spi.sanct. nisi cum aliquis ex certo proposito,& per se aliqđ

scda Pę q. 36. arti. 4. ad sec. istorum cõmittit. Ad quintum dicendum ꝙ inuidia de profectu proximi nõ est peccatum in Spiri. sanct. sed inuidia pro defectu diuinæ gratiæ, sicut Iudęi inuidebant fidei Christi diuulgationi.

In alio script. vt hic, arti. 4. scda Pę q. 14. ar ti. 3. o. De ma. q. 3. ar. 15. o. quol. 2 arti. 15. o. Ro. 2. le. 1. co. 4.

Articulus tertius.

AD tertium sic proceditur,& videtur ꝙ peccatum in Spi.sanct.non sit irremissibile:Remissio.n. peccatorum fit per bonitatem Spiri. san. hoc autem oẽm grauitatem culpę excedit.ğ nullum peccatum est irremissibile. Præterea. Secundum Dam.Idẽ est angelis casus qđ hominibus mors.sed angeli post casum in hoc ceciderunt, vt peccata eorũ essent irremissibilia. ergo peccatum hominis ante mortem non est irremissibile. Præterea. Lib.arb. se habet ad bonum,& ad malum.sed in hac vita lib.arb.hominis non est determinatũ ad bonum,vt peccare non possit. ergo nec est determinatum ad malum vt redire ad statum iustitiæ nõ possit,& sic nullum eius peccatum est irremissibile. Sed contra est quod dicitur Matth. 12. Qui peccauerit in spiri. san.non remittetur ei, nec in hoc sęculo, nec in futuro. Præterea. Remota causa remouetur effectus. sed Spiritussanctus est causa remissionis peccati. ergo peccatum, quod specialiter gratiæ Spiritussancti opponitur,est irremissibile. Respõ. Dicendũ ꝙ irremissibilitas peccati in spiritũsanctum põt intelligi dupliciter. Vno modo ita ꝙ nunq̃ remittatur,& sic peccatum in spm̃sanctum dicitur irremissibile, si accipiatur cum circũstantia finalis impœnitentiæ,sicut accipit Aug. Peccatum.n.de quo aliqs non pœnitet vsq; ad mortẽ nunq̃ remittetur. Alio modo potest dici irremissibile, qa non de facili remittitur,q̃uis aliquando remittatur.Et hoc contingit ex tribus. Primo quia non habet in se causam excusantem,vel alleuiantem quæ ad facilitatem remissionis operetur, sicut habet peccatum quod ex ignorantia vel infirmitate cõmittitur.Secũdo quia cum ex electione peccatur, finis constituitur in peccato. A fine.n.aliquis non de facili auellitur, sicut nec a cognitione principiorum mutatur.Finis.n.in operabilibus est sicut principium in speculatiuis. Tertio quia peccãs in spiritumsanctum repellit a se ea quibus veniã mereri posset,& hæc iter cęteras causas est potior. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

Articulus quartus.

In alio scrip. vt hic. ar. 3 Pa scdę. q. 14. arti. 4. o.

AD quartum sic proceditur,& videtur ꝙ primum peccatum hominis non possit esse in spiritumsanctũ: Hoc.n.peccatum est cęteris grauius.sed paulatim homo fit pessimus,sicut & paulatim fit perfectus.ergo primum peccatum hominis innocentis non potest esse peccatum in spiritumsanctũ. Præterea. Si primum peccatum innocentis potest esse in spiritumsanctũ, maxime videtur ꝙ primus homo,& Diabolus in spiritũsanctum peccasset.sed hoc nõ est verum: Nam

Nam Adam in aliquo fuit seductus, secundum Aug. & sic ex ignorãtia peccauit. Diabolus vero potentiam appetiit, & sic videtur in Patrem peccasse. ergo primũ peccatum hominis innocentis non põt esse in spiritumsanctum. Præterea. Peccatum in spiritumsanctum est peccatũ ex certa malitia. sed certa malitia quoddã peccatum est. ergo primũ hominis peccatum nõ potest esse in spiritumsanctũ. Sed contra. Peccatum in spiritumsanctum ex voluntate procedit. sed volũtas libera est ad omnia volita. ergo statim potest prodire in peccatum in spi. san. Præterea. Peccatum Adę, quantum ad aliquid, cęteris fuit grauius. ergo peccati grauitas non impedit quin homo statim possit in spiritumsanctum peccare. Respon. Dicendum quod sicut dictum est, ex certa malitia contingit peccare dupliciter. Vno modo per inclinationẽ habitus, & sic ex certa malitia peccare nõ põt homo statim a principio, sed postquam habitum peccati ex pluribus actibus acquisiuit. Vnde philosophus in. 5. Ethi. dicit quod difficile est iniusta facere per modum quo iniustus facit. Alio modo peccat aliquis ex certa malitia expellendo retrahentia a peccato, quod potest homo statim facere. Vnde cũ hoc proprie sit peccare in spiritumsanctum, statim a principio potest homo in spiritumsanctum peccare. Ad primum ergo dicendum, quod perfectio virtutis, quantũ ad modum agendi, nõ inest homini statim, sed quãtum ad genus facti, potest statim inesse, quia quãtũcunque perfectum actũ potest hõ statim facere, & similiter ẽ de peccato. Ad secundum dicendum, quod peccatum primi hominis, & angeli non fuit in spiritumsanctum, secundum quod est speciale peccatũ, quia vterque peccauit ex superbia. Quantum vero ad circũstantiam peccati vtrunque fuit in Filium, quia non cõsiderauerunt quæ consideranda erant ad euitationem peccati. Ad tertiũ dicẽdũ, quod ipsa malitia, ex qua aliquod peccatum procedit, est primum in spũmsanctum. Vñ nihil prohibet ipsum esse primum.

In alio scrip. vt hic. ar. 6. o.

Distin. Quadragesimaquinta. xliiii.

Post prædictam cõsiderationem &c.

Hic est duplex quæstio.
Prima de causa potentiæ.
Secunda de obedientia.

Quęstio prima.

Circa primum quæruntur duo.
Primo vtrũ potẽtia peccandi sit a Deo.
Secundo vtrum omnis potestas prælationis sit a Deo.

Articulus primus.

Ad primum sic proceditur, & videtur quod potentia peccandi non sit a Deo: Illud. n. quod sequitur creaturã, secundum quod est ex nihilo, nõ est a Deo, quia nõ ẽ, non habet Deum cãm. sed posse peccare competit creaturę secundum quod est ex nihilo. ergo potentia peccandi non est a Deo. Præterea. Potentia peccandi est per se causa peccãdi. si igitur Deus est causa potentiæ peccãdi, & peccatum erit a Deo, quod est inconueniens. Præterea. Effectus habet similitudinem suę causæ. sed in Deo nulla potẽtia peccandi est. ergo ab eo potentia peccandi non est. Sed contra. Omne ens est a Deo. sed potentia peccãdi est quoddã ens. ergo a Deo. Præterea. Potentia eadẽ est oppositorum. sed potentia bene agẽdi est a Deo. ergo & potentia peccandi. Respon. Dicendum quod posse peccare est posse agere actum deficientem. Deficere vero in actu ex defectu potentiæ contingit. Vñ impotentia peccandi est aliquid potentiæ, secundum quod est principium actus peccati, & sic potentia peccandi est a Deo. Est ẽt in ea aliquis defectus secundum quem sequitur in peccato defectus, & sic non est a Deo

In alio script. vt h c, Ro. 5. le. 1. co. 2.

Ad primum ergo dicendum ꝙ ratio illa procedit de potentia peccādi ex parte defectus. Ad secundum dicēdum ꝙ potentia peccandi est a Deo, sicut & substantia actus peccandi. Sed sicut deformitas peccati non est a Deo, ita nec defectus potentiæ. Ad tertium dicendum, ꝙ effectus diuinus imitatur Deū, sed imperfecte. Vnde quod est in Deo sine defectu, in creatura est cum defectu.

Articulus secundus.

In alio script. vt hic. Ro. 13 le. 1. co. 2. opu. 20. lib. 3. c. 1. vsq; ad octauū] inclusiue. & lib. 4. c. 1.

AD secundum sic proceditur, & videtur ꝙ non omnis prælatio sit a Deo: Nihil. n. qd a Deo fit, peruerse fit. sed quidam ad prælationē puerse perueniunt, vt simoniaci, & violēti, ergo nō omnis prælatio est a Deo. Præterea. Quæ a Deo sunt, ordinata sunt, vt dicitur Ro. 13. sed in aliquibus prælationibus est inordinatio, quia ordinē iustitiæ non sequuntur. ergo non omnis prælatio est a Deo. Pręterea. Ro. 13. ꝓbat Apostolus, ꝙ potestati non est resistēdū, quia potestas est a Deo. sed potestati alicuius prælationis est resistendū. s. Dęmonis. ergo non omnis pręlatio est a Deo. Sed contra est qd dicitur Prouer. 8. Per me reges regnant, & legum cōditores iusta decernunt. Pręterea. Ro. 13. dr. Nō est potestas nisi a Deo. sed omnis prælatio in aliqua potestate fundatur. ḡ omnis pręlatio est a Deo. Respon. Dicendum ꝙ in prælatione tria possunt considerari. Primū est ipse prælationis ordo, quo quidam aliis pręferūtur, qd ad pulchritudinē vniuersi pertinet, & quoddā bonum est, vnde est diuinę sapientię effectus. Secundum est modus quo ad prælationem peruenitur, qui qñq; malus est, & non est a Deo, quādoq; vero bonus, & a Deo. Tertium est pręlationis vsus, qui quando bonus est a Deo est, non autem qñ est malus Ad primum ergo dicendū, ꝙ ratio illa procedit de modo adipiscēdi pręlationem. Ad secundum dicēdū, ꝙ ratio illa procedit de vsu prælatiōis. Ad tertium dicendum, ꝙ diabolo cōceditur a Deo potestas tāq̄ hosti ad impugnandum, ad exercitandū, non tanquā regi ad gubernandum, & ideo est ei resistendum.

Quęstio secunda.

Deinde quæritur de obedientia.

Et circa hāc quæruntur duo.

Primo vtrum prælatis homo obedire teneatur.

Secundo vtrum superioribus prælatis semper hō magis teneatur obedire.

Articulus primus.

AD primum sic proceditur, & videtur ꝙ subditus prælatis non semp teneatur obedire: Grauior. n. est seruitus peccati q̄ seruitus hominis. sed per gratiam Christi homo liberatur a seruitute peccati. Ro. 6. Liberati a peccato serui facti Deo. ergo multomagis liberatur a seruitute hominis non ergo semp Christiani tenentur suis dominis obedire. Præterea. Filii regum nō tenentur hostibus regum obedire. sed homines iusti sunt filii æterni regis. s. Dei. Rom. 8. Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei. ergo cum infideles, & peccatores sint hostes Dei, vr̄ ꝙ iusti homines ifidelibus, & peccatoribus obedire nō teneantur. Pręterea. Maxime videntur ad obedientiā prælatorū religiosi teneri qui obedientiā profitentur. sed ipsi non tenentur obedire in omnibus suis pręlatis. vnde dicit Bern. in li. de dispensatione, & pręcepto. Nihil pręlatus prohibeat horum quę ꝓmisi, nihil plus exigat q̄ promisi. ergo nec alii subditi suis dominis obedire tenentur. Sed contra est quod dr̄. i. Pe. 2. Serui subditi estote dominis vestris non tantū bonis, & modestis, sed etiā discolis. sed in subiectione

In alio script. vt hic, ar. 2. & 3. secda secdę. q. 104. ar. 5. o. Ro. 13. le. 1. co. 4.

ctione obedientia includitur. ergo subditi suis prælatis obedire tenentur. Preterea. Matth. 22. dr. Reddite quę sūt sunt Cęsaris Cęsari, & quę sunt Dei Deo. sed inter alia quę cęsari debebātur erat vt eius pręceptis & legibus obediretur. ergo subditi tenentur obedire dominis temporalibus præter obedientiam quā debent Deo. Respō. Dicendum q̄ sicut diuina prouidentia reguntur res naturales quodā ordine, ita & res humanæ. In gubernatiōe autem rerum naturaliū talis ordo attēditur, q̄ Deus infima per superiora mouet, sicut habetur ab Aug. in. 3. de Trini. & similiter in rebus humanis oportet quod inferiores a Deo mouentibus superioribus gubernētur. Mouent autem prælati suos subditos p̄ imperium. Vnde sicut quilibet tenetur subesse diuinæ prouidentiæ, ita & obedire suis prælatis. Sed in hac obligatione sunt tria attēdenda, quorū primum est, vt prælatus iuste prælationis locum obtineat, alias si per potentiam occupauerit, non tenentur subditi ei obedire, nisi eius prælatio sit ratificata p̄ consensum subditorum, vel authoritatem alicuius superioris. Secūdum est, vt præcepta nō proponat contraria diuinis præceptis: sic enim pręciperet contra ordinem diuinæ prouidentię, vnde subditi ei obedire non deberent, sicut nec diuinæ prouidentiæ repugnare. Tertium est, vt pręcepta proponat his ad quæ se extēdit sua prælatio, alias subditi ei non tenerētur obedire, sicut si princeps secularis vellet disponere de spiritualibus suo p̄cepto. Ad primum ergo dicendum q̄ subiectio qua homo subditur homini, est ex ordine diuinæ prouidentiæ, cōtra quem est subiectio qua homo subditur peccato, & ideo non est simile. Ad secundum dicendum, q̄ licet prælatus, inquantum est peccator, sit hostis Dei: tñ inquantum est prælatus, est Dei minister, vt patet Ro. 13. & scdm hoc debetur ei obedientia, & reuerentia. Ad tertium dicendum, q̄ prælatio prælati in aliqua religione se extendit ad ea quę sunt illius religionis s̄m regulam ordinata, vl' explicite, sicut præcepta regulæ, vel implicite, sicut pęnæ pro culpis, & mutua obsequia, & in his non est dubium q̄ subditus tenetur prælato obedire. In his vero quæ sūt regula grauiora, cōmuniter dicitur quòd obedire nō tenetur, quia huiusmodi ius prælationis excedunt. Similiter etiā de his quæ sunt contra Deum, vel cōtra regulam clarum est quòd obedire non tenetur: de indifferentibus vero est diuersa opinio, quibusdam dicentibus, q̄ religiosus in his tenetur obedire prælato: quibusdam q̄ non: Tamen perfectæ obedientiæ est obedire in omnibus quæ nō sunt contra Deum.

Articulus secundus.

AD secundum sic proceditur, & videtur q̄ non sit magis obediendū superiori prælato q̄ inferiori: Superior. n. est spiritualis prælatio q̄ tēporalis. si ḡ superiori p̄lato semp esset magis obediendum, videtur q̄ quantum ad omnia esset magis obediendum spirituali prælato q̄ temporali. Præterea. Archiepiscopus episcopo superior est. sed in quibusdam subditus episcopi magis ei obedire tenetur q̄ archiepiscopo. ergo non semper superiori pręlato est magis obediendum. Præterea. Episcopus est supra abbatē. sed monachus plus tenetur obedire abbati q̄ episcopo, vel papæ, quia abbati obedientiam vouit, non episcopo, vel papæ. ergo inferiori prælato aliquando est magis obediēdū. Sed contra. Prælatio causat obedientiæ debitum. ergo ei qui est in superiori prælatione constitutus, maior obedientia debetur. Præterea. Ordo prælationis in humanis est sicut ordo motionis in rebus naturalibus. sed in natura

In alio script. vt hic, lit. s̄. secūdę. q. 104. ar. 5. c. c. & q. 105. arti. 2. c. Ro. 13 le. 1. co. 3.

libus quanto causa mouens est superior tanto vehementius mouet, vt patet in lib. de causis. ergo & in rebus humanis quanto prælatus est superior, tãto eius præceptum magis astringit. Respon. Dicendum q prælatio superior, & inferior dupliciter se possunt habere. Vno modo sic, q tota prelatio inferior a superiori causetur, & disponatur, sicut prelatio proconsulis se habet ad potestatẽ imperatoris, vel potestas baliui ad potestatem regis, aut episcopi ad potestatẽ papæ, & in talibus quãtum ad omnia est magis obediendum superiori prælato, quia q obediatur inferiori, hoc non est nisi ex authoritate superioris. Alio modo se possunt habere hoc modo, q inferior non totaliter dependeat a superiori, sed ambæ procedãt ab vna suprema, quæ inferiorem in quibusdam supponit superiori, non autem in omnibus, sicut se habet potestas archiepiscopi, & episcopi, quorum ordinatio depẽdet ex authoritate pape qui immediate habet authoritatem a Domino Iesu Christo. Vnde in talibus obediendum est magis superiori quantum ad ea in quibus est superior, non autem quantum ad omnia, & per hoc patet solutio ad primum q obiiciebatur de prælatione spirituali & temporali, quia vna non totaliter depẽdet ex altera, sed vtraq; a Deo, & ideo vtriq; est magis obediendũ in his in quibus accepit prelationem a Deo, & similiter patet solutio ad secundum de prælatione archiepiscopi, & episcopi. Ad tertium dicendum, q monachus in his quæ ad disciplinam regularem pertinẽt plus tenetur obedire abbati q̃ episcopo: In his enim se voto astrinxit abbati, sed in his quæ pertinent ad ecclesiasticam ordinationem, plus tenetur obedire episcopo, sed in vtrisq; plus tenetur obedire papæ, a quo, & abbas prælationem habet, & regula qua monachus vouet firmitatem. Super omnes autem obedire tenemur Deo, & Patri Domini nostri Iesu Christi cuius honor, & imperiũ in secula seculorum. Amen.

Explicit scriptum D. Thomæ de Aquino Ordinis prædicatorum super secundo libro sentẽtiarum ad Hannibaldum Episcopum Cardinalem.

